Harrison D. Horblit

la segnatura G è dopo P

for NC

Macrobii de Somno Scipiõis:nec
non de Saturnalibus libri:ſum-
ma diligentia ſuo nitori reſti-
tuti ſunt:In quo pluſq̃ ter
mille errores corrigun
tur : græcumq; qđ
in olim impreſſis
deerat fere oĩ
bus locis re
ponitur.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/macrobiidesomnos00macr

# SOMNIVM SCIPIONIS EX CICERONIS LIBRO DE REPVBLICA EXCERPTVM.

c VM in aphricam ueniſſem a Manlio conſule ad quartam legionem tribunus (ut ſcitis) militum: nihil mihi fuit potius: q̃ ut Maſiniſſam conuenirem regem familiæ noſtræ iuſtis de cauſis amiciſſimum: ad quem ut ueni complexus me ſenex collachrymauit aliquanto: poſt ſuſpexit ad cælum: & grates inquit tibi ſumme Sol ago: uobiſq; reliquis cælites: q; anteq̃ ex hac uita migro: cõſpicio in meo regno: & in his tectis Pub. Cornelium Scipionem cuius ego nomine ipſe recreor: ita nunq̃ ex animo meo diſceſſit illius optimi atq; inuictiſſimi uiri memoria. Deinde ego illum de regno ſuo: ille me de noſtra repub. percunctatus eſt: multiſq; uerbis ultro citroq; habitis: ille nobis conſumptus eſt dies. Poſt autem regio apparatu accepti ſermonem in multam noctem produximus: cum ſenex nihil niſi de Aphricano loqueretur: omniaq; non ſolum eius facta: ſed etiam dicta meminiſſet: deinde ut cubitum diſceſſimus: me & de uia: & quia ad multam noctem uigilaſſem arctior q̃ ſolebat ſomnus complexus eſt. Hic ergo mihi (credo equidem ex hoc quod eramus locuti: fit enim ſæpe fere ut cogitationes ſermoneſq; noſtri pariant aliquid in ſomno tale: quale de Homero ſcribit Ennius: de quo uidelicet ſæpiſſime uigilans ſolebat cogitare & loqui) Aphricanus ſe oſtendit ea forma quæ mihi ex imagine eius q̃ ex ipſo notior erat: quem ut agnoui equidem corrui. Sed ille ades inquit animo & omitte timorem Scipio: & quæ dicam memoriæ trade. Vides ne illam urbem quæ parere reipu. coacta per me renouat priſtina bella: nec poteſt quieſcere? (Oſtẽdebat autem Carthaginem de excelſo & pleno ſtellarum illuſtri & claro quodam loco) ad quam tu oppugnandam nunc uenis pene miles. Hanc hoc biennio conſul euertes: eritq; tibi id cognomen per te partum: quod habes adhuc hæreditarium a nobis. Cũ autem Carthaginem deleueris: triumphũ egeris: cenſorq; fueris: & obieris legatus Aegyptum: Syriam: Aſiam: Græciamq;: delegere iterum cõſul abſens: & bellum maximum conficies: Numantiam excides. Sed cũ eris curru in capitolium inuectus: offendes rempu. perturbatam conſiliis nepotis mei. Hic tu Aphricane oſtendas oportebit patriæ: lumen animi ingenii conſiliiq; tui. Sed eius temporis ancipitem uideo quaſi fatorum uiam. Nam cum ætas tua ſeptenos octies Solis anfractus reditusq; conuerterit: duoq; hi numeri quorum uterq; plenus: alter altera de cauſa habetur circuitu naturali: ſummam tibi fatalem confecerint: in

Vltro citroq;

Anfractus

te unum atq; in tuum nomen ſe tota cōuertet ciuitas: Te ſenatus: te om
nes boni: te ſocii: te latini intuebuntur. Tu eris unus: in quo nitatur ciui
tatis ſalus. Ac ne multa dictator rempu. conſtituas oportet: ſi impias ꝓ-
pinquorū manus effugeris: Hic cum exclamauiſſet Lælius: ingemuiſ-
ſentq; cæteri uehementius: leniter arridens Scipio: quæſo inquit: ne me
a ſomno excitetis: & pax ſit rebus. Audite cætera. Sed quo ſis Aphrica-
ne alacrior ad tutandam rempu. ſic habeto: Omnibus qui patriam con-
ſeruauerint: adiuuerint: auxerint: certum eſſe in cælo diffinitum locum:
ubi beati ſempiterno æuo fruantur. Nihil eſt ergo illi principi deo: qui
omnem mundum regit: quod quidem in terris fiat acceptius: q̄ concilia
cœtuſq; hominum iure ſociati: quæ ciuitates appellantur. Harum recto
res: & conſeruatores hinc profecti huc reuertuntur. Hic ego (& ſi eram
perterritus non tam mortis metu q̄ inſidiarum a meis) quæſiui tamen
uiueret ne ipſe & pater Paulus: & alii quos nos extinctos arbitrabamur:
immo uero inquit hi uiuūt: qui e corporum uinculis tanq̄ e carcere euo
lauerunt. Veſtra uero quæ dicitur uita: mors eſt. Quin tu aſpicias ad te
uenientem patrem Paulum. Quem ut uidi: equidem uim lachrymarū
profudi. Ille autem me complexus atq; oſculans flere prohibebat. Atq;
ego ut primum fletu repreſſo loqui poſſe cœpi: quæſo inq̄ pater ſanctiſ
ſime atq; optime: quoniam hæc eſt uita: ut audio Aphricanum dicere:
quid moror in terris? quin huc ad uos propero uenire? Non eſt ita in-
quit ille. Niſi enim cum deus is: cuius hoc templum eſt omne quod cō-
ſpicis: iſtis te corporis cuſtodiis liberauerit: huc tibi aditus patere nō po
teſt. Homines enim ſunt hac lege generati: qui tuerentur illum globum:
quem in hoc templo medium uides: quæ terra dicitur: hiſq; animus da-
tus eſt ex illis ſempiternis ignibus: quæ ſydera & ſtellas uocatis: quæ ro
tundæ & globoſæ diuinis animatæ mentibus circulos ſuos orbeſq; con
ficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi & piis omnibus retinen-
dus animus eſt in cuſtodia corporis: nec iniuſſu eius: a quo ille eſt nobis
datus ex hominum uita migrandum eſt: ne munus humanum aſſigna-
tū a deo defugiſſe uideamini: Sed ſic Scipio: ut auus hic tuus & ut ego
qui te genui: iuſticiam cole & pietatem: quæ cum magna in parentibus
& propinquis: tum in patria maxima eſt. Ea uita uia eſt in cælum & in
hunc cœtum eorum qui iam uixerunt: & corpore laxati illum incolunt
locum: quem uides (Erat autē is ſplendidiſſimo candore inter flammas
Orbis lacteus elucens circulus: quem uos (ut a Graiis accepiſtis) orbem lacteū nun-
cupatis: ex quo omnia mihi cōtemplanti præclara cætera & mirabilia ui
debantur: Erant autem hæ ſtellæ quas nunq̄ ex hoc loco uidimus: & hæ
magnitudines omnium quas eſſe nunq̄ ſuſpicati ſumus. Ex quibus erat
Citimus Luna ea minima: quæ ultima a cælo citima terris luce lucebat aliena. Stellarū
autem globi: terræ magnitudinem facile uincebant. Iam uero ipſa terra

ita mihi parua uiſa eſt: ut me imperii noſtri quo quaſi punctũ eius attin
gimus:pœniteret.Q uã cum magis intuerer: quæſo inquit Aphricanus:
quouſqꝫ humi defixa erit tua mens? Non ne aſpicis quæ in templa ue-
neris? Nouem tibi orbibus uel potius globis connexa ſunt omnia:quo- Nouẽ circuli
rum unus eſt cæleſtis extimus:qui reliquos cõplectitur omnis.ſummus Circulus primus
ipſe deus arcens & continens cæteros:in quo ſunt infixi illi qui uoluun Secundus
tur ſtellarum curſus ſempiterni.Cui ſubiecti ſeptem: qui uerſantur retro
contrario motu atqꝫ cælum:E quibus unum globum poſſidet illa:quam Saturniæ circulus
in terris ſaturniam nominant.Deinde hominũ generi proſperus & ſalu-
taris ille fulgor: qui dicitur iouis: tum rutilus & horribilis terris: quem Iouis
Martem dicitis. Deinde ſubter mediã fere regionem ſol obtinet: dux & Martis Solis
princeps & moderator luminum reliquorum: mens mundi & tempera-
tio tanta magnitudine:ut cuncta ſua luce compleat & luſtret: Hunc ut
comites conſequuntur Veneris alter:alter Mercurii curſus. In infimoqꝫ Veneris
orbe Luna radiis ſolis ſuccenſa conuertitur.Infra autem iam nihil eſt:ni Mercurii Luna
ſi mortale & caducum:præter animos munere deorum hominum gene-
ri datos:ſupra Lunam ſunt æterna omnia.Nam ea quæ eſt media & no-
na tellus neqꝫ mouetur:& infima eſt:& in eam feruntur omnia nutu ſuo
pondera.Q uæ cum intuerer ſtupens:ut me recepi:quid inq̃ eſt qui com
plet aures meas tantus & tam dulcis ſonus? Hic eſt inquit ille: qui inter- Cæli harmõnia.
uallis coniunctus imparibus:ſed tamen pro rata parte ratione diſtinctis:
impulſu & motu ipſorum orbium cõficitur:& acuta cum grauibus tem
perans uarios æquabiliter concentus efficit. Nec ſilentio tanti motus in
citari poſſunt:& natura fert ut extrema ex altera parte grauetur:ex altera
autem acute ſonetur. Q uã ob cauſam ſummus ille ſtellifer cæli cuius
conuerſio concitatior eſt:acuto & excitato mouetur ſono:grauiſſimo au
tem hic lunaris atqꝫ infimus.Nam terra nona imobilis manens: ima ſede Soni.vii.
ſemp hæret complexa mediũ locum mũdi.Illi autem octo curſus:i qui-
bus eadem uis eſt modorũ:ſeptem efficiunt diſtinctos interuallis ſonos:
qui numerus rerũ omniũ fere nodus eſt:quod docti homines neruis imi
tati atqꝫ cantibus aperuerunt ſibi reditum in hunc locum: ſicut alii qui
præſtantibus ingeniis in uita humana diuina ſtudia coluerunt.Hoc ſo-
nitu completæ aures hominum obſurduerunt.Nec ẽ ullus hebetior ſen
ſus in uobis:ſicut ubi Nilus ad illa quæ catadupa nominantur: præcipi Catadupa
tatur ex altiſſimis montibus: ea gens quæ illum locum accolit: propter
magnitudinem ſonitus ſenſu audiendi caret. Hic uero tantus eſt totius
mundi ſonitus in citatiſſima conuerſione:ut eum aures hominum cape
re non poſſint: ſicut intueri ſolem aduerſum nequitis: eius radiis acies
ueſtra:ſenſuſqꝫ uincitur.Hæc ego admirans referebam tamen oculos ad
terram identidem.Tunc Aphricanus ſentio inquit te ſedem etiam nunc
hominum ac domum contemplari:quæ tibi parua(ut eſt)ita uidetur.

Hæc cæleſtia ſemp̄ ſpectato:illa humana contemnito. Tu enim̄ quā ce-
lebritatem ſermonis hominū:aut quā expetendam conſequi gloriam po
tes? Vides habitari raris & anguſtis in locis: & ĩ ipſis quaſi maculis: ubi
habitatur:uaſtas ſolitudines interiectas hosq; qui incolūt terram nō mo
do interruptos ita eſſe:ut nihil inter ipſos ab aliis ad aliosmanare poſſit:
ſed partim obliquos:partim trāſuerſos:partim omnes aduerſos ſtare uo-

Zonæ cæli

bis. a quibus ſpectare gloriam certe nullam poteſtis.Cernis autem ean-
dem terram quaſi redimitam & circūdatam cingulis.E quibus duos ma
xime inter ſe diuerſos & ipſis uerticibus cæli ex utraq; parte ſubnixos
obriguiſſe pruina uides.Mediū autē illum & maximū ſolis ardore torre
ri.Duo ſunt habitabiles:quorū auſtralis ille in quo qui inſiſtunt aduerſa
uobis urgent ueſtigia.Nihil ad ueſtrum genus. Hic aūt alter ſubiectus
aquiloni cerne q̃ tenui uos p̄te contingat.Oīs autem terra q̃ colitur uo-
bis:anguſtata uerticibus:lateribus latior:parua quædam inſula eſt:circū
fuſa illo mari quod atlanticum:quod magnū:quod oceanū appellatis in
terris:qui tamen tanto noīe q̃ ſit paruus uides. Ex his ipſis cultis notiſq;
terris:nū aut tuū aut cuiuſq̃ noſtrū nomen uel Caucaſum hunc quē cer
nis tranſcendere potuit? uel illum Gāgem tranatare? uel quis in reliquis
orientis aut abeuntis ſolis ultimis aut aquilonis auſtriue partibus tuum
nomen audiet? Q uibus amputatis cernis profecto quantis in anguſtiis
noſtra ſe gloria dilatari uelit.Ipſi autem qui de nobis loquuntur:q̃ loquē
tur diu? Q uin ſi cupiat proles illa futurorū hominum deinceps laudes
uniuſcuiuſq; noſtrū a patribus acceptas poſteris prodere:tamen propter
eluuiones exuſtioneſq; terraꝝ:quas accidere tēpore certo neceſſe eſt: nō
modo nō æternā ſed ne diuturnā quidē gloriā aſſequi poſſumus.Q uid
enim intereſt ab his qui poſtea naſcentur ſermonem fore de te:cū ab his
nullus fuerit qui ante nati ſunt: qui nec pauciores & certe meliores fue
runt uiri: præſertim cum apud eos ipſos a quibus audiri nomen noſtrū
poteſt:nemo unius anni memoriā conſequi poſſit.Hoīes aūt annum tm̄
ſolis ideſt unius aſtri reditum metiūtur: re ipſa aūt cum ad idē: unde ſe-
mel profecta ſunt:cuncta aſtra redierint: eādēq; totius cæli deſcriptio-

Annus uer-
tens

nem longis interuallis retulerint: tunc ille uere uertens annus appellari
pōt:in quo uix dicere audeo q̃ multa hominū ſæcula teneātur. Nāq; ut
olim ſol deficere hominibus extinguiq; uiſus eſt: cū Romuli aīus hæc
ipſa in templa penetrauit:quandoq; ab eadem parte ſol eodemq; tēpore
iteꝝ defecerit tum ſignis omnibus ſtelliſq; ad principium reuocatis : ex-
pletum annū habeto.Cuius q̄dem anni nūdum uiceſimam partem ſcito
eſſe conuerſam.Q uo ſi reditum in hunc locum deſperaueris:in quo oīa
ſunt magnis & præſtantibus uiris:quāti tandē eſt gloria hominum:quæ
p̄tinere uix ad unius anni partem exiguā pōt? Igit̄ alte ſpectare ſi uoles
atq; hanc ſedē & æternam domū contueri:neq; te ſermonibus uulgi de-

deris:nec in præmiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum: ſuis te illecebris oportet ipſa uirtus trahat ad uerũ decus. Quod de te alii loquantur ipſi uideant: ſed loquẽtur tamẽ. Sermo enim ille omnis & anguſtiis cingitur his regionũ quas uides. Nec unq̃ de ullo perennis fuit: obruitur hominum interitu: obliuione poſteritatis extinguitur: Quæ cũ dixiſſet: ego uero inq̃ Aphricane equidem benemeritis de patria quaſi limes ad cæli aditũ patet: q̃q̃ a pueritia ueſtigiis ingreſſus patris & tuis decori ueſtro nõ defui: nunc tamẽ præmio tãto ꝓpoſito enitar multo uigilantius. Et ille:tu uero enitere:& te habeto non eſſe mortalem:ſed corpus hoc. Nec enim tu is es quẽ forma iſta declarat: ſed mens cuiuſq; is eſt quiſq;: non ea figura quæ digito demõſtrari poteſt. Deũ te igitur ſcito eſſe:ſiquidem eſt deus qui uiget:qui ſentit:qui meminit:qui ꝓuidet:qui tã regit & moderatur & mouet id corpus cui præpoſitus ẽ: q̃ hunc mundum ille princeps deus:& ut ipſe mundũ ex quadã parte mortalẽ ipſe deus æternus: ſic fragile corpus aius ſempiternus mouet:nã quod ſemp mouetur:æternum ẽ:quod aũt motũ affert alicui quodq; ipſum agitatur aliũde quando finẽ habet motus:uiuẽdi finẽ habeat neceſſe ẽ. Solum igitur quod ſe mouet quia nunq̃ deſeritur a ſe:nunq̃ ne quidẽ moueri deſinit:quin etiam cæteris quæ mouentur: hic fons hoc principiũ ẽ mouendi: principio autẽ nulla ẽ origo:nã ex principio oriũtur omnia: ipm aũt nulla ex re alia naſci põt:nec enim id eſſet principiũ quod gigneretur aliũde. Quod ſi nũq̃ oritur:nec occidit q̃dem unq̃. Nam principiũ extinctum nec ipm ab alio renaſcetur:nec ex ſe aliud creabit. Si quidem neceſſe eſt a principio oriri omnia:ita fit ut motus principiũ ex eo ſit:qđ a ſeipſum mouetur. Id autẽ nec naſci põt nec mori. Vel cõcidat omne cælũ: omniſq; natura cõſiſtat neceſſe eſt. Nec uim ullam nanciſcatur: q̃ a primo ipulſu moueatur. Cũ pateat igitur id æternũ eſſe:quod a ſeipſo moueatur: quis eſt qui hãc naturam animis eſſe tributã negets Inanimatũ uel inanimũ aũt eſt omne: quod pulſu agitatur externo. Quod enim eſt anima:id motu cietur interiore & ſuo. Nam hæc eſt ꝓpria natura animæ atq; uis. Quæ ſi ẽ una ex omnibus quæ ſeſe moueat:neq; nata certe eſt: & æterna eſt. Hanc tu exerce optimis i rebus. Sunt aũt hæ optimæ curæ de ſalute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus uelocius in hãc ſedem & domũ ſuã peruolabit:Idq; ocyus faciet:ſi iam tum cũ incluſus erit in corpore:eminebit foras:& ea quæ extra erunt cõtemplans:q̃maxime ſe a corpore extrahet. Nãq; eorum animi:qui ſe uoluptatibus corporis dediderunt:earumq; ſe quaſi miniſtros præbuerunt: impulſuq; libidinũ uoluptatibus obedientium deorum & hominum iura uiolauerunt:corporibus elapſi circum terram ipſam uolutantur. Nec hunc in locum niſi multis exagitati ſæclis reuertuntur. Ille diſceſſit:ego ſomno ſolutus ſum.

Virtus trahit ad uerum decus

Homo põt dici deus

Principium

Animæ natura & uis

# MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS IN SOMNIVM SCIPIONIS EXPOSITIONIS QVAM ELEGANTISSIMAE.

## LIBER PRIMVS

i NTER Platonis Ciceroniſq; libros quos de repu. utrunq; conſtituiſſe conſtat: Euſtathi fili uitæ mihi dulcedo pariter & gloria: hoc itereſſe prima fronte proſpeximus:q̄ ille rempub. ordinauit: hic retulit. alter qualis eſſe deberet: alter qualis eſſet a maioribus iſtituta diſſeruit. In hoc tamen uel maxime operis ſimilitudinem ſeruauit imitatio:q̄ cum Plato in uoluminis concluſione a quodam uitæ redito:quam reliquiſſe uidebatur idicari faciat:qui ſit exutarum corporibus ſtatus animarum: adiecta his quadam Spærarum uel ſiderum non ocioſa deſcriptione rerum facies non diſſimilia ſignificans a tulliano Scipione per quietem ſibi ingeſta narratur. Sed q̄d uel illi cōmento tali uel huic tali ſomnio in his potiſſimū libris opus fuerit: in quibus de rerumpu. ſtatu loquebatur: quoue attinuerit inter gubernandarum urbium conſtituta circulos orbes globoſq; deſcribere: de ſtellarum modo: de cæli cōuerſione tractare: quæſitu dignum & mihi uiſum eſt & aliis fortaſſe uideatur: ne uiros ſapientia præcellentes: nihilq; inueſtigatione ueri niſi diuinum ſentire ſolitos: aliquid caſtigato operi adiieciſſe ſuperfluū ſuſpicemur. De hoc prius ergo pauca dicenda ſunt: ut liquido mens operis de quo loquimur innoteſcat. Rerum omniū Plato & actuum naturam penitus inſpiciens aduertit in omni ſermone ſuo de reipu. inſtitutione propoſito infundendum animis iuſticiæ amorem: ſine qua non ſolum reſpu. ſed ne exiguus hominum cœtus nec domus quidem parua cōſtabit. Ad hunc porro iuſticiæ affectum pectoribus inculcandum: nihil æque patrocinaturum uidit: q̄ ſi fructus eius non uideretur cum uita hominis terminari. Hūc uero ſuperſtitem durare poſt hominem: qui poterat oſtendi: niſi prius de animæ immortalitate cōſtaret? Fide autem facta perpetuitatis animarum cōſequens eſſe animaduertit: ut certa illis loca nexibus corporis abſolutis: pro contemplatu probi: im probiue meriti deputata ſint: Sic in Phedone inexpugnabilium luce rationum anima in ueram dignitatem propriæ immortalitatis aſſertæ ſequtur diſtinctio locorum: quæ hanc uitam relinquentibus ea lege debentur: quam ſibi quiſq; uiuendo ſanxerit. Sic in Gorgia poſt perractam pro iuſticia diſputationem de habitu poſt corpus animarum morali grauitate ſocraticæ dulcedinis ammonemur. Igitur idem obſeruanter ſecutus ē in illis præcipue uoluminibus: quibus ſtatum reipu. formandum rece-

Iuſticiæ amor

pit: Nam poſtq̄ principatum iuſticiæ dedit & docuit animam poſt ani-
mal non perire. Per illam demum fabulam(ſic enim quidā uocant)quo
anima poſt corpus euadat:uel unde ad corpus ueniat in fine operis aſſer
uit:ut iuſticiæ uel cultæ præmium uel ſpretæ pœnam animis quippe im
mortalibus ſubiturisq; iudicium ſeruari doceret: hunc ordinem Tullius
non minore iudicio reſeruans: q̄ ingenio repertus eſt. poſtq̄ in omni rei-
publi.ocio ac negocio palmam iuſticiæ diſputando dedit:ſacras immor-
talium animarum ſedes & cæleſtium archana regionū in ipſo conſum-
mati operis faſtigio collocauit:indicans quo his perueniendum uel po-
tius reuertendum ſit:qui rempu.cum prudentia:iuſticia:fortitudine: atq;
moderatiōe tractauerint.Sed ille Platonicus ſecretorum relator Er qui- Er qui mortuus reuixit
dam nomine fuit natione Pamphilius miles officio:qui cum uulneribus
in prælio acceptis uitam effudiſſe uiſus:duodecimo demum die inter cæ
teros una peremptoſ ultimo eſſet honorādus igne:ſubito ſeu recepta ani
ma:ſeu retenta:quicquid emenſis inter utrāq; uitam diebus egerat:uide-
ratue: tanq̄ publicum profeſſus indicium : humano generi nunciauit.
Hanc fabulam Cicero licet ab indoctis quaſi ipſe ueri conſcius doleat ir
riſam:exemplum tamen ſtolidæ reprehenſionis uitans excitari narratu-
rum q̄ reuiuiſcere maluit.Ac prius q̄ ſomnii uerba conſulamus enodan-
dum nobis eſt:a quo genere hominum Tullius memoret uel irriſam Pla
tonis fabulam:uel ne idem ſibi eueniat non uereri. Nec enim his uerbis
uult imperitum uulgus intelligi: ſed genus hominum ueri ignarum ſub
peritiæ oſtentatione: quippe quos & legiſſe talia & ad repræhēdendum
animatos conſtaret.Dicemus igitur & quos in tantum phyloſophum re
ferat quandam cenſuræ exercuiſſe leuitatem: quiſue eorum etiam ſcri-
ptam reliquerit accuſationem : & poſtremo quid pro ea duntaxat parte
quæ huic operi neceſſaria eſt reſponderi conueniat obiectis. Quibus
(quod factu facile eſt)eneruatis iam quicquid uel contra Ciceronis opi
nionem etiam in Scipionis ſomnium: ſeu iaculatus eſt unquā morſus li
uoris:ſeu forte iaculabitur diſſolutum erit. Epicureorū tota factio æquo
ſemper errore a uero deuia & illa extimans ridenda quæ neſciat: ſacrum
uolumen & Auguſtiſſima irriſit naturæ ſeria.Colores uero inter Epicu- Colores epicurus.
ri auditores loquacitate notabilior etiam in librum rettulit : quæ de hoc
amarius cauillatus ē.Sed cætera quæ iniuria notauit: ſiquidem ad ſom-
nium de quo hic ꝓcedit ſermo non attinent: hoc loco nobis omitttenda
ſunt.Illam calumniā proſequamur quæ niſi ſupplodetur:manebit Cice-
roni cum Platone cōmunis.Ait enim a phyloſopho fabulam non opor
tuiſſe confingi: quoniā nullum figmenti genus ueri profeſſoribus con-
ueniret.Cur enim inquit:ſi rerum cæleſtiū notionē: ſi habitum animarū
demōſtrare uoluiſti:non ſimplici & abſoluta hoc inſinuatione curatū ē?
Sed quæſita pſona caſuſq; excogitata nouitas & cōpoſita aduocati ſcæ-

na figmenti ipſam quærendi ueri ianuam mendacio polluerẽt:hæc quo-
niam dum de platonico Ero iactantur:etiam quietẽ Aphricani noſtri ſõ-
niantis incuſant(Vtraq; enim ſub appoſito argumẽto electa perſona ẽ:
quæ accõmoda enũciandis haberetur)Reſiſtamus urgenti:& fruſtra ar
guens refellatur calũnia: ut una diſſoluta utriuſq; factum incolumẽ(ut
fas eſt)retineat dignitatẽ.Nec omnibus fabulis repugnat phyloſophia:
nec omnibus acquieſcit:& ut facile ſecerni poſſit:quæ ex his ab ſe abdi-
cet:ac uelut profana ab ipſo ueſtibulo ſacræ diſputatiõis excludat:quæ-
ue etiam ſæpe ac libenter admittat diuiſionum gradibus explicandũ.Fa-

Quare repertæ fabulæ

bulæ quarum nomen indicat falſi ꝓfeſſionem:aut tantũ conciliandæ au
ribus uoluptatis:aut adhortatiõis quoq; in bonã frugem gratia repertæ
ſunt:auditum mulcent uelut comœdiæ:quales Menander eiuſue imita-
tores agendas dederunt: uel argumenta fictis caſibus amatorum referta:
quibus uel multum ſe arbiter exercuit : uel Apuleium nonnunq̃ luſiſſe
miramur.Hoc totum fabularum genus: quod ſolas aurium delitias ꝓfi
tetur:e ſacrario ſuo in nutricum cunas ſapientiæ tractatus eliminat. Ex
his autem quæ ad quandam uirtutũ ſpeciem intellectũ legentis hortan-
tur fit ſecunda diſcretio.In quibuſdam enim & argumentum ex ficto lo

Fabularũ genera

catur:& per mendacia ipſe relationis ordo contexitur: ut ſunt illæ Eſopi
fabulæ elegantia fictionis illuſtres. At in aliis argumentum quidem fun
datur ueri ſoliditate:ſed hæc ipſa ueritas per quædam compoſita & ficta
profertur. & hæc iã uocatur narratio fabuloſa non fabula: ut ſunt ceri-
moniarum ſacra Heſiodi & Orphei quæ de deorũ progenie actuue nar
rantur:ut myſtica pythagoreorum ſenſa referunt. Ergo ex hac ſecunda
diuiſione: quã diximus a phyloſophiæ libris: prior ſpecies quæ conce-
pta de falſo per falſum narratur aliena ẽ. Sequens in aliam rurſus diſcre
tionem ſciſſa diuiditur. Nam cum ueritas argumento ſubeſt : ſolaq; fit
narratio fabuloſa non unus reperitur modus per figmentum uera refe-
rendi: aut enim cõtextio narrationis per turpia & indigna numinibus ac
mõſtro ſimilia componitur:ut dei adulteri:Saturnus pudenda Cælii pa-
tris abſcidens: & ipſe rurſus a filio regno potito in undas coniectus: qđ
genus totum phyloſophi neſcire malunt: aut ſacrarum rerum notio ſub
pio figmentorũ uelamine honeſtis & tecta rebus & ueſtita nominibus
enunciatur.Et hoc eſt ſolũ figmẽti genus: quod cantio de diuinis rebus
phyloſophantis admittit. Cũ igitur nullam diſputationi pariat iniuriam
uel Er index: uel ſomnians Aphricanus: ſed rerum ſacrarum enunciatio
integra ſui dignitate his ſit tecta nominibus: accuſator tandem edoctus
a fabulis fabuloſa ſecernere cõquieſcat. Sciẽdum eſt tamen nõ in omnẽ
diſputationem phyloſophos admittere fabuloſa uel licita:ſed his uti ſo-
lẽt cum uel de anima uel de aereis uel de æthereis poteſtatibus : uel de
cæteris diis loquuntur.Cæterum cum ad ſummũ & principẽ oĩum deũ:

qui apud græcos ταγαθὸν πρωτοπαντὸν nuncupatur: tractatus ſe audet attollere:uel ad mentē quam græci νουν appellant:originales rerū ſpēs quæ ειδη dictæ ſunt cōtinentes ex ſummo natam & perfectam deo.Cum de his inq̄ loquuntur deo & mente:nil fabuloſum penitus attingunt.Sed ſi quid de his aſſignare conantur:quæ non ſermonem tantūmodo:ſed cogitationem humanā ſuperant: ad ſimilitudines & exēpla confugiunt.Sic Plato cum de περὶ ταγαθον loqui eſſet animatus:dicere quid ſit:nō eſt auſus:hoc ſolum de eo ſciens ꝙ ſciri quale ſit ab homine non poſſit.Solum uero ei ſimillimū de uiſibilibus ſolē repperit:& per eius ſimilitudinē uiā ſermoni ſuo attollendi ſe ad non cōprehenſibilia patefecit:ideo ut nullū ei ſimulacrū cū diis aliis conſtitueretur finxit antiquitas quia ſummus deus nataq; ex eo mens:ſicut ultra animā ita ſupra naturā ſunt:quo nihil fas ē de fabulis peruenire:De diis autē(ut dixi)cæteris & de aīa non fruſtra ſe: nec ut oblectent ad fabuloſa conuertunt:ſed quia ſciunt inimicam eſſe naturæ apertā nudāq; expoſitionem ſui:quæ ſicut uulgaribus hominū ſenſibus intellectū ſui uario rerū regimine operimentoq; ſubtraxit: ita a prudentibus arcana ſua uoluit per fabuloſa tractari.Sic ipſa myſteria figurarum cuniculis operiuntur: ne uel hæc adeptis nudā rerū taliū ſe natura præbeat : ſed ſūmatibus tm̄ uiris ſapientia interpte ueri archani cōſciis cōtenti ſint reliqui:ad uenerationē figuris defendentibus a uilitate ſecretū.Numenio deniq; inter phyloſophos occultoꝝ curioſiori:offenſam numinū: ꝙ Eleuſina ſacra interptando uulgauerit:ſomnia prodiderunt: uiſo ſibi ipſas eleuſinas deas habitu meretricio ante apertū lupanar uidere proſtātes: admirantiq; & cās non cōuenientis numinibus turpitudinis cōſulenti reſpondiſſe iratas: ab ipo ſe adiito pudicitiæ ſuæ ui abſtractas & paſſim adeuntibus proſtitutas. Adeo enī ita ſe & ſciri & coli numina uoluerūt: qualiter i uulgus antiqtas ipſa fabulata ē: quæ & imagines & ſimulacra formarū taliū prorſus alienis:& ætates tā incrementi q̄ dimminutionis ignaris & amictus ornatuſq; uarios corpus nō habētibus aſſignauit. Secūdum hæc Pythagoras ipſe atq; Empedocles Parmenides quoq; & Eraclitus de diis fabulati ſunt:nec ſecus Timæus qui ꝓgenies eoꝝ ſicut traditū fuerat executus ē.His ꝑlibatis anteq̄ ipſa ſōnii uerba tractemus:prius quot ſōniādi modos obſeruatio dep̄hēderit cū licētiā figuraꝝ q̄ paſſim qeſcētibus ingerūtur:ſub diffinitionē & regulā uetuſtas mitteret:ediſſeramus: ut cui eorū generi ſōniū quo de agimus applicandū ſit:īnoteſcat.Oīum q̄ uidere ſibi dormiētes uidēt̄ qnq; ſūt pricipales diuerſitates & noia. Aut enī eſt ονειρος ſcđm græcos qđ latini ſōniū uocant:aut οραμα:qđ uiſio recte appellat̄:aut χρηματισμος qđ oraculū nūcupat̄:aut ē ενυπνιον qđ īſōniū dicit̄.φαντασμα qđ Cicero:quotiēſ opꝰ hoc noīe fuit:uiſū uocauit.Vltia ex his duo cū uideāt̄ cura īterp̄tatiōis īdigna q̄ nihil diuiatiōis

Deus quid ſit non pōt explicari

Numenius

Eleuſina ſacra

Spēs ſomnii

apportant ενυπνιον dico:& φαντασμα. Eſt enim ενυπνιον quotiens circa oppreſſi animi uel corporis ſiue fortunæ qualis uigilantem fatigauerit talem ſe ingerit dormiẽti. Animi ut ſi amator delitiis ſuis:aut fruentem ſe uideat:aut carentem:ſi metuens quis iminentẽ ſibi inſidiis uel poteſtate perſonam: aut incurriſſe hanc ex imagine cogitationũ ſuaꝝ : aut effugiſſe uideatur. Corporis ſi temeto ingurgitatus: aut diſtentus cibo: uel abundantia præfocari ſe extimet:uel grauantibus exonerari: aut contra ſi eſuriẽs cibũ:aut potum ſitiens deſiderate quærere:uel etiam inueniſſe uideatur:fortunæ cum ſe quis exiſtimat uel potentia uel magiſtratu:aut augeri pro deſiderio: aut exui pro timore: Hæc & his ſimilia qm̃ ex habitu mentis quietẽ ſicut ꝑuenerant: ita & turbauerant dormientis: una cum ſomno aduolant & pariter euaneſcunt. Hinc & inſomnio nomen:nõ quia per ſomnũ uidetur(hoc eni eſt huic generi cõmune cũ cæteris)ſed quia in ipſo ſomnio tantũmodo eſſe creditur dũ uidetur: poſt ſomniũ nullam ſui utilitatem uel ſignificationem relinquit:falſa eſſe inſomnia:nec Maro tacuit. Sed falſa ad cælũ mittũt inſomnia manes: cælum hic uiuorũ regionẽ uocans:quia ſicut dii nobis:ita nos defunctis ſuperi habemur:amorẽ quoq; deſcribẽs:cuius curam ſemp ſequũtur iſomnia:ait. Hærent infixi pectore uultus Verbaq;:nec placidã mẽbris dat cura quietẽ. Et poſt hæc. Anna ſoror quæ me ſuſpenſã inſõnia terrent:

Cælum

Phantaſma

φαντασμα uero hoc eſt uiſum: cum inter uigiliã & adultam quietem: in quadã(ut aiunt)patria ſomnii nebula adhuc uigilare ſe exiſtimans q̃ dormire uix cœpit: aſpicere uidetur irruentes in ſe uel paſſim uagantes formas a natura ſeu magnitudine:ſeu ſpecie diſcrepantes uariaſq; tẽpeſtates rerum uel lætas uel turbulentas. In hoc genere ẽ επιαλτης quẽ publica perſuaſio quieſcẽtes opinatur inuadere & pondere ſuo preſſos ac ſentientes grauare. His duobus modis ad nullam noſcẽdi futuri opẽ receptis tribus cæteris in ingeniũ diuinationis inſtruimur. Et eſt oraculum quidem cũ in ſomnis parens uel alia ſcã grauiſq; perſona ſeu ſacerdos:uel etiam deus aperte euenturũ quid: aut nõ euenturũ:faciendum: uitandũue denunciat. Viſio eſt autem cum id quis uidet quod eodẽ modo quo apparuerat eueniet: amicũ peregre cõmoratẽ quẽ nõ cogitabat: uiſus eſt ſibi reuerſum uidere:& procedenti obuius quẽ uiderat uenit in amplexus. Depoſitum inquiete ſuſcepit:& matutinus ei præcator occurrit mãdans pecuniã tutelæ & fidei cuſtodiæ cælandã cõmittens. Sõniũ ꝓprie uocatur qđ tegit figuris & uelat ambagibus nõ niſi interꝑtatiõe intelligendã ſignificationẽ rei:quæ demõſtratur:quod quale ſit:nõ a nobis exponendũ eſt:cum hoc unuſquiſq; ex uſu quid ſit agnoſcat : huius qnq; ſunt ſpẽs:aut eni ꝓpriũ:aut alienũ:aut cõmune:aut publicum:aut generale ẽ. Propriũ eſt cũ ſe qs facientẽ patientẽue aliquid ſõniat:alienũ cum aliũ:cõmune cum ſe una cum alio:publicum eſt cum ciuitati foro

Oraculum

Viſio

Somnium

ue uel theatro:ſeu quibuſlibet publicis mœnibus actibus ue triſte: uel lætū quid exiſtimat accidiſſe:generale ē cum quis circa ſolis orbem lunaremue globum:ſeu alia ſydera uel cælum omneſq; terras aliquid ſomniat innouatum. Hoc autem quod Scipio uidiſſe ſe retulit: & tria illa q̄ ſola probabilia ſunt genera principalitatis amplectitur:& omnes ipſius ſomnii ſpecies attingit. Eſt enim oraculum:quia Paulus & Aphricanus uterq; parens ſancti graueſq; ambo nec alieni a ſacerdotio quid illi euenturum eſſet enunciarunt. Eſt uiſio:quia loca ipſa in quibus poſt corpus uel qualis futurus eſſet aſpexit:Eſt ſomnium:quia rerum quæ illi narratæ ſunt:altitudo tecta profunditate prudentiæ non poteſt nobis niſi ſcientia interpretationis aperiri. Ad ipſius quoq; ſomnii ſpecies omnes refert. Eſt proprium:quia ad ſupera ipſe perductus eſt:& de ſe futura cognouit. Eſt alienum:ꝙ quem ſtatum aliorum animæ ſortitæ ſunt deprehendit. Eſt commune: ꝙ eadem loca tam ſibi q̄ cæteris eiuſdem meriti didicit præparari. Eſt publicum:ꝙ uictoriam patriæ & Carthaginis interitum & capitolinū triumphum: & ſollicitudinem futuræ ſeditionis agnouit. Eſt generale:ꝙ cælum cæliq; circulos conuerſioniſq; concentū uiuo adhuc homini noua & incognita ſtellarum etiam ac luminum motus terræq; omnis ſitum ſuſpiciendo uel deſpiciendo cōcæpit. Nec dici poteſt non aptum fuiſſe Scipionis perſonæ ſomniū: quod generale eēt & publicum:quia necdum illi contigiſſet ampliſſimus magiſtratus:immo cum adhuc ut ipſe dicit pene miles haberetur. Aiunt enim non habenda pro ueris de ſtatu ciuitatis ſomnia:niſi quæ rector eius magiſtratuſue uidiſſet:aut quæ de plebe nō unus ſed multi ſimilia ſomniaſſent: ideo apud Homerum cum in cōcilio græcorum Agamēnon ſomnium quod de inſtruendo prælio uiderat:publicaret:Neſtor qui nō minus ipe prudentia q̄ omnis iuuenta uiribus iuuit:exercitum concilians:fidem relatis de ſtatu inquit publico credendum regio ſomnio:quod ſi alter uidiſſet:repudiaremus ut futile. Sed non ab re erat ut Scipio etſi necdum adeptus tunc erat conſulatum:nec erat rector exercitus:Carthaginis ſōniaret interitum:cuius erat auctor futurus:audiretq; uictoriam beneficio ſuo publicandam:uideret etiam ſecreta naturæ uir non minus philoſophia q̄ uirtute præcellens:His aſſertis quia ſuperius falſitatis inſomniorum Virgilium teſtem citantes eius uerſus fecimus mentionem eruditæ geminarum ſomnii deſcriptione portarum: ſi quis forte quærere uelit: cur porta ex ebore falſis:e cornu ueris ſit deputata: inſtruetur auctore Porphyrio:qui in commentariis ſuis hæc in eūdem locum dicit ab Homero ſub eadem diuiſione deſcriptum. Latet inquit omne uerum:hoc tamen anima cum ab officiis corporis ſomno eius paululum libera eſt:interdum aſpicit:nonnunq̄ tendit aciem:nec tamen peruenit:& cum aſpicit tamen non libero & directo lumine uidet:ſed interiecto uelamine:qđ

Neſtor

Somnii portæ.

nexus naturæ calligantis obducit:& hoc in natura eſſe idem Virgilius aſſerit dicens:Aſpice namq; omnem:quæ nunc obducta tuenti Mortales hebetat uiſus tibi:& humida circum Calligat nubem eripiam. Hoc uelamen cum in quiete ad uerum uſq; aciem introſpicientis admittit:de cornu creditur:cuius iſta natura eſt:ut tenuatum uiſui peruium ſit. Cũ autem a uero hebetat ac repellit obtutum: ebur putatur:cuius corpus ita natura denſatum eſt: ut ad quãuis extremitatem tenuitatis craſſum nullo uiſu ad ulteriora tendente penetretur. Tractatis generibus & modis ad quos ſomnium Scipionis refertur: nunc ipſam eiuſdem ſomnii mentem ipſumq; propoſitum:quod græci σκοπον uocant:anteq̃ uerba inſpiciantur tentemus aperire:& eo pertinere propoſitum præſentis operis aſſeramus:ſicut iam in principio huius ſermonis adſtruximus:ut animas bene de repub.meritorum poſt corpora cælo reddi:& illic frui beatitudinis perpetuitate nos doceat.Nam Scipionem ipſum hæc occaſio ad narrandum ſomnium prouocauit:ꝙ longo tempore ſe teſtatus eſt ſilentio condidiſſe.Cum enim Lælius quæreretur nullas Naſicæ ſtatuas in publico in interfecti tyranni remuneratione locatas:reſpondit Scipio poſt alia in hæc uerba:Sed q̃q̃ ſapientibus conſcientia ipſa factoꝝ egregiorum ampliſſimum uirtutis eſt præmium:tamen illa diuina uirtus nõ ſtatuas plumbo inhærentes:nec triumphos areſcentibus laureis: ſed ſtabiliora quædã:& uiridiora præmiorum genera deſiderat:quæ tamen iſta ſunt inquit Lælius? Tum Scipio patimini me inquit(quoniam tertium diem iam feriati ſumus)& cætera quibus ad narrationem ſomnii uenit: docens illa eſſe ſtabiliora & uiridiora præmiorum genera: quæ ipſe uidiſſet in cælo bonis rerumpub. ſeruata rectoribus: ſicut his uerbis eius oſtenditur.Sed quo ſis Aphricane alacrior ad tutandam rempu. ſic habeto.Omnibus qui patriam conſeruauerint: adiuuerint:auxerint: certũ eſſe in cælo & diffinitum locum:ubi beati ſempiterno æuo fruantur: & paulo poſt hunc certum locum qui ſit deſignans ait: Sed ſic Scipio ut auus hic tuus ut ego qui te genui: iuſticiam cole & pietatem:quæ cum magna in parẽtibus & propinquis:tum in patria maxima eſt:ea uita uia eſt in cælum & in hũc cœtum eorum qui iam uixerint & corpore laxati incolunt locum:quem uides ſignificans galaxian. Sciendum eſt enim ꝙ locus in quo ſibi uidetur eſſe Scipio per quietem:lacteus circulus ẽ: qui galaxias uocatur.Siquidem his uerbis in principio utitur:oſtendebat autem Carthaginem de excelſo & pleno ſtellarum illuſtri & claro quodam loco.Et paulopoſt apertius dicit:Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circulus elucens:quem uos(ut a Graiis accepiſtis)orbem lacteum nuncupatis:ex quo mihi omnia contemplanti præclara & mirabilia uidebantur.Et de hoc quidem galaxia cum de circulis loquemur plenius diſſeremus. ſed iam quoniam inter libros: quos de

Conſcientia benefactoꝝ uirtutis præmium

Galaxias

repu. Cicero: quoſue prius Plato ſcripſerat: quæ differentia quæ ſimilitudo habeatur: expreſſimus. & cur operi ſuo uel Plato æris iudicium uel Cicero ſomnium Scipionis aſciuerit: quidue ſit ab epicureis obiectum Platoni: uel quemadmodum debilis calumnia refellatur: & quibus tractatibus philoſophi admiſceant: uel a quibus penitus excludant fabuloſa retulimus: adiiciemuſq; poſt hæc neceſſario genera omnium imaginū quæ falſo: quæq; uero uidentur in ſomniis: ipſaſq; diſtinximus ſpecies ſomniorum: ad quas Aphricani ſomnium conſtaret referri: & Scipioni conuenerit talia ſomniare: & de geminis ſomnii portis: quæ fuerit a ueteribus expreſſa ſententia ſuper his omnibus ipſius ſomnii: de quo loquimur mentem propoſitumq; ſignauimus: & partem cæli euidenter expreſſimus: in qua ſibi Scipio per quietem hæc uel uidiſſe uiſus eſt: uel audiſſe q̄ retulit. Nunc iā diſcutienda nobis ſunt ipſius ſomnii uerba nō omnia: ſed quæq; uidebuntur digna quæſitu: Ac prima nobis tractāda ſe ingerit pars illa de numeris: in qua ſic ait: Nā cum ætas tua ſeptēos octies ſolis anfractus rediuſq; conuertit: duoq; hi numeri: quorum uterq; plenus: alter altera de cauſa habet͛: circuitu naturali ſummam tibi fatalem confecerint: in te unum atq; tuum nomen ſe tota conuertet ciuitas. Te ſenatus: te omnes boni: te ſocii: te latini intuebuntur: tu eris in quo nitatur ciuitatis ſalus: ac ne multa dictator rēpub. conſtituas oportet: ſi impias propinquorum manus effugeris: plenitudinem hic non fruſtra numeris aſſignat: plenitudo. n. proprie niſi diuinis rebus ſuperniſq; non conuenit: neq;. n. corpus proprie plenum dixeris: quod cum ſui ſit impatiēs effluendo: alieni appetens eſt hauriendo: quæ ſi metallicis corporibus nō uſu eueniunt: non tamen plena illa ſed uaſta dicenda ſunt. Hæc eſt igit͛ communis numerorum omnium plenitudo: qꝑ cogitationi a nobis ad ſuperos meanti occurrit prima perfectio incorporalitatis in numeris. Inter ipſos tamen proprie pleni uocantur ſecundum hos modos: qui præſenti tractatui neceſſarii ſunt: qui aut uim obtinent uinculorum: aut corpora rurſus efficiuntur: aut corpus efficiunt. Sed corpus quod intelligendo non ſentiendo cōcipias: totum hoc ut obſcuritatis deprecetur: offenſam paulo altius repetita rerum luce pandendum eſt. Omnia corpora ſuperficie finiuntur: & in ipſam eorum pars ultima terminatur. Hi autem termini cum ſint ſemper circa corpora: quorum termini ſunt: incorporei tamen intelliguntur: nam quouſq; corpus eſſe dicetur necdum terminus intelligitur: cogitatio quæ concæperit terminum: corpus reliquit. Ergo primus a corpibus ad icorpea trāſitus offēdit i corporꝫ termios: & hæc ē corpea prima natura poſt corpa: ſed nō pure nec ad itegrū carēs corpe. Nā licet extra corpus natura eius ſit: tñ nō niſi circa corpus apparet. Cū totum deniq; corpus nominas: etiam ſuperficies hoc uocabulo continetur. de corporibus eam tametſi nō res: tamen intellectus ſequeſtrat: Hæc

Plenitudo numerorꝫ

ſuperficies ſicut eſt corporum terminus:ita lineis terminatur: quas ſuo nomine grammas græcia nominauit.Punctis lineæ finiũtur:& hæc ſunt corpora quæ mathematica uocantur:de quibus ſolerti induſtria geometriæ diſputatur.Ergo hæc ſuperficies cum ex alia parte corporis cogitatur:pro forma ſubiecti corporis accipit numerum linearum.Nam ſeu trium ut trigonum ſeu quattuor ut quadratum ſeu plurium ſit angulorũ: totidem lineis ſeſe ad extrema tangentibus plãities eius includitur.Hoc loco admonendi ſumus:ꝗ omne corpus lõgitudinis:latitudinis:& altitudinis dimenſionibus conſtat:ex his tribus in lineæ ductu una dimenſio eſt longitudo:eſt enim ſine latitudine.Planities uero quam epiphaniam uocant longo latoq; diſtenditur:alto caret: & hæc planities quantis lineis contineatur:expreſſimus:Soliditas autem corporum conſtat cum his duabus additur altitudo:fit enim tribus dimenſionibus impletis corpus ſolidum:quod ſtreon uocant:qualis eſt teſſera:quæ cubus uocatur. Si uero non unius partis:ſed totius:uelis corporis ſuperficiem cogitare: quod proponamus eſſe quadratum : ut de uno quod exemplo ſufficiet diſputemus: iam non quatuor ſed octo anguli colliguntur . quod tum animaduertis ſi per unum quadratum quale prius diximus alterum tale altius impoſitum mẽte conſpicias:ut altitudo quæ illi plano deerat:adiiciatur:fiatq; tribus dimẽſionibus impletis corpus ſolidum quod ſtreon uocant:ad imitatõem teſſeræ:quæ cubus uocatur: Ex his apparet octonariũ nũeꝝ ſolidũ corpus & eſſe & haberi:ſiquidẽ unum apud geometras puncti locum obtinet.Duo lineæ ductum faciũt quæ duobus punctis(ut ſupra diximus)coercetur . Q uatuor uero puncta aduerſum ſe in duobus ordinibus bina per ordinem poſita exprimunt quadri ſpeciẽ a ſingulis punctis in aduerſum punctum eiecta linea :Hæc quatuor ut diximus duplicata:& octo facta:duo quadra ſimilia deſcribunt:quæ ſibi ſuperpoſita additaq; altitudine formam cubi:quod eſt ſolidum corpus: efficiunt.Ex his apparet antiquiorem eſſe numerum ſuperficie & lineis: ex quibus illam conſtare memorauimus formiſq; omnibus. A lineis enĩ aſcenditur ad numerum:tanq̃ ad priorẽ:ut intelligatur ex diuerſis numeris linearum quæ formæ geometricæ deſcribãtur:Ipſam uero ſuperficiẽ cum lineis ſuis primam poſt corpora diximus incorpoream eſſe naturã: nec tamen ſequeſtrandam propter perpetuam cum corporibus ſocietatem.Ergo quod ab hac ſurſum recedit:iam pure incorporeum eſt . Numeros autem hac ſuperiores præcedens ſermo patefecit:Prima eſt igitur perfectio incorporalitatis in numeris : & hæc eſt(ut diximus)numerorum omnium plenitudo:ſeorſum autem illa(ut ſupradiximus)plenitudo eſt eorum quæ ad corpus efficiunt:aut efficiuntur:aut uim obtinent uinculorum: licet alias quoq; cauſas quibus pleni numeri efficiantur: eſſe non ambigam:Q ualiter autem octonarius numerus ſolidum cor-

Grammæ Lineæ

Corporis diuiſio

Planities

Streon

Theſſera Cubus

Ductus

Octonariuſ numerus

pus efficiat:ante ſatis probatū eſt.Ergo ſingulariter quoq; plenus iure dicetur propter torporeæ ſoliditatis effectū: Sed & ad ipſam cæli harmoniā ideſt continentiā hunc numerum magis aptum eſſe nō dubium eſt:cum ſperæ ipſæ octo ſint quæ mouentur:de quibus ſecuturus ſermo procedet:omnes quoq; partes de quibus cōſtat hic numerus:tales ſunt: ut ex earum compage plenitudo naſcatur. Eſt enim aut de his quæ neq; generantur neq; generant de monade & ſeptem: quæ qualia ſint ſuo loco plenius explicabitur:aut de duplicato eo qui & generatur & generat: ideſt quattuor:Nā hic numerus quattuor: & naſcit̃ de duobus: & octo generat:aut componitur de tribus:& quinq;:quorū alter:primus omniū numero℞ impar apparuit:quinarii autem potentiam ſequēs tractatus attinget.Pythagorici uero hunc nume℞ iuſticiam uocauerūt:quia primus omniū ita ſoluitur in numeros pariter pares:hoc ē in bis quaterna:ut nihilominus in numeros æque pariter pares diuiſio quoq; ipſa ſoluatur in bis bina.Eadem quoq; qualitate cōtexitur: ideſt bis bina bis. Cū ergo & contextio ipſius pari æqualitate procedat: & reſolutio æqualiter redeat uſq; ad monadem:quæ diuiſionem arithmetica rōne non recipit: merito: propter æqualem diuiſionem iuſticiæ nomen accepit.& quia ex ſupradictis omnibus apparet quanta & partium ſuarū & ſeorſum ſua plenitudine nitatur:iure plenus uocatur.Supereſt ut ſeptenarium quoq; numerū plenū iure uocitandū ratio in medio conſtituta ꝑſuadeat.Ac primū hoc tranſire ſine admiratione nō poſſumus: ꝙ duo numeri qui in ſe multiplicati uitale ſpatiū uiri fortis includerent: ex pari & impari conſtituerunt. Hoc enim uere perfectum eſt:ꝙ ex ho℞ numero℞ permixtione generatur.Nam impar numerus mas:& par fœmina uocatur.Itē arithmetici imparem patris:& parem matris appellatione uenerātur. Hinc & Timæus Platonis fabricatorem mundanæ animæ deum partes eius ex pari & impari:ideſt duplari & triplari numero intertexuiſſe memorauit: ita ut a duplari uſq; ad octo a triplari uſq; ad uigintiſeptē ſtaret alternatio mutuandi.Hi enim primi cubi utrinq; naſcuntur ſiquidem a paribus bis bini : q̄ ſunt quatuor ſuperficiem faciunt bis binis bis:qui ſunt octo:corpus ſolidum fingunt.A diſpari uero ter terna quæ ſunt nouem ſuperficiem reddunt:& ter terna ter:ideſt ter nouena:quæ ſūt uigintiſeptē primū æque cubum alterius partis efficiūt. Vnde intelligi datur hos duos numeros: octo dico & ſeptem:qui ad multiplicationem annorum perfecti in repu. uiri conuenerunt:ſolos idoneos ad efficiendam mundi animā iudicatos: quia nihil poſt auctorem poteſt eſſe perfectius: Hoc quoq; notandū ē: ꝙ ſuperius aſſerentes cōmunem numero℞ omniū dignitatem antiquiores eos ſuperficie & lineis eius omnibus:quæ corporibus oſtēdimus: ꝓcedens aūt tractatus inuenit numeros & ante animā mundi fuiſſe: q̄bus illam contextam auguſtiſſima Timæi ratio naturæ ipſius conſcia teſtis

probatū eſt

Septenarius numerus plenus

Impar numerus

Par numerus

expreſſit. Hinc eſt ꝙ ꝓnuntiare nõ dubitauerunt ſapiẽtes animã eſſe nu
meꝝ ſe mouentẽ. Nũc uideamus cur ſeptenarius numerus ſuo ſeorſum
merito plenus habeatur: cuius ut preſſius plenitudo noſcat̃: primũ me-
rita partiũ de q̃bus conſtat: tũ demũ quid ipſe poſſit inueſtigemus: Con
ſtat ſeptenarius numerus uel ex uno & ſex: uel ex duobus & quinq;: uel
ex tribus & quattuor: ſingulaꝝ cõpagum mẽbra tractemus: ex q̃bus fa-
tebimur nullũ aliũ numeꝝ tam uaria eſſe maieſtate fœcundũ. ex uno &
ſex cõpago prima cõponit̃: Vnũ aũt: quod monas ideſt unitas dicit̃: &
mas idẽ & fœmina ẽ: par idẽ atq; impar ipſe nõ numerus ſed fons & ori
go numeroꝝ: Hæc monas initiũ finiſq; oium: neq; ipſa principii aut finis
ſciens ad ſummũ refert̃ deũ: eiuſq; intellectũ a ſequẽtiũ numero rerũ &
poteſtatũ ſequeſtrat: nec in inferiore poſt deũ gradu fruſtra eam deſide-
raueris. Hæc illa eſt mens e ſũmo enata deo q̃ uices tempoꝝ neſciens in
uno ſemp quod adeſt conſiſtit æuo: cũq;: utpote una: non ſit numerabi-
lis: inumeras tamen geneꝝ ſpẽs & de ſe creat: & intra ſe continet. Inde
quoq; aciem paululũ cogitationis inclinans: hanc monadẽ reperies ad
animã referri. Aĩa enim aliena a ſilueſtris contagione materiæ: tm̃ ſe au-
ctori ſuo ac ſibi debens ſimplicem ſortita naturã cũ ſe ãiandæ imenſitati
uniuerſitatis infundat: nullum init tamen cũ ſua unitate diuortium. Vi-
des ut hæc monas orta prima reꝝ cauſa aduſq; aĩam ubiq; integra & ſem
per indiuidua continuationem poteſtatis obtineat. Hæc de monade ca-
ſtigatius q̃ ſe copia ſuggerebat: nec te remordeat ꝙ cum omni numero
præeſſe uideatur: in coniunctione præcipue ſeptenarii prædicetur: Nulli
enim aptius iungitur monas icorrupta: q̃ uirgini. Huic aũt numero ideſt
ſeptenario: adeo opinio uirginitatis inoleuit: ut Pallas quoq; uocitetur.
Nam uirgo creditur quia nullũ ex ſe parit numeꝝ duplicatus: qui intra
denariũ coarctet̃ quẽ primũ limitẽ conſtat eſſe numeroꝝ. Pallas ideo:
quia ex ſolius monadis fœtu & multiplicatione proceſſit: ſicut Minerua
ſolo ex uno parẽte nata ꝓhibet̃: Senarius uero qui cũ uno cõiunctus ſe
ptenariũ facit: uariæ ac multiplicis religionis & potẽtiæ eſt: Primũ ꝙ ſo-
lum ex oibus numeris qui infra decẽ ſunt de ſuis ꝑtibus conſtat: habet
enim medietatẽ & tertiã ꝑtẽ & ſextã ꝑtem: & eſt medietas tria: tertia pars
duo: ſexta pars unũ: quæ oia ſimul ſex faciũt. habet & alia ſuæ ueneratio
nis indicia: ſed ne longior faciat ſermo faſtidium: unum ex oibus eius of
ficium ꝓſequemur: quod ideo prætulimus: quia hoc cõmemorato non
ſenarii tantũ: ſed & ſeptenarii pariter dignitas aſtruetur. Humano partui
frequentiorem uſum nouem mẽſium certo numeroꝝ modulamine natu
ra conſtituit: ſed ratio ſub aſciti ſenarii numeri multiplicationẽ procedẽs
etiam ſeptem menſes compulit uſurpari. Q uambreuiter abſoluteq; du-
os eſſe primos omnium numerorum cubos: ideſt a pari octo ab impari
uigintiſeptem: & eſſe imparẽ marem: parem fœminam ſuperius expreſſi-

Septenarius nũerus ex quibus conſtet.

Monas ideſt unitas.

Pallas

Senarius numerus

mus.Hoꝝ uterq; ſi per ſenarium numerum multiplicetur:efficiunt die-
rum numeꝝ:qui ſeptem menſibus explicatur.Coeant enim numeri mas
ille qui memoratur:& fœmina:octo ſcilicet & uigintiſeptē:pariunt ex ſe
quinq; & triginta.Hæc ſexies multiplicata creant decem & ducentos:q
numerus dieꝝ mēſem ſeptimū claudit.Ita eſt ergo natura fœcūdus hic
numerus:ut primā humani partus pfectionē quaſi arbiter quidā maturi
tatis abſoluat.Diſcretio uero partus futuri(ſicut Hipocrates refert)ſic i
utero dignoſcitur.aut enī ſeptuageſimo:aut nonageſimo die conceptus
mouet̃:dies ergo motus quicūq; fuerit:de duobus ter multiplicatus aut
ſeptimū aut nonū explicat mēſem.Hæc de prima ſeptenarii copulatiōe
libata ſint.Secūda de duobus & quinq; eſt:ex his Dyas:quia poſt mo- Dyas
nadem prima eſt:primus ē numerus.Hæc ab illa oīpotētia ſolitaria icor
poris intelligibilis linea prima defluxit.Ideo & ad uagas ſtellarū & lumi
num ſpæras refert̃:quia hæ quoq; ab illa quæ Aplanes dicit̃:in numerū Aplanes
ſciſſæ & in uarii motus cōtrarietatē retortæ ſunt. Hic ergo numerus cū
quinario aptiſſime iūgitur:dū hic ad errātes(ut diximus)ad cæli zonas
ille referat̃:Sed ille ratione ſciſſionis:hic numero.Illa uero qnario nūero
ꝓprietas excepta potētiæ ultra cæteras eminētis euenit. ꝙ ſolus omnia
quæq; ſunt:quæq; uident̃ eſſe:cōplexus eſt.Eſſe aūt dicimus itelligibi-
lia:uideri eē corporalia oia ſeu diuinū corpus habeāt:ſeu caducum.Hic
ergo numerus ſimul oia & ſupra & ſubiecta deſignat. Aut enim deus ſū
mus eſt:aut mens ex eo nata in qua ſpēs reꝝ continet̃:aut mundi anima
quæ animaꝝ oium fons eſt:aut cæleſtia ſunt uſq; ad nos:aut terrena na-
tura eſt.& ſic quinarius reꝝ omnium nnmerus impletur. De ſecunda ſe
ptenarii numeri coniunctione dicta hæc pro affectione breuitatis neceſſi
tate ſufficiant.Tertia eſt de tribus & quattuor:quæ quantum ualeat:re-
uoluamus:Geometrici corporis ab impari prima planities i tribus lineis
conſtat.his enim trigonalis forma concluditur.A pari uero prima i quat
tuor inuenitur.Item ſcimus ſecundū Platonem ideſt ſecundū ipſius ue
ritatis arcanū:illa forti inter ſe uinculo colligari:quibus interiecta medie
tas præſtat uinculi firmitatē.Cum uero medietas ipſa geminatur:ea quæ
extima ſunt:non tenaciter tm̄:ſed etiā inſolubiliter uincuntur.Primo er-
go ternario numero contigit:ut inter duo ſūma medium quo uinciretur:
acciperet.Q uaternarius uero duas medietates primus omnium nactus
eſt:quas ab hoc numero deus mundanæ molis artifex cōditorq; mutua
tus inſolubili inter ſe uinculo elementa deuinxit:ſicut in Timæo Plato-
nis aſſertū eſt.Nec aliter tā controuerſa ſibi ac repugnātia & natura cō-
munionē abnuentia promiſceri:terrā dico & ignē potuiſſe per tā iugabi
lem cōpetentiā fœderari:niſi duobus mediis aeris & aquæ nexibus uin-
cirentur.Ita enim elementa inter ſe diuerſiſſima opifex tamen deus ordi
nis opportunitate cōnexuit:ut facile iūgerent̃.Nam cū binæ in ſingulas





Quaternarius nūerus

Elemētoꝝ cōnexio

qualitates eſſent talem unicuiq; de duabus alterã dedit:ut in eo cui adhæreret cognatã ſibi & ſimilem reperiret. Terra eſt ſicca & frigida: Aqua uero frigida & humi da eſt: hæc duo elementa licet ſibi per ſiccũ humectũq; cõtraria ſint: p frigidũ tamen cõmune iungunť. Aer humectus & calidus eſt: & cũ aquæ frigidæ cõtrarius ſit calore: cõciliatione tamen ſotii copulať humoris. Sup hunc ignis cũ ſit calidus & ſiccus: humorem qdem aeris reſpuit ſiccitate: ſed cõnectiť ſocietate caloris. Et ita fit: ut ſingula quæq; elemẽtoꝝ duo ſibi hincinde uicina ſingulis qualitatibus uelut quibuſdã amplectanť ulnis. Aqua terrã frigore: aerem ſibi nectit humore. Aer aquæ: humecto ſimili: & igni calore ſociať: Ignis aeri miſceť: ut calido: terræ iungiť ſiccitate: Terra ignẽ ſicco patitur: aquã frigore nõ reſpuit. Hæc tamẽ uarietas uinculoꝝ ſi elementa duo forent: nihil inter ipſa firmitatis habuiſſet: ſi tria: minus quidẽ ualido: aliquo tamen nexu uincienda nodaret. Inter quattuor uero inſolubilis colligatio eſt: cũ duæ ſũmitates duabus interiectiõibus uinciũtur. Quod erit manifeſtius: ſi ĩ medio poſueris ipſam cõtinẽtiã ſenſus de Timæo Platonis exceptam: Diuini decoris inqt ratio poſtulabat talẽ fieri mundũ: qui & uiſum pateretur & tactũ. Cõſtabat aũt neq; uideri aliquid poſſe ſine ignis beneficio neq; tangi ſine ſolido: & ſolidũ nihil eſſe ſine terra. Vnde mundi omne corpus de igni & terra inſtruere fabricator incipiẽs: uidit duo cõuenire ſine medio colligãte nõ poſſe. & hoc eſſe optimũ uinculũ: quod & ſe pariter & a ſe alligãda deuinciat. Vnã uero interiectionem tunc ſolum poſſe ſufficere: cũ ſupficies ſine altitudine uincienda ẽſt: At ubi arctãda uinculis eſt alta dimenſio: nodum niſi gemina interiectione nõ necti: Inde aerẽ & aquã inter ignem terrãq; contexuit: & ita per oĩa una & ſibi cõueniẽs iugabilis cõpetentia cucurrit: elementoꝝ diuerſitatẽ ipſa differentiarum æqualitate conſotiãs. Nã quantũ intereſt inter aquã & aerem & cauſam denſitatis & põderis: tantũdem inter aerem & ignẽ eſt: Et rurſus quod intereſt inter aerem & aquam cauſa leuitatis & raritatis: hoc intereſt inter terram & aquam. Item quod itereſt inter terram & aquã cauſa denſitatis & põderis: hoc intereſt inter aquã & aerẽ. Et quod iter aquã & aerẽ hoc inter aerẽ & ignẽ. Et cõtra quod itereſt inter ignẽ & aerẽ tenuitatis leuitatiſq; cauſa: hoc inter aerẽ & aquã eſt: & quod eſt iter aerẽ & aquã: hoc inter aquã intelligitur & terrã. Nec ſolũ ſibi uicina & cohærentia cõparãtur: ſed eadem alternis ſaltibus cuſtodiť æqualitas. Nã quod eſt terra ad aerẽ: hoc eſt aqua ad ignẽ: & quotiens uerteris: eandẽ reperies iugabilem cõpetentiã: ita ex ipſo quo inter ſe ſunt æqualiter diuerſa ſocianť. Hæc eo dicta ſunt: ut aperta rõne cõſtaret neq; planitiẽ ſine tribus: neq; ſocietatẽ ſine quattuor poſſe uinciri. Ergo ſeptenarius numerus geminã uim obtinet uinciendi: quia ambæ partes eius uincula prima ſortitæ ſũt: ternarius cũ una medietate: quaternarius cũ duabus. Hinc in alio loco

eiuſdem ſomnii Cicero de ſeptenario dicit:qui numerus reꝝ oium fere
nodus eſt.Itē oia corpora aut mathematica ſunt alūna geometriæ:aut ta
lia q̄ uiſum tactūue patianꝛ:hoꝝ priora tribus incremētoꝝ gradibus cō-
ſtant:aut enī linea eiicitꝛ ex pūcto:aut ex linea ſuperficies:aut ex planitie
ſoliditas.Altera uero corpora quattuor elemētoꝝ collato fœdere ī robur
ſubſtātiæ corpulētæ cōcordi cōcretione coaleſcūt. Nec nō oium corpo
rum tres ſunt dimēſiones:lōgitudo:latitudo:ꝓfunditas:Termini adnu- Interſtitia trium ele-
merato effectu ultimo quattuor:pūctum:linea:ſupficies:& ipſa ſoliditas mentoꝝ
Item cū quattuor ſint elemēta:ex quibus cōſtant corpora:terra:aqua:aer
& ignis:tribus ſine dubio interſtitiis ſeparanꝛ:quoꝝ unū eſt a terra uſq;
ad aquā:ab aqua uſq; ad aerē ſequens:tertiū ab aere uſq; ad ignem. Et a Neceſſitas
terra quidē uſq; ad aquā ſpatiū neceſſitas a phyſicis dicitur:quia uincire
& ſolidare creditur quod eſt in corporibus lutulentū. Vnde Homericus
cenſor cum græcis imprecaretur:Vos omnes inquit in terrā & aquā re-
ſoluamini:in id dicens quod eſt in natura humana turbidū:quo facta eſt
homini prima cōcretio.Illud uero quod eſt inter aquā & aerē harmonia Harmonia
dicitꝛ:ideſt apta & conſonans conueniētia:quia hoc ſpatiū eſt quod ſu-
perioribus inferiora cōciliat:& facit diſſona cōuenire. Inter aerē uero &
ignē obedientia dicitur:quia ſicut lutulenta & grauia ſuperioribus neceſ Obedientia
ſitate iunguntꝛ:ita ſuperiora lutulētis obedientia copulanꝛ harmonia me
dia cōiunctione utriuſq; præſtāte:Ex quatuor igitur elementis & tribus
eorum interſtitiis abſolutionem corpoꝝ cōſtare manifeſtum eſt.Ergo hi
duo numeri:tria dico & quattuor:tam multiplici inter ſe cognationis ne
ceſſitate ſociati efficiendis utriſq; corporibus conſenſu miniſtri fœderis
obſequūtur:Nec ſolū explicādis corporibus hi duo numeri collatiuum
præſtant fauorē:ſed quaternariū quidē pythagorici quem τετρακτυν
uocāt:adeo quaſi ad perfectionē animæ pertinentem inter arcana uene-
ranꝛ:ut ex eo & iuſiurādi religionē ſibi fecerint ουματοναμετερα ψυ
χαπαραδοντατετρακτυν per quæ noſtræ animæ numerū dedit ipſe
quaternū.Ternarius uero aſſignat animam tribus ſuis partibus abſolu- Ternarius numerus
tam:quarum prima eſt ratio quam λογιστικον appellant.Secunda ani-
moſitas quam θυμικον uocant: Tertia cupiditas quæ επιθυμητικον
nuncupatur.Item nullus ſapientū animā ex ſymphoniis quoq; muſicis
conſtitiſſe dubitauit.Inter has nō paruæ potentiæ eſt quæ dicitur diapa
ſon.Hæc conſtat ex duabus ideſt diateſſeron & diapente.Fit autem dia
pente ex hemiolio:& fit diateſſeron ex epitrito. Et eſt primus hemiolius Diapaſon Diapente
tria:& primus epitritus quattuor. quod quale ſit:ſuo loco plenius exe- Diateſſerō
quemur.Ergo ex his duobus numeris conſtat diateſſeron & diapente:
ex quibus diapaſon ſymphonia generatur.Vnde Virgilius:nullius diſci
plinæ expers plene & per omnia beatos exprimere uolēs ait.O terq; qua
terq; beati.Hæc de partibus ſeptenarii numeri ſectantes compendia dixi

Heptas

mus:de ipſo quoq; pauca dicemus.Hic numerus heptas nunc uocatur
antiquato uſu primæ litteræ:Apud ueteres enim ſeptas uocitabat̃ quod
græco noie teſtabat̃ uenerationẽ debitã numero. Nã primo oium hoc
numero aia mũdana generata eſt:
ſicut Timæus Platonis edocuit.
Monade enim in uertice locata:
terni numeri ab eadẽ ex utraq; par
te fluxerunt.Ab hac pares:ab illa
impares ideſt poſt monadẽ a par-
te altera duo:inde quattuor:dein-
de octo:ab altera uero parte tria:
deinde nouẽ:& inde uigintiſeptẽ
Ex his numeris facta contextio ge
nerationẽ animæ imperio creato-
ris efficit.Nõ parua ergo hinc potentia numeri huius oſtendit̃:quia mũ
danæ animæ origo ſeptẽ finibus cõtinet̃:ſeptẽ quoq; uagantiũ ſpærarũ
ordinem illi ſtelliferæ & oẽs continenti ſubiecit artifex fabricatoris proui
dentia:quæ & ſuperioris rapidis motibus obuiarent:& inferiora oia gu-
bernarẽt:Lunã quoq; quaſi ex illis ſeptimã numerus ſeptenarius mouet
curſumq; eius ipſe diſpenſat:qđ cũ multis modis probet̃:ab hoc incipi-
at oſtendi.Luna octo & uiginti prope diebus totius zodiaci ambitũ con
ficit:Nã & ſi per triginta dies ad ſolẽ a quo profecta eſt remeat:ſolos ta-
men fere uigintiocto in tota zodiaci circuitione conſumit:reliquis ſolem
qui de loco in quo eũ reliquit abſceſſetat:cõprehendit. Sol enim unum
de duodecim ſignis integro mẽſe metit̃.Ponamus ergo ſole ĩ prima pte
arietis cõſtituto ab ipſius(ut ita dicã)orbe emerſiſſe lunã:quod ea naſci
uocamus.Hæc poſt uigintiocto dies & horas fere ſeptẽ ad primã ptem
arietis redit:ſed illic nõ inuenit ſolẽ.Interea enim & ipſe progreſſiõis ſuæ
lege ulterius abſceſſit:& ideo ipſa necdũ putat̃ eo:unde profecta fuerat
reuertiſſe:quia oculi noſtri tunc non a prima parte arietis: ſed a ſole eam
ſenſerant proceſſiſſe.Hunc ergo diebus reliquis.i.duobus plus minuſue
conſequit̃:& tunc orbi eius denuo ſuccedens ac denuo inde procedens
rurſus dicit̃ naſci.Inde fere nunq̃ in eodẽ ſigno bis continuo naſcit̃. niſi
in Geminis:ubi hoc nõnunq̃ euenit:quia dies in eo ſol duos ſupra trigin
ta altitudinem ſigni morãtes conſumit:rariſſimo in aliis ſi circa primã ſi-
gni partem a ſole procedat.Huius ergo uigintiocto dierũ numeri ſepte-
narius origo eſt.Nam ſi ab uno uſq; ad ſeptem quantum ſinguli numeri
exprimunt:tantum antecedentibus addendo procedas:inuenies uiginti
octo nata de ſeptem.Hunc etiam numerũ qui in quater ſeptenos æqua
ſorte digeritur:ad totã zodiaci latitudinẽ emetiendã remetiendãq; cõſu-
mit:nam ſeptem diebus ab extremitate ſeptẽtrionalis oræ obliquæ mean




Curſus lu-
næ per zo
diacum

do per latum ad medietatem latitudinis peruenit:qui locus appellať ecli
Eclipticus
pticus.Septem ſequẽtibus a medio ad imũ auſtrale delabiť:ſeptem aliis
rurſus ad mediũ obliquata cõſcendit:ultimus ſeptem ſeptentrionali red
ditur ſummitati.Ita iiſdem quater ſepties diebus omnem zodiaci & lon
gitudinem & latitudinem circum perq; diſcurrit:Similibus quoq; diſpẽ
ſationibus hebdomadũ luminis ſui uices ſempiterna lege uariãdo diſpo
nit.Primus enim ſeptem uſq; ad medietatem uelut diuiſi orbis excreſcit
& διχοτομοσ tunc uocať.Secũdis orbem totũ renaſcens ignes col
ligendo iã complet:& plena tunc dicitur.Tertiis dichotomos rurſus effi
Dichotomos lunæ
citur:cũ ad medietatem decreſcendo contrahitur.Quartis ultima lumi
nis ſui diminutione tenuatur.Septem quoq; permutatiõibus quas faſis
uocant græci:toto menſe diſtinguitur:cũ naſcitur:cũ fit dichotomos &
cum fit αμφικυρτοσ:cũ plena & rurſus amphicyrtos:ac denuo dicho
Amphicyrtos lunæ
tomos & cum ad nos luminis uniuerſitate priuať: amphicyrtos eſt aũt
cũ ſupra diametrũ dichotomi eſt ante q̃ orbis cõcluſiõe cingatur:uel de
orbe iã minuens inter medietatem ac plenitudinem inſup mediã lumĩs
curuat eminentiã.Sol quoq; ipſe de quo uitã oĩa mutuanť: ſeptimo ſi
gno uices ſuas uariat.nã a ſolſtitio hiemali ad ſolſtitiũ æſtiuũ ſeptĩo pue
nit ſigno:& a tropico uerno uſq; ad autũnale tropicũ ſeptimi ſigni pera
gratione ꝓducit.Tres quoq; cõuerſiões lucis æthereæ ꝑ hunc numerũ
Lucis conuerſiones
cõſtant.Eſt aũt prima maxĩa:ſecũda media:minima eſt tertia. & maxĩa ẽ
anni ſecũdũ ſolẽ:media mẽſis ſecundũ lunã:minima diei ſecundũ ortũ
& occaſum Eſt uero una quæq; cõuerſio quadripartita: & ita conſtat ſe
ptenus numerus.i.ex tribus generibus cõuerſionum:& ex quattuor mo
dis qbus unaquæq; cõuertiť.Hi ſunt ante quatuor modi. Fit enim prĩa
humida:deinde calida:inde ſicca:& ad ultimũ frigida:Et maxima cõuer
ſio ideſt anni:humida ẽ uerno tpe:calida æſtiuo:ſicca autũno:frigida per
hyemẽ.Media aũt cõuerſio menſis ꝑ lunã ita fit:ut prima ſit hebdomas
humida:quia naſcens luna humorem aſſolet concitare : Secunda calida
adoleſcẽte in ea iã luce de ſolis aſpectu: Tertia ſicca quaſi plus ab ortu
remota.Quarta frigida deficiẽte iam lumine. Tertia uero cõuerſio q̃ eſt
Diei conuerſio minima
diei ſecũdũ ortũ & ocaſum ita diſponiť:ꝙ humida ſit uſq; ad primã de
quatuor ꝑtibus partẽ diei:calida uſq; ad ſecũdã:ſicca uſq; ad tertiã quar
ta iã frigida.Oceanus quoq; in incremento ſuo hũc numerũ tenet.Nam
Oceani incrementũ
primo naſcentis lunæ die fit copioſior ſolito:minuitur pauliſper ſecũdo:
minoremq; uidet eum tertius q̃ ſecundus:& ita decreſcendo ad diem ſe
ptimum peruenit.Rurſus octauus dies manet ſeptimo par.& nonus fit
ſimilis ſexto:decimus quinto:& undecimus fit quarto par: tertio quoq;
duodecimus:& tertiuſdecimus fit ſimilis ſecundo:quartuſdecimus pri
mo.Tertia uero hebdomas eadem facit quæ prima:quarta eadem quæ
ſecunda.Hic deniq; eſt numerus qui hominem concipi formari:edi:ui

uere:ali:ac per omnes ætatū gradus tradi ſenectæ atq; omnino conſtare facit. Nam ut illud taceamus q uterꝝ nulla ui ſeminis occupatum hoc dieꝝ numero natura cōſtituit:uelut decreto exonerādæ mulieris uecti-gali menſe redeunte purgari:Hoc tamen prætereundū nō eſt:quia ſemē quod poſt iactū ſui intra horas ſeptem nō fuerit in effuſionē relapſum: hæſiſſe in uitā pronunciatur. Verum ſemine ſemel intra formandi hominis monetam locato:hoc primum artifex natura molitur:ut die ſeptio folliculū genitiuum circundet humori ex mēbrana tam tenui qualis in ouo ab exteriore teſta clauditur:& intra ſe claudit liquorem. Hoc cum a phyſicis deprehenſum ſit:Hippocrates quoq; ipſe qui tam fallere q̄ falli neſcit experimenti certus aſſeruit:referens in libro qui de natura pueri i ſcribitur:tale ſeminis receptaculū de utero eius eiectum quale ſeptimo poſt conceptum die intellexerat Mulierem enim ſemine non effuſo ne grauida maneret orantem imperauerat ſaltibus cōcitari:atq; ſeptimo die ſaltu eiectum cū tali folliculo qualem ſupra retulimus ſuffeciſſe conceptui. Hoc Hippocrates:Stratō uero peripateticus & Diocles Caryſtius per ſeptenos dies concepti corporis fabricam hac obſeruatōe diſpēſant: ut hebdomade ſecunda credant guttas ſanguinis in ſupficie folliculi:de quo diximus apparere:tertia demergi eas introrſum idipſum conceptionis humorē:quarta humorem ipſum coagulari:ut quidā uelut inter carnem & ſanguinē liquida adhuc ſoliditate cōueniat:quinta uero interdū fingi in ipſa ſubſtātia humoris humanā figurā magnitudine quidē apis: ſed ut in illa breuitate mēbra oia & deſignata totius corporis liniamenta conſiſtant. Ideo aūt adiecimus interdū:quia cōſtat quotiēs q̄nta hebdomade fingit̃ deſignatio iſta mēbroꝝ:menſe ſeptimo maturari partū. Cū aūt nono menſe abſolutio futura eſt:ſiquidē fœmina fabricat̃:ſexta hebdomade iam membra diuidi:ſi maſculus ſeptima. Poſt partū uero utrū uictuꝝ ſit quod effuſum eſt:an i utero ſit præmortuū:ut tantūmodo ſpirans naſcat̃:ſeptima hora diſcernit. Vltra hūc enim horaꝝ numerū quæ præmortua naſcunt̃:aeris alitū ferre nō poſſunt quē quiſq; ultra ſeptem horas ſuſtinuerit:intelligit̃ ad uitam creatus:niſi alter forte qualis perfectū pōt caſus eripiat. Itē poſt dies ſeptē iactat reliquias umbilici:& poſt bis ſeptem incipit ad lumen uiſus eius moueri:& poſt ſepties ſeptem libere iam & pupillas & totā faciē uertit ad motus ſingulos uidendorum poſt ſeptem uero mēſes dentes incipiūt mādibulis emergere:& poſt bis ſeptē ſedet ſine caſus timore:poſt ter ſeptē ſonus eius in uerba ꝓrūpit & poſt quater ſeptem nō ſolū ſtat firmiter:ſed & incedit. Poſt quinquies ſeptem incipit lac nutricis horreſcere:niſi forte ad patientiam longioris uſus continuata conſuetudine protrahat̃:poſt annos ſeptem dentes qui primi emerſerant aliis aptioribus ad cibum ſolidum naſcentibus cedūt: eodemq; anno.i.ſeptimo:plene abſoluitur integritas loquendi:unde &

Moneta

Hominis formatio in utero

Folliculus

Corporis formatio

Partus

Vmbilicus.

Dentes quādo oriuntur in pueris

Mandibula.

ſeptem uocales littere a natura dicuntur inuentæ:licet latinitas eaſdē modo longas:modo breues pronunciando quinq; pro ſeptem tenere maluerit. Apud quos tamē ſi ſonos uocalium nō apices numeraueris : ſimiliter ſeptem ſunt:poſt aūt bis ſeptē ipſa ætatis neceſſitate pubeſcit. Tunc eni moueri incipit uis generationis i maſculis & purgatio fœminaꝶ: Ideo & tutela pueris quaſi uirile iam robur abſoluit:de qua tamē fœminæ ꝓpter uotoꝶ feſtinationē maturius biennio legibus liberant: poſt ter ſeptenos annos genas flore ueſtit iuuenta: idēq; annus finem in longū creſcendi facit:& quarta annoꝶ hebdomas ipleta in latū quoq; creſcere ultra iā ꝓhibet:qnta oē uirium:quantæ ineſſe unicuiq; poſſunt: complet augmentum:nulloq; mō pōt qſq̄ ſe fortior fieri inter pugiles deniq; hæc conſuetudo ſeruat:ut quos iā coronauere uictoriæ: nihil de ſe amplius in incremento uiriū ſperent. qui uero exptes gloriæ huius uſq; illo manſerunt a ꝓceſſione diſcedāt. Sexies uero ſepteni anni:ſeruāt uires ante collectas: nec diminutionem niſi ex accidenti euenire patiuntur. ſed a ſexta uſq; ad ſeptimā ſeptimanā fit quidem diminutio: ſed occulta & q̄ detrimentum ſuum apta defectiōe non ꝓdat:ideo nōnullaꝶ reꝶpu. is mos eſt: ut poſt ſextā ad militiā nemo cogat.in pluribus dat remiſſio iuſta poſt ſeptimā. Notādum uero ꝙ cū numerus ſeptem ſe multiplicat: facit ætatem quæ ꝓprie ꝑfecta & habet & dicit:adeo ut illius ætatis homo:utpote qui ꝑfectiōnē & attigerit iā & needū ꝑterierit:& cōſilio aptus ſit: nec ab exercitio uiriū alienus habeat. Cū uero decas qui & ipſe ꝑfectiſſimus numerus ꝑfecto numero.i.hepta diiungit:ut aut decies ſeptē: aut ſepties deni cōputent anni:hæc a phyſicis credit meta uiuendi:& hoc uitæ humanæ ꝑfectū ſpatiū terminat:qđ quiſqs exceſſerit ab oi officio uacuus:ſoli exercitio ſapientiæ uacat:& oēm uſum ſui in ſuadēdo habet: alioꝶ muneꝶ uacatiōe reuerendus. A ſeptima eni uſq; ad decimā ſeptimanam pro captu uiriū q̄ adhuc ſingulis ꝑſeuerant uariant officia. Idē numerus totius corporis mēbra diſponit. Septē eni ſunt itra hoiem q̄ a græcis nigra mēbra uocitant.lingua:cor:pulmo:iecur:lien:renes duo. & ſeptē alia cū uenis & meatibus q̄ adiacent ſingulis ad cibū & ſpiritū accipiendū reddendūq; ſunt deputata:guttur:ſtomachus:aluus:ueſica:& inteſtina principalia tria:quoꝶ unū diſſipiū uocat:qđ uentrem & cætera inteſtina ſecernit. Alterū mediū qđ græci meſſenteron dicunt. Tertiū qđ ueteres irā uocārunt:habetq; principium inteſtinoꝶ oium & cibi detrimenta deducit. De ſpiritu aūt & cibo quibus accipiendis ut relatum eſt atq; reddendis membra quæ diximus de meatibus ſibi adiacentibus obſequuntur: hoc obſeruatum ē ꝙ ſine hauſtu ſpiritus ultra horas ſeptem ſine cibo:ultra totidē dies uita nō durat. Septem ſunt quoq; gradus in corpore q dimenſionē altitudis ab imo i ſuꝑficiem cōplent:medulla:os:neruuſ:uena: arteria:caro:cutis:hæc de iterioribus. In apto quoq; ſeptē ſūt corpis ptes:

Vocales.vii.

Hois icremētum ꝑ numerū ſeptenariū

Pugilū cōſuetudo

Septimana

Mos uetus

Viuēdi meta

Mēbra hois diſpoſita per numeꝶ ſeptenarium

Diſſipium

Meſſenteron

Ira

Detrimenta

Corporis partes ſeptem

Manus ptes ſeptem
Pedis partes ſeptem
Capitis fora-mina.vii.
Motuſ corpo-tis.vii.

caput:pectus:manus:pedeſq;: & pudendum. Item quæ diuiduntur non niſi ſeptem compagibus iuncta ſunt:ut i manibus eſt humerus:brachiũ: cubitus:uola: & digitorũ nodi terni.In pedibus uero femur: genu:tibia: pes ipſe:ſub quo uola eſt:& digitoꝝ ſimiliter nodi terni. Et quia ſenſus: eorũq; myſteria natura i capite uelut in arce conſtituit:ſeptem foraminibus ſenſuum celebrantur officia.i.oris:ac deinde oculorum : nariũ:& aurium binis: unde non īmerito hic numerus totius fabricæ diſpenſator & dominus ægris quoq; corporibus periculum ſanitatemue denunciat. Immo ideo & ſeptem motibus omne corpus agitatur. aut enim acceſſio eſt:aut receſſio:aut i læuã dextrãue deflexio. aut ſurſum quis ſeu deorſũ mouetur.aut i orbem rotatur.Tot uirtutibus iſignitus ſeptenarius. quas uel de partibus ſuis mutuatur: uel totus exercet: iure plenus & habetur & dicitur.& abſoluta(ut arbitror)rõne iam cõſtitit: cur diuerſis ex cauſis octo & ſeptem pleni uocentur.Senſus aũt hic eſt.cũ ætas tua quiquageſimum & ſextum annũ compleuerit: quæ ſumma tibi fatalis erit: ſpes quidem ſalutis publicæ te uidebit: & pro remediis cõis bonoꝝ oium ſtatus uirtutibus tuis dictatura debebit̃: ſed ſi euaſeris iſidias propinquorum(nam p ſeptenos octies ſolis anfractus reditusq; quinquagita & ſex ſignificat annos)anfractum ſolis & reditũ annũ uocans:anfractũ ꝓpter zodiaci ambitũ:reditũ qa eadẽ ſigna per annos ſingulos certa lege metitur.Hic quidã mirant̃ quid ſibi uelit iſta dubitatio:ſi effugeris:quaſi potuerit diuina aia & olim cælo reddita atq; hic maxime ſciam futuri ꝓfeſſa neſcire:poſſit ne nepos ſuus: an nõ poſſit euadere. Sed nõ aduertunt hãc habere legẽ oia uel ſigna uel ſomnia ut de aduerſis obliq̃ aut denunciẽt:aut minent̃:aut moneãt:& ideo quædã cauẽdo tranſimus. alia exorando & litãdo uitant̃.Sũt alia ineluctabilia: quæ nulla arte nullo auertunt̃ ingenio.Nã ubi admonitio eſt:uigilãtia cautionis euaditur:qđ apportãt minæ:litatio ꝓpiciationis auertit:nunq̃ denunciata uaneſcũt:Hic ſubiicies. Vnde igit̃ iſta diſcernimus: ut poſſit cauendũ ne: an exorãdũ: an uero patiendũ ſit:dep̄hendi? Sed p̄ſentis opis fuerit inſinuare qualis ſoleat in diuinationibus eſſe affectata confuſio: ut deſinas de incerta uelut dubitatione mirari.Cæteꝝ in ſuo quoq; ope artificis erit:ſigna quærere: quibus iſta diſcernat:ſi hoc uis diuina nõ impedit.Nam illud:ꝓhibẽt nam cætera parcæ Scire: Maronis eſt ex intima diſciplinæ profunditate ſententia.diuulgatis etiã docemur exẽplis q̃ plene ſemp cum p̄dicunt̃ futura ita dubiis obſerant̃:ut tamẽ diligens ſcrutator niſi diuinitus(ut diximus)impediatur ſubeſſe reperiat apprehendẽdæ ueſtigia ueritatis:ut ecce Homericũ ſomniũ a Ioue ut dicitur miſſum ad cõferendã futuro die cũ hoſtibus manũ ſub apta ꝓmiſſione uictoriæ ſpem regis aiauit.ille diuinũ uelut ſecutus oraculũ cõmiſſo prælio amiſſis ſuorũ plurimis uix: ægre q; in caſtra remeauit:nũ dicẽdum eſt deũ mãdaſſe mẽdaciũ? nõ ita

Virgilius

eſt. Sed quia illum caſum græcis fata decreuerant: latuit in uerbis ſomnii: quod animaduerſum uel ad uere uincendum: uel ad cauendũ ſaltem po tuiſſet inſtruere: Habuit enim præceptio ut uniuerſus ꝓduceretur exer-citus. At ille ſola pugnandi hortatione cõtentus: non uidit quid de ꝓdu cenda uniuerſitate præceptum ſit: ꝑtermiſſoq; Achille qui tunc recẽti la ceſſitus iniuria ab armis cum ſuo milite feriebat᷑: rex ꝓgreſſus in prœliũ & caſum q debebatur excepit: & abſoluit ſomniũ inuidia mentiẽdi non oia de imperatis ſequendo. Parem obſeruãtiæ diligentiã Homericæ per oia pfectionis imitator Maro in talibus quoq; rebus obtinuit: Nã apud illum Aeneas ad regionem inſtruẽdo regno fataliter eligendã ſatis abun deq; delio inſtructus oraculo in errorẽ tamen unius uerbi negligentia re lapſus eſt. Non qdem locoꝝ fuerat: quæ petere deberet: nomen inſertũ. Sed cum origo uetus parentum ſequenda diceretur: fuit in uerbis ꝙ iter Cretã & Italiã: quæ ipſius gẽtis authores utraq; ꝓduxerant magis oſten-deret: & quod aiunt digito demõſtraret Italiam: Nam cum fuiſſent inde Teucer: hinc Dardanus uox ſacra ſic alloquendo: Dardanidæ duri: apte cõſulentibus Italiã de qua Dardanus ꝓfectus eſſet: obiecit: appellando eos parentis illius nomine: cuius erat origo rectius eligenda. & hic certe quidem denũciationis eſt: quod de Scipionis fine prædicit᷑. Sed gratia conciliandæ obſcuritatis inſerta dubitatio: dicto tamẽ quod indicio ſom nii cõtinetur abſoluitur: Nam cũ dicitur circuitu naturali ſummã ſibi fa talẽ confecerint: uitari hunc finem nõ poſſe ꝓnunciat. Quod aũt Sci-pioni reliquos uitæ actus ſine offenſa dubitandi ꝑ ordinẽ rettulit: & de ſola morte ſimilis ẽ uiſus ambigẽti: hæc ratio eſt: ꝙ ſiue dũ humano uel mœrori parcitur uel timori: ſeu ꝙ utile eſt hoc maxime latere: ꝓnius cæ-tera oraculis q̃ uitæ finis exprimitur: aut cũ dicit᷑ nõ ſine aliqua obſcuri-tate ꝓfertur. His aliqua ex parte tractatis progrediamur ad reliqua: Sed quo ſis Aphricane alacrior ad tutandam rẽpu. ſic habeto: Omnibus qui patriã conſeruauerint: adiuuerint: auxerint: certũ eſſe in cælo diffinitum locũ: ubi beati æuo ſempiterno fruantur: nihil eſt enim illi principi deo q omnẽ mũdũ regit: qđ quidẽ in terris fiat acceptius: q̃ cõcilia cœtuſq; ho minũ iure ſociati: quæ ciuitates appellãtur: eaꝝ rectoreſ & ſeruatores hic ꝓfecti huc reuertuntur. Bene & opportune poſtq̃ de morte ꝑdixit mox præmia bonis poſt obitum ſperanda ſubiecit: quibus adeo a metu prædi cti interitus cogitatio uiuentis erecta eſt: ut ad moriendi deſideriũ ultro aiaret᷑ maieſtate ꝓmiſſæ beatitudinis & cæleſtis habitaculi: ſed de beati-tate quæ debetur cõſeruatoribus patriæ pauca dicenda ſunt: ut poſtea lo cũ oẽm quem hic tractãdũ recepimus: reſoluamus. Solæ faciunt uirtu-tes beatũ nullaq; alia qſq̃ uia hoc nomen adipiſcit᷑. unde q exiſtimãt nul lis niſi philoſophãtibus ineſſe uirtutes: nullos ꝑter philoſophos beatos eſſe ꝓnũciant Agnitionem enim reꝝ diuinaꝝ ſapientiam ꝓpriæ uocan-

Beatitudo q̃ datur patriæ conſeruatori bus

tes:eos tantūmodo dicunt eſſe ſapientes qui ex acie mentis requirunt & quærendi ſagaci diligentia cōprehendunt:& quantū uiuendi perſpicuitas pſtat imitantur.Et in hoc ſolo eſſe aiunt exercitia uirtutū:quaꝝ officia ſic diſpenſant.Prudentiæ eſſe mundū iſtū & oia quæ in mundo ſunt diuinoꝝ contemplatione deſpicere:omnemqꝫ animæ cogitationem in ſola diuina dirigere.Temperantiæ omnia relinquere:inquantum natura patitur:quæ corporis uſus requirit.Fortitudinis:non terreri animā a corpore quodā modo ductu phyloſophiæ recedentem:nec altitudinem perfectæ ad ſuperna aſcenſionis horrere.Iuſtitiæ:ad unā ſibi huius ppoſiti conſentire uiam uniuſcuiuſqꝫ uirtutis obſequium atqꝫ ita fit ut ſecundū hoc tam rigidæ diffinitionis abruptum rerūpu.rectores beati eſſe nō poſſint.

Virtutū exercicia

Sed Plotinus īter phyloſophiæ profeſſores cum Platone princeps:libro de uirtutibus gradus earum uera & naturali diuiſionis ratione compoſitos per ordinem digerit.Quattuor ſunt inquit quaternarum genera uirtutum.Ex his primæ politicæ uocantur:ſecundæ purgatoriæ:tertiæ animi iam purgati:quartæ exemplares.Et ſunt politicæ hominis:quia ſociale animal eſt:His boni uiri reipu.conſulunt: urbes tuentur. his parentes uenerantur:liberos amant:proximos diligunt: his ciuium ſalutem gubernant:his ſocios circūſpecta prouidentia ptegunt:iuſta liberalitate deuinciunt:hiſqꝫ ſui memores alios fecere merendo:& eſt politici prudētia:ad rationis normam:quæ cogitat quæqꝫ agit uniuerſa dirigere:ac nihil præter rectum uel laudabile facere: humaniſqꝫ actibus tanquā diuinis arbitris puidere.Prudentiæ inſunt:ratio:intellectus:circūſpectio:prouidentia:docilitas:cautio.Fortitudinis eſt animum ſupra periculi metum agere:nihilqꝫ niſi turpia timere:tolerare fortiter uel aduerſa uel proſpera.Fortitudo præſtat magnanimitatem:fiduciam: ſecuritatem:magnificentiam:conſtantiam: tolerantiam: firmitatem.Temperantiæ:nihil appetere pœnitendum:in nullo legem moderationis excedere: ſub iugo rationis cupiditatem domare. Temperantiam ſequuntur modeſtia:uerecundia:abſtinentia:caſtitas:honeſtas:moderatio:parcitas:ſobrietas:pudicitia:Iuſticiæ ſeruare unicuiqꝫ quod ſuum eſt.de iuſticia ueniunt innocentia: amicitia: concordia:pietas:religio:affectus: humanitas. His uirtutibus uir bonus primū ſui atqꝫ inde reipu.rector efficitur: iuſte ac puide gubernans humana:non deſerens.Secūdæ quas purgatorias uocant:hoīs ſunt:qui diuini capax ē:ſolūqꝫ aīum eius expediunt:qui decreuit ſe a corporis contagione purgare: & quadam humanoꝝ fuga ſolis ſe inſerere diuinis. Hæc ſunt ocioſorum qui in rerūpu.actibus ſe ſequæſtrant. Harum quid ſingulæ uelint ſuperius expreſſimus: cum de uirtutibus philoſophantiū diceremus: quas ſolas quidam exiſtimauerunt eſſe uirtutes. Tertiæ ſunt purgati iam defæcatiqꝫ animi & ab omni mundi huius aſpergine preſſe pureqꝫ deterſi. Illic prudentiæ eſt diuina non quaſi in electione præfer-

Politicæ uirtutæ

Prudentia

Fortitudo

Vir bonus

Virtutes purgati animi

re:ſed ſola noſce: & hæc tanq̃ nihil ſit aliud intueri: Temperãtiæ teneras cupiditates non reprimere: ſed penitus obliuiſci. Fortitudinis paſſiones ignorare non uincere:ut neſciat iraſci:cupiat nihil. Iuſticiæ: ita cum ſupera & diuina mente ſociari ut ſeruet perpetuum cum ea fœdus imitando. Quartæ ſunt quæ in ipſa diuina mente conſiſtunt: quam diximus νουν uocari:a quarum exẽplo oẽs reliquæ per ordinem defluunt. Nam ſi rerũ aliarum multo magis uirtutum ideas eſſe in mente credẽdum ẽ. Illic prudentia eſt mens ipſa diuina: Tẽperantia quod in ſe ppetua intẽtione conuerſa ẽ. Fortitudo q̄ ſemp idem ẽ nec aliquãdo mutaẗ: Iuſticia q̄ perenni lege a ſempiterna operis ſui cõtinuatione nõ flectitur: Hæc ſunt quaternarum quatuor genera uirtutum: quæ præter cætera maximã in paſſionibus habent differẽtiam ſui. Paſſiones aũt(ut ſcimus)uocantur:qđ homines metuunt cupiunq;:dolent: gaudentq;. Has primæ molliunt:ſecundæ auferunt: tertiæ obliuiſcuntur:in quartis nefas eſt nominari. Si ergo hoc eſt officium & effectus uirtutum: beare: conſtat autem & politicas eſſe uirtutes:igitur & politicis efficiuntur beati. Iure ergo Tullius de rerũpu. rectoribus dixit ubi beati æuo ſempiterno fruantur. Qui ut oſtẽderet alios ocioſis:alios negocioſis uirtutibus fieri beatos:non dixit abſolute nihil eſſe illi principi deo acceptius q̃ ciuitates: ſed adiecit quod quidem in terris fiat: ut eos qui ab ipſis cæleſtibus incipiunt:diſcerneret a rectoribus ciuitatum:quibus per terrenos actus iter paratur ad cælum. Illa autem diffinitione quid preſſius poteſt eſſe? quid cautius de nominæ ciuitatum:q̃ concilia inquit cœtuſq; hominum iure ſociati quæ ciuitates appellantur? nam & ſeruilis quondam & gladiatoria manus concilia hominum & cœtus fuerunt:ſed non iure ſociati. Illa autem ſola iuſta ẽ multitudo:cuius uniuerſitas in legum cõſentit obſequium. Quod uero ait: Rectores harũ & ſeruatores hinc pfecti:huc reuertuntur: hoc modo accipiendum eſt. Animaꝶ originẽ manare de cælo inter recte philoſophantes indubitatæ conſtat eſſe ſententiæ:& animæ dum corpore utitur hæc eſt perfecta ſapientia:ut unde orta ſit:de quo fonte uenerit:recognoſcat. Hinc illud a quodã inter alia feſtiua ſeu mordacia: ſerio tamen uſurpatũ eſt:de cælo deſcẽdit γνωθι σε αυτον: Nam & delphici uox hæc fertur oraculi conſulenti ad beatitatẽ:quo itinere pueniret. Si te inqt cognoueris:ſed & ipſius fronti templi hæc inſcripta ſententia eſt. Homini aũt(ut diximus)una ẽ agnitio ſui: ſi originis nataliſq; pricipia atq; exordia pria reſpexerit:nec ſe quæſiuerit extra. Sic eni aia uirtutes ipſas cõſcientia nobilitatis induiẗ:qbus poſt corpus euecta eo unde deſcenderat:reportaẗ: quia nec corporea ſordeſcit:uel oneratur eluuie:quæ puro ac leui fomite uirtutũ rigaẗ:nec deſeruiſſe unq̃ cælũ uideẗ:qđ reſpectu & cogitationibus poſſidebat. Hic aia quã i ſe pnã corpis uſus effic̃:atq; i pecudẽ quodãmodo reformauit ex hoie: & abſolutionẽ corporis perhorreſcit: & cũ

Animi paſſiones

Sapientia pfecta

Beatitas

neceſſe eſt:non niſi cũ gemitu fugit indignata ſub umbras. Sed nec poſt mortem facile corpus relinquit:quia nõ funditus corporeæ excedunt peſtes:ſed aut ſuum oberrat cadauer:aut noui corporis ambit habitaculũ: nõ humani tantũmodo:ſed ferini quoq; electo genere moribus cõgruo: quos in homine libenter exercuit:mauultq; omnia perpeti:ut cælum qđ uel ignorando uel diſſimulando:uel potius prodendo deſeruit : euadat. Ciuitatum uero rectores cæteriq; ſapientes cælum reſpectu uel cum adhuc corpore tenentur habitantes: facile poſt corpus cæleſtem: quã pene non reliquerant:ſedẽ repoſcunt. Nec enim de nihilo aut de uana adulatione ueniebat:q; quoſdã urbiũ conditores:aut claros in repu. uiros in numerũ deorũ conſecrauit antiquitas. Sed Heſiodus quoq; diuinæ ſobolis aſſertor priſcos reges cum diis aliis enumerat:hiſq; exẽplo ueteris poteſtatis etiam in cælo regendi res humanas aſſignat officium:& ne cui faſtidioſum ſit ſi uerſus ipſos ut poeta græcus protulit: inſeremus:referemus eos ut ex uerbis ſuis in latina uerba conuerſi ſunt.

Vrbium cõditores relati inter deos

Indigetes diui fato ſummi iouis hi ſunt.
Q uondam homines:modo cum ſuperis humana tuentes:
Largi:ac munifici.ius regum nunc quoq; nacti.

Hoc & Virgilius non ignorat: qui licet argumento ſuo ſeruiens heroas in inferos religauerit:non tamẽ eos abducit a cælo:ſed æthera his deputat largiorem:& noſce eos ſolẽ ſuũ ac ſua ſydera ꝓfitetur:ut geminæ doctrinæ obſeruationes præſtiterint & poeticæ figmẽtum & phyloſophiæ ueritatem. Et ſi ſecundũ illũ res quoq; leuiores quas uiui exercuerãt etiã poſt corpus exercent:quæ gratia currum.

Armorumq; fuit uiuis:quæ cura nitentis
Paſcere æquos:eadem ſequitur tellure repoſtos.

Multo magis rectores quondam urbium recepti in cælũ curã regendorum hominũ non relinquunt. Hæ aũt animæ in ultimã ſpærã recipi credũtur:quæ aplanes uocatᷣ. Nec fruſtra hoc uſurpatũ eſt:ſiqdẽ inde ꝓfectæ ſunt. Animis enim necdum deſiderio corporis irretitis ſyderea pars mũdi præſtat habitaculũ:& inde labũtur in corpora. Ideo his illo ẽ reditio:qui merentur: Rectiſſime ergo dictũ eſt cum in galaxian quem aplanes continet:ſermo iſte ꝓcedat:hinc profecti:hũc reuertũtur: ad ſequentia tranſeamus. Hic ergo & ſi eram ꝑterritus non tã mortis metu: ꝙ inſidiarũ a meis:quæſiui tamen uiueret ne ipſe:& Paulus pater:& alii quos nos extinctos arbitraremur: uel fortuitis & inter fabulas elucent ſemina infixa uirtutum:quæ nũc uideas licet: ut e pectore Scipiõis uel ſomniantis emineant. In re eni una politicarũ uirtutũ hominũ pariter exercet officiũ. Q uod nõ labitur animo ꝓdicta morte ꝑterritus:fortitudo ẽ. Q uod ſuorũ terretur inſidiis:magiſq; alienũ facinus:ꝙ ſuũ horreſcit exitium :de pietate & nimio in ſuos amore procedit. Hæc aũt diximus ad iuſtitiam

A planes ſpæra habitaculũ animarũ

referri: quæ ſeruat unicuiq; quod ſuum eſt. Quod ea quæ arbitrabatur
non pro cõpertis habet: ſed ſpreta opinione quæ minus cautis animis ꝓ
uero inoleſcit:quærit dicere certiora:indubitata prudentia eſt.Quod cũ
perfecta beatitas & cæleſtis habitatio humanæ naturæ in qua ſe noue-
rat eſſe promittitur: audiendi tamen talia deſiderium frænat temperat &
ſequeſtrat: ut de uita aui & patris interroget: quid niſi temperantia eſt?
ut iam tum liqueret:Aphricanum per quietem ad ea loca quæ ſibi debe-
rentur:adductum?In hac autẽ interrogatione de animæ imortalitate tra-
ctatur.Ipſius enĩ cõſultationis hic ſenſus eſt.Nos inq̃t arbitrabamur ani
mã cũ fine moriẽtiſ extingui:nec ulterius eſſe poſt hominẽ.Ait enĩ quos
extinctos eſſe arbitraremur. Quod aũt extinguit̃:eſſe iam deſinit. Ergo
uelim dicas inqt.Si & pater paulus tecũ & alii ſupſunt.Ad hanc iterro-
gationẽ quæ & de parentibus:ut a pio filio:& de cæteris ut a ſapiente:ac Animæ imor talitas
naturã ipſam diſcutiente;ꝓtexit:qd ille reſpondit?Immo uero inquit: hi
uiuũt qui corpoꝝ uinculis tanq̃ e carcere euolauerũt. Veſtra uero quæ
dicit̃ eſſe uita:mors eſt.Si ad inferos meare mors ẽ:& uita eſt eſſe cũ ſu-
peris:facile diſcernis quæ mors animæ:quæ uita credenda ſit. Si conſti-
terit qui locus habendus ſit inferoꝝ: ut aĩa dum ad hunc truditur mori:
cũ ab hoc ꝓcul eſt:uita frui:& uere ſupereſſe credat̃.Et quia totũ tracta
tum quẽ ueteꝝ ſapientia de inueſtigatione huius q̃ſtionis agitauit:ĩ hac
latentem uerborũ paucitate reperies : ex oĩbus aliqua quibus nos de rei
quã quærimus abſolutione ſufficiet admoneri:amore breuitatis excerpſi
mus:Anteq̃ ſtudium phyloſophiæ circa naturæ inquiſitionẽ ad tantũ ui Inferi q̃ ſunt
goris adoleſceret:qui per diuerſas gentes authores in cõſtituendis ſacris Lethæus
cerimoniarum fuerunt:aliud eſſe inferos negauerunt:q̃ ipſa corpora qui-
bus incluſæ animæ carcerẽ fœdũ tenebris horridũ ſordibus & cruore pa
tiuntur.Hoc animæ ſepulchrũ:hoc ditis cõcaua: hoc iferos uocauerũt:
Et oĩa quæ illic eſſe credidit fabuloſa perſuaſio: ĩ nobiſmetipſis & ĩ ipſis
humanis corporibus aſſignare conati ſunt: obliuionis fluuium aliud nõ
eſſe aſſerentes:q̃ errorem animæ obliuiſcentis maieſtatẽ uitæ prioris:qua
ante q̃ in corpus truderetur potita eſt: ſolamq; eſſe in corpore uitam pu-
tantis.Pari interpretatione phlegethontem ardores irarum & cupidita- Phlegethôn Acheron
tum putarunt.Acherontem quicquid feciſſe dixiſſeue uſq; ad triſtitiam
humanæ uarietatis more nos pœnitet. Coccytum quicquid homines in Coccytus
luctũ lachrymaſq; cõpellit. Stygem quicquid inter ſe humanos aĩos in Styx
gurgite mergit odiorum.Ipſam quoq; pœnaꝝ deſcriptionem de ipſo uſu
conuerſationis humanæ ſumptam crediderunt. Vulturem iecur immor- Vultur ton- dens iecur ti
tale tondentem: nihil aliud intelligi uolentes q̃ tormenta cõſcientiæ ob- tyi
noxia flagitio;uiſcera interiora rimantis : & ipſa uitalia indefeſſa admiſſi
ſceleris admonitione laniantis:ſemperq; curas:ſi requieſcere forte tenta-
uerint:excitantis: tanq̃ fibris renaſcentibus inhærendo: nec ulla ſibi mi-

Tantalus ſeratione parcentis: lege hac:qua ſe iudice nemo nocens abſoluitur: nec
de ſe ſuam poteſt uitare ſententiã. Illos aũt epulis ante ora poſitis excru-
ciari fame & inedia tabeſcere:quos magis magiſq; acquirendi deſiderium
cogit præſentem copiam non uidere:& in affluentia inopes egeſtatis ma
la in ubertate patiuntur:neſcientes parta reſpicere:dũ egent habendis. Il-
Ixion los radiis rotaꝶ pendere diſtrictos:qui nihil conſilio præuidentes:nihil ra
tione moderantes:nihil uirtutibus explicantes:ſeq; & actus ſuos oẽs for
Siſyphus tunæ permittentes caſibus & fortuitis ſemper rotantur. Saxum ingens
uoluere:inefficacibus laborioſiſq; conatibus uitam terentes. Atram ſili-
Phlegyas cem lapſuram ſemꝑ & cadenti ſimilẽ illoꝶ capitibus imminere: qui ar-
duas poteſtates & infauſtã ambiunt tyrãnidem:nunq̃ ſine timore uictu-
ri:& cogentes ſubiectum uulgus odiſſe: dum metuat: ſemper ſibi uiden
tur exitium:quod merentur:excipere. Nec fruſtra hoc theologi ſuſpicati
Dionyſius ſiculus ſunt:Nam Dionyſius aulæ ſiculæ inclementiſſimus incubator familiari
quondam ſuo ſolam beatam exiſtimãti uitam tyrãni uolens q̃ perpetuo
metu miſera:q̃ impendentium ſemper periculorũ plena eſſet oſtendere:
gladium uagina raptum & a capulo de filo tenui pendentem mucrone
demiſſo iuſſit familiaris illius capiti inter epulas iminere. Cũq; ille & ſicu
las & tyrãnicas copias præſentis mortis periculo aſpernaretur:talis ẽ in-
quit Dionyſius uita: quã beatã putabas:ſic nobis ſemper mortem immi
nentẽ uidemus. Exiſtima ergo quãdo fœlix eſſe poterit: qui timere non
deſinit. Secundũ hæc igitur quæ a theologis aſſeruntur:ſi uere ſuos qſq;
patimur manes:& inferos in his corporibus eſſe credimus: quid aliud i-
telligendum eſt:quæ mori animam cum ad corporis iferna demergitur?
uiuere autem cum ad ſupera poſt corpus euadit? Dicẽdum eſt:quid his
poſtea ueri ſollicitior inquiſitor phyloſophiæ cultus adiecerit. Nam & q
Mortes duæ primum Pythagoram & qui poſtea Platonem ſecuti ſunt:duas eſſe mor
tes unam animæ:animalis alteram prodiderunt. Mori animal cum ani-
ma diſcedit e corpore: ipſam uero animã mori aſſerentes cum a ſimplici
& indiuiduo fonte naturæ in membra corporea diſſipatur. Et quia una
ex his manifeſta omnibus nota eſt:altera non niſi a ſapientibus depræhẽ
ſa:cæteris eam uitam eſſe credentibus:ideo hic ignoratur a plurimis:cur
eundem mortis deum modo ditem modo imitem uocemus:cum per al-
teram.i.animalis mortẽ abſolui aĩam & ad ueras naturæ diuitias atq; ad
ꝓpriam libertatem remitti fauſtum nomen indicio ſit: per alteram uero
quæ uulgo uita exiſtimatur animã de immortalitatis ſuæ luce ad quaſdã
tenebras mortis impelli uocabuli teſtemur horrore. Nam ut conſtet ani-
Corpus mal:neceſſe eſt in corpore anima uinciatur. Ideo corpus δεμασ:hoc ẽ
uinculum nuncupatur. & σωμα:quaſi quoddam σημα: ideſt animæ ſe
pulchrum. Vnde Cicero pariter utrũq; ſignificans corpus eſſe uinculum
corpus eſſe ſepulchrum:quod carcer eſt ſepultorum ait. Qui e corporũ

uinculis tanq̃ e carcere euolauerunt.Inferos aũt platonici non in corpo ribus eſſe.i.non a corporibus incipere dixerunt:ſed certam mundi iſtius partem Ditis ſedem.i.inferos uocauerunt.De loci uero ipſius finibus in ter ſe diſſona publicarunt:& in tres ſectas diuiſa ſententia eſt. Alii enim mundum in duo diuiſerũt:quorum alterum facit:alteꝝ patitur. Et illud facere dixerunt:quod cum ſit imutabile:alteri cauſam & neceſſitatẽ per mutationis imponit.Hoc pati quod per mutationes uariatur.Et imuta bilem quidem mundi partem a ſpæra quæ aplanes dicitur uſq; ad globi lunaris exordium.Mutabilem uero a luna ad terras uſq; dixerunt. Et ui uere animas dum imutabili parte cõſiſtunt:mori autem cum ad partem ceciderint permutationis capacem. Atq; ideo inter lunã terráſq; locum mortis & inferoꝝ uocari:ipſamq; lunam uitæ eſſe mortiſq; confiniũ:& animas inde in terram fluentes mori:inde ad ſupera meantes in uitã re uerti.Nec immerito exiſtimatum eſt.A luna enim deorſum natura inci pit caducoꝝ:ab hac animæ ſub numeꝝ dieꝝ cadere & ſub ipſis incipiũt Deniq; illam æthereã terram phyſici uocauerunt:& habitatores eius lu nares populos nuncupauerunt.quod ita eſſe plurimi argumentis:quæ nunc longum eſt enumerare:docuerunt. Nec dubium eſt:quin ipſa ſit mortalium corpoꝝ & author & conditrix:adeo ut nõnulla corpora ſub luminis eius acceſſu patiantur augmenta:& hac decreſcente minuãtur: Sed ne de re manifeſta faſtidium prolixa aſſertione generet̃ : ad ea quæ de inferoꝝ loco alii diffiniunt:tranſeamus. Maluerunt.n. mundũ alii in elementa ter quaterna diuidere:ut in primo numerent̃ ordine:terra:aqua aer:ignis:quæ eſt pars liquidior aeris uicina lunæ. Supra hæc rurſum to tidem numero:ſed naturæ purioris elementa:ut ſit luna pro terra:quam æthereã terrã a phyſicis diximus nominatã:aqua ſit ſpæra mercurii:aer ueneris:ignis in ſole.Tertius uero elementoꝝ ordo ita ad nos cõuerſus habeatur:ut terrã ultimã faciat:& cæteris in mediũ redactis in terrã deſi nat tã ima q̃ ſũma poſtremitas.Igitur ſpæra martia ignis habeat̃ :aer Io uis:Saturni aqua:terra uero aplanes:in qua elyſios cãpos eſſe puris ani mis deputatos antiquitas nobis intelligendũ reliquit.De his campis ani ma cũ in corpus emittit̃ :per tres elementoꝝ ordines trina morte ad cor pus uſq; deſcẽdit.Hæc eſt inter platonicos de morte aiæ cum in corpus trudit̃ ſecũda ſententia:Alii uero(nã tres inter eos eſſe ſententiaꝝ diuer ſitates ante ſignauimus)in duas quidẽ & ipſi ꝑtes ſicut primi faciũt:ſed non hiſdẽ terminis diuidunt mundũ:Hic enim cælũ quod aplanes ſpæ ra uocitetur partẽ unã:ſeptẽ uero ſpæras quæ uagæ uocant̃ :& quod in ter illas ac terrã eſt terrãq; ipſam alterã partẽ eſſe uoluerunt.Secundum hos ergo:quoꝝ ſectæ amicior eſt ratio:aiæ beatæ ab omni cuiuſcunq; cõ tagione corporis liberæ cælum poſſident.Q uæ uero appetentiã corpis: & huius quã in terris uitã uocamus:ab illa ſpecula altiſſima & perpetua

Inferoꝝ opi nio plato nica

Mundus di uiſus induo

Aiæ uita & mors

Lunares po puli

Mũdi alia diuiſio

Elyſii cãpi

Mũdi tertia diuiſio

luce deſpiciens:deſiderio latenti cogitauerit:pondere ipſo terrenæ cogitationis paulatim in inferiora delabit᷑.Nec ſubito a perfecta incorporalitate luteum corpus induit᷑:ſed ſenſim p tacita detrimēta & longiorē ſimplicis & abſolutiſſimæ puritatis receſſum in quædā ſyderei corporis īcrementa turgeſcit.In ſingulis enim ſpæris quæ cælo ſubiectæ ſunt:ætherea ſubuolutione ueſtitur:ut p eas gradatim ſociati huius indumēti teſtei cōciliet᷑.Et ideo totidē mortibus:quot ſpæras trāſit:ad hanc puenit: quæ ī terris uita uocitat᷑.deſcenſus uero ipſius quo aīa de cælo in huius uitæ

Ordo deſcēdēris aīæ in corpus

Solis portæ

inferna delabit᷑:ſic ordo digeritur:zodiacum ita lacteis circulis obliquæ circunflexiōis occurſu ambiēdo amplectitur:ut eum qua duo tropica ſigna capricornus & cācer ferunt᷑;interſecet.Has ſolis portas phyſici uocauerunt:quia in utraq; obuiante ſolſtitio ulterius ſolis inhibet᷑ acceſſio: & fit ei regreſſus ad zonæ uiā:cuius terminos nunq̄ relinquit. Poſt has portas aīæ de cælo in terras meare:& de terris in cælum remeare creduntur.Ideo hoīum una:altera deoꝝ uocat᷑.Hoīum cancer:quia per hūc in inferiora deſcenſus eſt.Capricornus deoꝝ:quia p illum animæ in ꝓpriæ immortalitatis ſedem:& in deoꝝ numeꝝ reuertunt᷑: Et hoc ē quod Homeri diuina prudentia in antri ithacenſis deſcriptione ſignificat.Hinc & Pythagoras putat a lacteo circulo deorſum incipere Ditis imperiū:quia animæ inde lapſæ uidētur iam a ſuperis receſſiſſe.Ideo primā naſcētibus ait lactis alimoniā offerri:quia primus eis motus a lacteo incipit in corpora terrena labentibus.Vnde & Scipioni de animis beatoꝝ oſtenſo lacteo dictū eſt:Hinc profecti huc reuertunt᷑.Ergo deſcēſuræ cū adhuc ī cancro ſunt quoniā illic poſitæ:necdum lacteū relinquerunt:adhuc in numero ſunt deoꝝ.Cum uero ad leonem labendo peruenerint.illic cōditionis futuræ auſpicantur exordiū.Et quia in leone ſunt rudimenta naſcendi:& quædā humanæ naturæ tirocinia:aquarius autē aduerſus leoni eſt:& illo oriēte mox occidit:ideo cū ſol aquariū tenet:manibus parētatur:utpote in ſigno quod humauæ uitæ contrariū uel aduerſum feratur.Illinc ergo.i.a confinio quo ſe zodiacus lacteuſq; contingūt: aīa deſcendēs:a tereti quæ ſola forma diuina eſt:inconū defluēdo producitur: ſicut a puncto naſcit᷑ linea:& in longū ex indiuiduo ꝓcedit:ibiq; a puncto ſuo:quod eſt monas:uenit in diadē:quæ eſt prima detractio. Et hæc eſt eſſentia quā indiuiduā eandēq; diuiduā Plato in Timæo cū de mundanæ aīæ fabrica loqueret᷑:expreſſit: Aīæ.n. ſicut mundi:ita & hominis unius modo diuiſionis reperient᷑ ignaræ:ſi diuinæ naturæ ſimplicitas cogitet᷑:modo capaces:cū illa p mundi:hæc per hominis mēbra diffundit᷑. Anima ergo cū trahit᷑ ad corpus:in hac prima ſui pductione ſilueſtrem tumultū.i.hylen influentem ſibi incipit experiri. Et hoc eſt quod Plato notauit in Phedone:animam in corpus trahi noua ebrietate trepidātem: uolens nouum potum materialis alluuionis ītelligi: quo delibuta & gra

Porta cancri hominis eſt

Porta Capricorni deoꝝ

Ditis imperium

Lac prima alimonia

Aquarius humane uitæ cōtrarius

Parentationis tēpus

Aīæ deſcēſio.

uata deducitur. Arcani huius indicium eſt & crater Liberi patris ille ſy- Crater liberi patris
dereus: in regione quæ inter cancrũ eſt & leonẽ: locatus: ebrietatem illic Obliuio animarum
primũ deſenſuris animis euenire ſilua influente ſignificãs: Vnde & co
mes ebrietatis obliuio illic incipit animis latenter obrepere. Nam ſi ani-
mæ memoriã rerũ diuinarum: quarũ in cælo erant cõſciæ: ad corpora uſq;
deferrẽt: nulla inter homines foret de diuinitate diſſenſio. Sed obliuionẽ
quidem omnes deſcendendo hauriunt: aliæ uero magis: minus aliæ. Et
ideo in terris. uerum quũ nõ omnibus liqueat: tamẽ opinãtur omnes: qa
opinionis ortus eſt memoriæ defectus. Hi tamen hoc magis inueniunt
qui minus obliuionis hauſerũt: quia facile reminiſcũtur: quid illic ante
cognouerint. Hinc eſt quod quæ apud latinos lectio: apud græcos uoca- Αναμνησις
tur repetita cognitio: quia cũ uera diſcimus: ea recognoſcimus: quæ na-
turaliter noueramus anteq̃ materialis influxio in corpus uenientes aias
ebriaret. Hæc ẽ aũt hyle: quæ omne corpus mũdi quod ubicunq; cerni-
mus ideis impſſa formauit. Sed altiſſima & puriſſima pars eius: qua uel Hyle
ſuſtentãtur diuina uel cõſtant: nectar uocatur: & credit̃ eſſe potus deo-
rum: Inferior uero & turbidior: potus animarũ. Et hoc eſt quod ueteres Nectar
letheum fluuiũ uocauerunt: ipſum aũt Liberum patrem orphaici νουν Lethæus. fluuius
υλικον ſuſpicantur intelligi: qui ab illo indiuiduo natus in ſingulos
ipſe diuiditur: Ideo in illorũ ſacris tradit̃ titanio furore i mẽbra diſcerptus
& fruſtis ſepultis rurſus unus & integer emerſiſſe: quia νους: quẽ dixi- Liber pater
mus mẽtem uocari: ex indiuiduo præbendo ſe diuidendum: & rurſus ex
diuiſo ad indiuiduũ reuertendo: & mundi implet officia: & naturæ ſuæ
arcana nõ deſerit. Hoc ergo primo põdere de zodiaco & lacteo ad ſubie
ctas uſq; ſpæras aia delapſa dũ & p illas labit̃ in ſingulis nõ ſolũ (ut iam
diximus) luminoſi corporis amicit̃ acceſſu: ſed & ſingulos motus: quos
in exercitio ẽ habitura: ꝓducit: In ſaturni rõcinationẽ & itelligẽtiã: quod
λογιστικον θεωρητικον uocãt: In iouis uim agendi qđ πρακτικον Aia recipit
dicitur. In martis aioſitatis ardorẽ: quod θυμικον nuncupatur. In ſolis A ſaturno.
ſentiẽdi opinandiq; naturã: quod αισθητικον & φανταστικον appellãt A ioue.
Deſiderii uero motũ: quod επιθυμητικον uocat̃ in ueneris: ꝓnũciãdi A marte.
& interpretãdi q̃ ſentiat: quod ερμηνευτικον dicitur in orbe mercurii. A ſole. A uenere. A mercurio.
φυτικον uero. i. naturã plantandi & augendi corpora ingreſſu globi lu- A luna.
naris exercet: & eſt ſicut a diuinis ultima: ita in noſtris terreniſq; orbibus
pria. Corpus. n. hoc ſicut fex rerũ diuinarũ ẽ: ita aialis eſt prima ſubſtãtia.
Et hæc eſt differentia inter terrena corpora & ſupera: cæli dico: & ſyderũ
aliorũq; elementorum: ꝙ illa quidem ſurſum acceſita ſunt ad animæ ſe-
dem: & imortalitatem ex ipſa natura regionis & ſublimitatis imitatione
emeruerunt. Ad hæc uero terrena corpora anima ipſa deducitur: & ideo
mori creditur: quũ in caducam regionẽ & in ſedẽ mortalitatis includit̃.
Nec te moueat: ꝙ de anima quam eſſe imortalem dicimus: mortem to-

Mors aiæ quæ ſit.

tiens nominamus.Etenim ſua morte anima non extinguitur:ſed ad tem pus obruitur Nec temporali dimerſione beneficiũ perpetuitatis eximit̃ Cum rurſus e corpore ubi meruerit contagione uitioꝵ penitus elimata purgari ad parentis uitæ lucem reſtituta:in integrũ reuertatur. Plene ut arbitror de uita & de morte animæ diffinitio liquet:quã de adytis philo ſophiæ doctrina Ciceronis elicuit : ſed ſcipio per quietẽ & in cælo:quod in præmiũ cedit beatis:& promiſſione imortalitatis animatus tã glorio ſam ſpem tãq; inclytam magis magiſq; firmauit uiſo patre. de quo utrũ uiueret:cũ adhuc uideret̃ dubitare:quæſierat.Mortẽ igit̃ malle cœpit:ut uiueret.Nec fleſſe contentus uiſo parente:quem crediderat extinctum: ubi loqui poſſe cœpit:hoc primũ probare uoluit:nihil ſe magis deſidera re q̃ ut cũ eo iam moraret̃.Nec tamen apud ſe quæ deſiderabat faciẽda conſtituit:q̃ ante cõſuleret:quoꝵ unũ prudentiæ:alterũ pietatis aſſertio eſt.Nunc ipſa uel cõſulentis uel ꝑcipientis uerba tractemus. Q uæſo in q̃ pater ſanctiſſime atq; optime:quoniã hæc eſt uita (ut audio Aphrica num dicere)quid moror in terris? quin huc ad uos uenire propero? Nõ eſt ita inquit ille.Niſi.n.cum deus hic cuius hoc templũ eſt:oẽq; quod cõſpicis:iſtis te corporis cuſtodiis liberauerit:huc tibi aditus patere non poteſt.Homines.n.ſunt hac lege generati:qui tuerent̃ illum globũ: quẽ in templo hoc mediũ uides:quæ terra dicit̃.Hiſq; aius datus eſt ex illis ſempiternis ignibus:quæ ſydera & ſtellas uocatis:q̃ globoſæ & rotũdæ diuinis animatæ mẽtibus circulos ſuos orbeſq; cõficiuut celeritate mira bili.Q uare & tibi publi & piis oibus retinendus aius eſt in cuſtodia cor poris.Nec in iuſſu eius:a quo ille eſt uobis datus:ex hoium uita migran dum eſt:ne munus aſſignatũ a deo diffugiſſe uideamini. Hæc ſecta & ꝑ ceptio Platonis eſt:qui in Phedone diffinit hoi non eſſe ſua ſponte mo riendũ.Sed in eodẽ tamen dialogo idẽ dicit mortem philoſophantibus appetendã:& ipſam philoſophiã meditationem eſſe moriendi. Hæc ſibi ergo contraria uident̃:ſed non ita eſt. Nam plato duas mortes hominis nouit.Nec hoc nunc repeto:qđ ſuperius dictũ eſt.duas eſſe mortes:unã animæ:aialis alterã:ſed ipſius quoq; aialis hoc eſt hois duas aſſerit mor tes:quaꝵ unã natura:uirtutes alterã præſtant. Homo.n. morit̃ cum aia corpus relinquit ſolutũ lege naturæ.Mori etiã dicitur:cũ aia adhuc i cor pore cõſtituta corporeas illecebras philoſophia docente contẽnit:& cu piditatũ dulces inſidias reliquaſq; oẽs exuit̃ paſſiones. Et hoc eſt quod ſuperius ex ſecũdo uirtutũ ordine:quæ ſolis philoſophãtibus aptæ ſũt: euenire ſignauimus.Hãc ergo mortẽ dicit Plato ſapientibus appeten dã. Illam uero quã oibus natura conſtituit cogi:uel inferri:uel accerſiri uetat:docens expectandam eſſe naturã.Et has cauſas huius aperiẽs ſan ctionis:quas ex uſu reꝵ quæ in quotidiana conuerſatione ſunt:mutant̃. Ait.n.eos q̃ poteſtatis imperio trudunt̃ in carcerẽ:nõ oportere inde diſ

Mors eſt ap petẽda non ſibi ipſi infe renda.

Mortes duæ hominis

Mors ſapiẽtis

fugere priuſq̃ poteſtas ipſa quæ clauſit:abire permiſerit.Non enim uitari pœnam furtiua diſceſſione:ſed creſcere.Hoc quoq; addit nos eſſe in dominio deoꝝ:quoꝝ tutela & ꝓuidentia gubernamur.Nihil aũt eſſe inuito domino de his quæ poſſidet:ex eo loco in quo ſuũ conſtituerat:auferendũ. Et ſicut qui uitã mancipio extorquet alieno:crimine non carebit: ita eũ qui finem ſibi:domino necdũ iubente:quæſiuerit:nõ abſolutionẽ conſequi:ſed reatũ.Hæc platonicæ ſectæ ſemina altius Plotinus exequitur.Oportet inquit aiam poſt hominẽ liberam corporeis paſſionibus inueniri:quã qui de corpore uiolenter extrudit:liberã eſſe nõ patitur. Qui enim ſibi ſua ſponte necẽ comparat:aut perteſus neceſſitatis : aut metu cuiuſq̃ ad hoc deſcendit:aut odio:quæ omnia inter paſſiones habentur. Ergo & ſi ante fuit his ſordibus pura:hoc ipſo tamen quo exit extorta: ſordeſcit.Deinde mortem debere aiæ a corpore ſolutionem eſſe:non uinculum.Exitu aũt coacto aiam circa corpus magis magiſq; uinciri:Et re uera ideo ſic extortæ animæ diu circa corpus eiuſue ſepulturam uel locum:in quo iniecta manus eſt:peruagantur. Cum cõtra ille animæ quæ ſe in hac uita a uinculis corporeis philoſophiæ morte diſſoluunt̃:adhuc extante corpore cælo & ſyderibus inſerant̃.Et ideo illam ſolã de uoluntariis mortibus ſignificat eſſe laudabilẽ:quæ cõparatur philoſophiæ ratione(ut diximus)non ferro:prudentia nõ ueneno. Addit etiã ſolam eẽ naturalẽ mortẽ:ubi corpus aiam:nõ aia corpus relinquit:Cõſtat eni numeroꝝ certã conſtitutãq; rõnem aias ſociare corporibus:Hi numeri dũ ſupſunt:perſeuerat corpus animari:Cũ uero deficiũt:mox arcana illa uis ſoluit̃:qua ſocietas ipſa cõſtabat.Et hoc eſt quod fatũ & fatalia uitæ tẽpora uocamus.Aia ergo ipſa nõ deficit:quippe quæ imortalis atq; ꝑpetua eſt:ſed ipletis numeris corpus fatiſcit. Nec aia laſſat̃ animãdo:ſed officiũ ſuũ deſerit corpus:cũ iam nõ poſſit animari:Hinc illud eſt doctiſſimi uatis.Explebo numeꝝ:reddarq; tenebris. Hæc eſt igit̃ naturalis uere mors cũ finẽ corporis ſolus numeroꝝ ſuoꝝ defectus apportat:nõ cũ extorquet̃ uita corpori adhuc idoneo ad cõtinuationẽ ferendi.Nec leuis ẽ differẽtia uitã uel natura uel ſponte ſoluendi.Aia.n.cũ corpore deſeritur põt in ſe nihil retinere corporeũ:ſi ſe pure:cũ in hac uita eẽt: inſtituit.Cũ uero ipſa uiolẽter de corpore extrudit̃:quia exit rupto uinculo non ſoluto:fit ei neceſſitas occaſio paſſionis:& malis uinculis:dũ rũpit̃:inficitur. Hãc quoq; ſupioribus adiicit rationẽ nõ ſponte peũdi.Cũ cõſtet,inquit remunerationẽ aĩs illic eẽ tribuẽda ꝓ mõ pfectiõis:ad quam in hac uita unaquæq; ꝑuenit:nõ eſt præcipitandus uitæ finis:cũ adhuc ꝓficiẽdi eẽ poſſit acceſſio.nec fruſtra hoc dictũ eſt:nam in arcanis de aiæ reddito diſputatiõibus fertur:in hac uita delinq̃ẽtes ſimiles eẽ ſup æquale ſolũ cadentibus:qbus denuo ſine difficultate ꝑ̃ſto ſit ſurgere. Aias uero ex hac uita cũ delictoꝝ ſordibus recedẽtes æquãdas his:qui in abruptũ ex alto

Mortem Qui ſponte ſibi cõparãt

Mors naturalis.

Fatum & fatalia uitæ

Explebo numeꝝ in .vi. gene.

præcipitiq; delapſi ſunt:unde facultas nunq̃ ſit reſurgendi.Ideo ergo cõ-
ceſſis utendũ uitæ ſpatiis:ut ſit perfectæ purgatiõis maior facultas.Ergo
inquies qui iam perfectæ purgatus eſt:manũ ſibi debet inferre:cũ nõ ſit
ei cã remanẽdi:quia pfectũ ultetius nõ requirit:qui ad ſupna peruenit:
Sed hoc ipſo quo ſibi celerẽ finẽ ſpe fruẽdæ beatitatis arceſſit:irritet̃ la-
queo paſſiõis:quia ſpes ſicut timor:paſſio eſt.Sed & cætera:quæ ſupior
rõ inſeruit:incurrit.Et hoc eſt:ꝙ Paulus filiũ ſpe uitæ uerioris ad ſe ueni
re ꝓperãtem:ꝓhibet:ac repellit:ne feſtinatũ abſolutiõis aſcẽſioniſq; deſi
deriũ magis eũ hac ipſa paſſiõe uinciat ac retardet.Nec dicit:ꝙ niſi mors
naturalis aduenerit:emori nõ poteris:ſed huc ueuire nõ poteris. Niſi eni
inquit cũ deus iſtis te corporis cuſtodiis liberauerit:huc tibi aditus pate
re nõ põt:quia ſcit iã receptus in cælũ:niſi pfectæ puritati cæleſtis hĩtacu
li aditũ nõ patere.Pari aũt conſtãtia mors nec ueniẽs p naturã timẽda ẽ:
nec contra ordinẽ cogenda naturæ.Ex his quæ Platonẽ:quæq; Plotinũ
de uoluntaria morte ꝓnuuciaſſe retulimus:nihil in uerbis Ciceronis qui
bus hanc ꝓhibet:remanebit obſcurũ:Sed illa uerba quæ præter hoc ſũt
inſerta:repetamus.Hoies.n.ſunt hac lege generati:qui tuerent̃ illũ glo-
bum:quẽ in templo hoc mediũ uides:quæ terra dicitur.Hiſq; aĩus datus
eſt ex illis ſempiternis ignibus:quæ ſydera & ſtellas uocatis:quæ globo-
ſæ & rotundæ diuinis animatæ mentibus circulos ſuos orbeſq; cõficiunt
celeritate mirabili.De terra cur globus dicatur in medio mundo poſitus:
plenius diſſeremus:cũ de nouem ſpæris loquemur.Bene autem uniuer-
ſus mundus dei templum uocat̃:propter illos qui exiſtimant nihil eẽ ali
ud deum:niſi cælũ ipſum:& cæleſtia iſta quæ cernimus. Ideo ut ſummi
oiporentiã dei oſtẽderet poſſe uix intelligi:nunq̃ uideri:quicquid huma
no ſubiicit̃ aſpectui:tẽplũ eius uocauit:qui ſola mẽte cõcipit̃:ut q hæc
ueneratʼ ut tẽpla:cultũ tamẽ maximũ debeat cõditori:ſciatq; quiſquis in
uſum tẽpli huius inducit̃:ritu ſibi uiuendum ſacerdotis. Vnde & quaſi
quodã publico præconio tãtã humano generi diuinitatẽ ineſſe teſtat̃:ut
uniuerſos ſyderei animi cognatiõe nobilitet.Notãdũ eſt:ꝙ hoc loco ani
mũ & ut ꝓprie:& ut abuſiue dicit̃:poſuit:Aius.n.ꝓprie mẽs ẽ:quã diui
niorẽ aĩa nemo dubitauit.Sed nõnunq̃ ſic & aĩam uſurpãtes uocamus.
Cũ ergo dicit:Hiſq; aĩus datus ẽ ex illis ſempiternis ignibus:mẽtẽ p̃ſtat
intelligi:quæ nobis ꝓprie cũ cælo ſyderibuſq; cõis ẽ. Cũ uero ait:Reti-
nẽdus aĩus eſt i cuſtodia corpis:ipſam tũc aĩam nominat:quæ uincit̃ cu
ſtodia corpali:cui mẽs diuina nõ ſubdit̃. Nũc qualiter nobis aĩus id eſt
mẽs cũ ſyderibus cõis ſit:ſecũdũ theologos diſſeramus. Deus qui pria
cã & eſt:& uocat̃:unus oium quæq; ſũt:quæq; uident̃ eſſe:princeps &
origo ẽ.Hic ſupabũdãti maieſtatis fœcũditate de ſe mentẽ creauit.Hæc
mens quæ ΝΟΥΣ uocat̃:qua patrẽ inſpicit:plenã ſimilitudinẽ ſeruat au-
thoris:Animã uero de ſe creat poſteriora reſpiciẽs. Rurſus aĩa partem q̃

Mundus dicitur Dei Tẽplum

Animus

Deus prima cauſa
Mens
Aiæ origo & eius partes.

intuet̃ induit̃:ac paulatim regrediẽte reſpectu in fabricã corpoꝝ icorpo
rea ipſa degenerat. Habet ergo & puriſſimã ex mẽte:de qua eſt nata:ra-
tionem:q̃d λογικον uocatur. ex ſua natura accipit præbẽdi ſenſus præ
bendiq; incremẽti ſeminariũ:quoꝝ unũ αισθητικον:alteꝝ φυτικον nũ
cupatur. Sed ex his primũ id eſt logicon:quod innatum ſibi ex mente ſũ
pſit:ſicut uere diuinũ eſt:ita ſolis diuinis aptũ. Reliqua duo æſtheticon
& phyticon:ut a diuinis recedunt:ita cõuenientia ſunt caducis. Aia ergo
creans ſibi cõdenſq; corpora:Nã ideo ab aia natura incipit: quã ſapien-
tes de deo & mente νουν nominãt:ex illo mero ac puriſſimo fonte men
tis:quem naſcendo de originis ſuæ hauſerat copia:corpa illa diuina uel
ſupera:cæli dico & ſydeꝝ:quæ prima cõdebat:animauit. diuinæq; mẽtes
oibus corporibus:quæ in formã teretem.i.in ſpæræ modũ formãtur:iſu-
ſæ ſunt. Et hoc eſt quod cũ de ſtellis loqueret̃ ait:quæ diuinis aiaræ mẽ-
tibus. In inferiora uero ac terrena degenerãs fragilitatẽ corpoꝝ caducoꝝ
deprehendit merã diuinitatẽ mẽtis ſuſtinere nõ poſſe:imo ptem eius uix
ſolis humanis corpibus cõuenire:quia & ſola uidentur erecta tanq̃ ad ſu
pera ab imis recedant:& ſola cælũ facile tanq̃ ſemp erecta ſuſpiciunt:ſo-
liſq; ineſt uel in capite ſpæræ ſimilitudo:quã formã diximus ſolam men-
tis capacẽ. Soli ergo homini rõnem.i.uim mentis infudit:cui ſedes in ca
pite eſt. Sed & geminã illã creſcendi ſentiendiq; naturã:quia caducum ẽ
corpus:iſeruit. Et hinc ẽ:ꝙ hõ & rõnis cõpos ẽ:& ſentit & creſcit:ſolaq;
rõne meruit præſtare cæteris aialibus:quæ quia ſemp ꝓna ſũt:& ex ipſa
quæq; ſuſpiciendi difficultate a ſupis receſſerunt:nec ullã diuinoꝝ cor-
poꝝ ſimilitudinem aliqua ſui pte meruerunt:nihil ex mente ſortita ſunt:
& iõ rõne caruerunt. Duo quoq; tm̃ adepta ſunt:ſentire uel creſcere. Nã
ſiquid in illis ſimilitudinẽ rõnis imitat̃: nõ rõ:ſed memoria ẽ: & mẽoria
nõ illa rõne mixta:ſed q̃ hebetudinẽ ſenſuũ quinq; comitat̃. de qua plu
ra nunc dicere (quoniã ad præſens opus nõ attinet) omittemus. Terre-
noꝝ corpoꝝ tertius ordo in arboribus & herbis eſt:quæ carent tã rõne:
q̃ ſenſu. Et qa creſcendi tm̃modo uſus in his uiget:hac ſola pte uiuere di
cunt̃: Hunc reꝝ ordinẽ & Virgilius expreſſit. Nam & mundo aiam de-
dit:& ut puritati eius atteſtaret̃:mẽtem uocauit. Cælũ.n. ait & terras &
maria & ſydera ſpiritus intus alit.i.aia. Sicut alibi ꝓ ſpiramento aiam di
cit. Quantũ ignes aiæq; ualẽt: Et ut illius mũdanæ aiæ aſſereret digni-
tatẽ:mentem eſſe teſtatus eſt: Mens agitat molẽ. Nec nõ ut oſtẽderet ex
ipſa aia cõſtare & aiari uniuerſa quæ uiuũt:addidit: Inde hominũ pecu-
dũq; genus:& cætera. Vtq; aſſereret eundẽ ſemp in aia eſſe uigorem:ſed
uſum eius hebeſcere in aialibus corpis denſitate:adiecit. Quantũ nõ no
xia corpa tardãt. & reliqua. Secundũ hæc ergo cũ ex ſũmo deo mens ex
mente aia ſit: Aia uero & cõdat & uita cõpleat oia quæ ſequunt̃:cũctaq;
hic unus fulgor illuminet:& uniuerſis appareat:ut in multis ſpeculis per

Ratio

αισθητι-
κὸν
Id eſt ſenſi
tiuum.
φυτικον.
Id eſt gene
ratiuum.

Mẽtis ſedes.

Principio
cælum in.
Vi.æn.

Hebeſco

ordinē poſitis uultus unus. Cūq; oia continuis ſucceſſioibus ſe ſequant
degenerantia per ordinē ad imū meandi inueniet preſſius intuenti a ſū-
Cathena aurea Homeri mo deo uſq; ad ultimā rez fecem una ſe mutuis uinculis religās: & nuſq̄
interrupta cōnexio. Et hæc eſt Homeri cathena aurea: quā pēdere de cæ
lo in terras deū iuſſiſſe cōmemorat. His ergo dictis ſolum hoiem cōſtat
ex terrenis omnibus: mentis ideſt animi ſocietatem cū cælo & ſyderibus
habere cōem. Et hoc eſt quod ait: Hiſq; animus datus eſt ex illis ſempi-
ternis ignibus: quæ ſydera & ſtellas uocatis. Nec tamen ex ipſis cæleſti-
bus & ſempiternis ignibns nos dicit animatos. Ignis. n. ille licet diuinum
tamen corpus eſt. Nec ex corpore quāuis diuino poſſemus animari: ſed
unde ipſa illa corpora quæ diuina & ſunt & uident animata ſunt: id eſt
ex ea mundanæ aiæ parte quam diximus de pura mente cōſtare. Et ideo
poſtquā dixit: Hiſq; animus datus eſt ex illis ſempiteruis ignibus quæ
ſydera & ſtellas uocatis: mox adiecit: quæ diuinis animatæ mentibus: Vt
per ſempiternos ignes corpus ſtellarum: per diuinas uero mentes earum
animas manifeſta deſcriptione ſignificet: & ex illis in noſtras uenire ani-
Anima Quid ſit ſecundū uarias philoſophorū opiniones. mas uim mentis oſtendat. Non ab re eſt: ut hæc de aia diſputatio in fine
ſententias oium: qui de anima uident pronunciaſſe: cōtineat. Plato dixit
aīam eſſentiam ſe mouentem. Xenocrates numez ſe mouentem. Ariſto-
teles εντελεχειαν: Pythagoras & Philolaus harmoniam: Poſſidonius
ideam: Aſclepiades quinq; ſenſuū exercitiū ſibi cōſonū: Hippocrates ſpi
ritū tenuē per corpus omne diſpſum: Heraclitus pōticus lucem: Hera-
clitus phyſicus ſcintillā ſtellariis eſſentiæ: Zenon concretū corpori ſpiri
tum: Democritus ſpiritu inſertū atomis hac facilitate motus: ut corpus il
li omne ſit puium. Critolaus peripateticus cōſtare eā de quinta eſſentia.
Hipparcus ignē: Anaximenes aera: Empedocles & Critias ſanguinem:
Parmēides ex terra & igne: Xenophātes ex terra & aqua: Boetos ex aere:
& igne: Epicurus ſpēm ex igne & aere & ſpiritu mixtā: Optinuit tñ non
minus de incorporalitate eius q̄ de īmortalitate ſentētia. Nūc uideamus
Sydera quæ Stelle quæ quæ ſint hæc duo noia: quoz pariter meminit cū dicit: quæ ſydera & ſtel
las uocatis. Neq;. n. hic res una gemina appellatiōe monſtrat: ut enſis &
gladius. Sed ſunt ſtellæ quidē ſingulares: ut erraticæ qnq;: & cæteræ quæ
nō admixtæ aliis ſolæ ferunt: ſydera uero quæ i aliquod ſignū ſtellarum
pluriū cōpoſitiōe formant: ut aries: taurus: ut andromeda: pſeus: uel co-
rona: & quæcūq; uariaz genera formaz in cælū recepta credunt. Sic &
αϛηρ: αϛρον apud græcos αϛηρ & αϛρον diuerſa ſignificāt. Et enim aſter ſtella una
eſt: & aſtron ſignū ſtellis coactū: quod nos ſydus uocamus: cū uero ſtel
las globoſas & rotūdas dicat: non ſingulariū tantū exprimit ſpēm: ſed &
eaz quæ in ſigna formāda cōueniūt. Oēs. n. ſtellæ inter ſe & ſi in magni-
tudine aliquā: nullā tñ habent in ſpecie differentiā. Per hæc aūt duo noia
ſolide ſpæra deſcribit: quæ nec ex globo ſi rotūditas deſideret: nec ex ro-

tunditate ſi globus deſit efficitur:cũ alteꝝ forma:alteꝝ ſoliditate corpo-
ris deſeratur.Spæras aũt hic dicimus ipſaꝝ ſtellaꝝ corpora: quæ oĩa hac
ſpecie formata ſunt.Dicũtur ꝑterea ſpæræ & aplanes illa quæ maxima ẽ:
& ſubiectæ ſeptem:ꝑ quas duo lumina & quinqꝫ uagæ diſcurrunt.Circi
uero & orbes duaꝝ ſunt reꝝ duo nomina. Et his nominibus qdem alibi
aliter eſt uſus.Nam & orbem pro circulo poſuit: ut orbẽ lacteum:& or-
bem pro ſpæra:ut nouem tibi orbibus uel potius globis. Sed & circi uo
cantur:qui ſpæram maximã cingunt: ut eos ſequens tractatus oſtendet:
quorum unus eſt lacteus de quo ait:inter flãmas circus elucens.Sed hic
horum nihil neqꝫ circi:neqꝫ orbis nomine uoluit intelligi.Sed eſt orbis in hoc loco ſtellæ una integra & peracta conuerſio.i.ab eodẽ loco poſt emẽ ſum ſpæræ: per quam mouet̃: ambitũ in eundem locum regreſſus. Cir- Orbis Circus
cus autem eſt hic linea ambiens ſpæram: ac ueluti ſemitam faciens: per
quã lumen utrũqꝫ diſcurrit: & inter quã uagantiũ ſtellaꝝ error legitimus
coercetur:quas ideo ueteres errare dixerunt:quia & curſu ſuo ferunt̃: & Stellæ errantes
contra ſpæræ maximæ.i. ipſius cæli impetum cõtrario motu ad orientem
ab occidente uoluunt̃:& oĩum qdem par celeritas : motus ſimilis:& idẽ
eſt modus meandi:ſed nõ oẽs eodem tpe circos ſuos orbeſqꝫ cõficiũt.Et
iõ eſt celeritas ipſa mirabilis:qa cum ſit eadem oĩum: nec ulla ex illis: aut
concitatior eſſe poſſit aut ſegnior:nõ eodem tñ tpis ſpatio oẽs ambitum
ſuũ ꝑagunt.Cãm uero ſub eadem celeritate diſparis ſpatii aptius nos ſe-
quentia docebũt.His de ſydeꝝ natura & ſyderea hoĩum mente narratis:
rurſus filiũ pater ut in deos pius:ut in hoĩes iuſtus eſſet: hortatus: ꝑmiũ
rurſus adiecit:oſtendens lacteũ circulũ uirtutibus debitũ: & beatoꝝ cœ
tu refertũ.Cuius meminit his uerbis. Erat aũt is ſplendidiſſimo candore
inter flãmas circus elucens:quẽ uos(ut a gratis accepiſtis)orbem lacteũ
nuncupatis.Orbis hic idem quod circus ĩ lactei appellatione ſignificat.
Eſt aũt lacteus unus e circulis:qui ambiunt cælũ:& ſunt ꝑter eũ nume- Lacteus circus
ro decem: de qbus q̃ dicenda ſunt ꝓferemus: cum de hoc cõpetens ſer-
mo proceſſerit.Solus ex oibus hic ſubiectus eſt oculis:cæteris circũciſis
magis cogitatiõe q̃ uiſu cõpræhendendis.De hoc lacteo multi inter ſe di
uerſa ſenſerunt:cãſqꝫ eius alii fabuloſas:naturales alii ꝓtulerunt.Sed no-
bis fabuloſa reticentes ea tm̃modo: q̃ ad naturã eius uiſa ſunt ꝑtinere: di
cemus.Theophraſtus lacteum dixit eſſe cõpagem:qa de duobus hemi-
ſpæriis cæli ſpæra ſolidata eſt.Et iõ ubi horæ utriqꝫ cõueniant:notabilem
claritatem uideri.Diodorus ignem eſſe denſæ cõcretæqꝫ naturæ ĩ unã cur
ui limitis ſemitã diſcretiõe mundanæ fabricæ coaceruãte cõcretum.Et iõ
uiſum ĩtuentis admittere reliquo igne cæleſti lucem ſuã nimia ſubtilitate
diffuſã nõ ſubiiciente cõſpectui. Democritus ĩnumeras ſtellas breueſqꝫ
omnes q̃ ſpiſſo tractu ĩ unum coactæ ſpatiis q̃ anguſtiſſima ĩteriacent op
tis uicinæ ſibi undiqꝫ:& ideo paſſim diffuſæ lucis aſpergine continuum

iuncti luminis corpus oſtendunt. Sed poſſidonius cuius diffinitioni plu rium conſenſus acceſſit: ait lacteum caloris eſſe ſyderei infuſionem: quã ideo aduerſa zodiaco curuitas obliquauit: ut q̃m ſol nunq̃ zodiaci excedendo terminos exptem feruoris ſui partem cæli reliquam deſerebat: hic circus a uia ſolis in obliquum recedens uniuerſitatem flexu calido tẽperaret. Quibus aũt partibus zodiacũ interſecet: ſuperius relatum ẽ. Hæc de lacteo. Decem aũt alii (ut diximus) circi ſunt: quorum unus eſt ipſe zodiacus: qui ex his decẽ ſolus potuit latitudinẽ hoc modo quẽ referemus adipiſci. Natura cæleſtiũ circulo℞ incorporalis ẽ linea: quæ ita mente cõcipitur: ut ſola longitudine cenſeat᷑: latũ habere nõ poſſit. Sed in zodiaco latitudinem ſigno℞ capacitas exigebat. Quãtũ igitur ſpatii lati dimenſio porrectis ſyderibus occupabat: duabus lineis limitatum ẽ. Et terna ducta per medium ecliptica uocat᷑: q̃a cum curſum ſuũ in eadẽ linea pͥter ſol & luna conficiunt: alterius eo℞ neceſſe eſt uenire defectum: ſolis: ſi ei tunc luna ſuccedat: lunæ: ſi tunc aduerſa ſit ſoli. Ideo nec ſol unq̃ deficit: niſi cũ triceſimus lunæ dies ẽ: & niſi quintodecimo curſus ſui die neſcit luna defectum. Sic enĩ euenit: ut aut lunæ cõtra ſolẽ poſitæ ad mutuandũ ab eo ſolitũ lumen ſub eadẽ inuẽtus linea terræ conus obſiſtat: aut ſoli ipſa ſuccedẽs obiectu ſuo ab humano aſpectu lumen eius repellat. In defectu ergo ſol ipẽ nil patit᷑: ſed noſter fraudat᷑ aſpectus. Luna uero circa ꝓpriũ defectũ laborat nõ accipiendo ſolis lumen: cuius beneficio noctẽ colorat. Quod ſciens Virgilius diſciplina℞ oĩum peritiſſimus ait: Defectus ſolis uarios: lunæq; labores. Quãuis igit᷑ trium linea℞ ductus zodiacũ & claudat & diuidat: unũ tamen circũ author uocabulorũ dici uoluit antiquitas. Quinq; alii circuli paralelli uocant᷑. Ho℞ medius & maximus eſt eq̃noctialis. Duo extremitatibus uicini: atq; ideo breues: quo℞ unus ſeptẽtrionalis dicit᷑: alter auſtralis. Inter hos & medium duo ſunt tropici maiores ultimis: medio minores: & ipſi ex utraq; parte zonæ uſtæ terminũ faciunt. Præter hos duo ſunt alii circuli: quibus nomẽ dedit imꝑfecta conuerſio: Ambientes.n. ſeptẽtrionalẽ uerticẽ: atq; ide in diuerſa diffuſi & ſe i ſũmo iterſecãt: & quiq; paralellos ĩ quaternas ꝑtes æq̃liter diuidunt zodiacũ interſecantes: ut unus eo℞ ꝑ arietẽ & librã: alter ꝑ cancrũ atq; capricornum meando decurrat: ſed ad auſtralẽ uerticem non ꝑuenire credunt᷑. Duo qui ad nume℞ ꝑ̃dictum ſupſunt: meridianus & orizon nõ ſcribunt᷑ in ſpæra: quia certum locum habere nõ poſſunt: ſed pro diuerſitate circunſpicientis habitãtiſue uariant᷑. Meridianus eſt enim quem ſol cum ſuꝑ hoium uerticem uenerit: ipm diem medium efficiendo deſignat. Et quia globoſitas terræ habitationes oĩum æquales ſibi eſſe nõ patit᷑: non eadem pars cæli oĩum uerticem deſpicit. Et iõ unus oĩbus meridianus eſſe nõ poterit: ſed ſingulis ſuꝑ uerticem ſuum ꝓprius meridianus efficit᷑. Similiter facit ſibi orizõtem circunſpectio ſingulo℞. Ori-

Circi.x.

Zodiacus arcus

Ecliptica linea

Eclipſis ſolis & lunæ

Circuli.v.

Meridianus circulus

zon eſt enim uelut quodã circo deſignatus terminus cæli quod ſup ter- Orizon
ram uidet̃.Et qa ad ipm uere finẽ nõ põt humana acies puenire: quantũ quiſq; oculos circũferendo cõſpexit ꝓprium ſibi cæli:quod ſup terrã eſt: terminũ facit.Hic orizon quẽ ſibi uniuſcuiuſq; circũſcribit aſpectus: ul tra trecentos & ſexaginta ſtadios lõgitudinẽ intra ſe cõtinere non pote- rit.Centũ enim & octoginta ſtadios nõ excedit acies cõtrauidentis. Sed uiſuscũ ad hoc ſpatiũ uenerit:acceſſu deficiẽs in rotunditatẽ recurrẽdo curuat̃.Atq; ita fit:ut hic numerus ex utraq; pte geminatus trecẽtoꝝ ſe xagita ſtadioꝝ ſpatiũ qđ intra orizõtẽ ſuũ cõtinet̃:efficiat ſempq; quan- tũ ex huius ſpatii pte poſtea ꝓcedendo demiſeris: tãtum tibi de iteriore ſumet̃:& idẽ orizon ſemp quantacũq; locoꝝ trãſgreſſione mutat̃.Hũc aũt quẽ diximus admittit aſpectũ aut in terris æqua planicies:aut pelagi tranqlla libertas:q̃ nullã oculis obiicit offenſam. Nec te moueat: ꝙ ſæpe in lõgiſſimo poſitũ montẽ uidemus: aut ꝙ ipſa cæli ſupna ſuſpicimus. Aliud eſt.n.cũ ſe oculis igerit altitudo:aliud cũ p planũ ſe porrigit & ex tendit intuitus:in quo ſolo orizõtis circus efficitur Hæc de circis oibus: quibus cælũ cingit̃;dicta ſufficiant. Tractatũ ad ſequentia transferamus ex quo mihi oia cõtemplanti p̃clara cætera & mirabilia uidebantur. Erãt autem hæ ſtellæ:quas nunq̃ ex hoc loco uidimus: & hæ magnitudines oium:quas eſſe nunq̃ ſuſpicati ſumus.Ex quibus erat ea minima:quæ ul tima a cælo citima terris luce lucebat aliena.Stellarum autem globi ter- ræ magnitudinem facile uincebant. Dicendo: Ex quo mihi oia contem- planti:id quod ſupra diximus affirmat: in ipſo lacteo Scipionis & paren tum per ſomnium contigiſſe conuentum.Duo ſunt autem p̃cipua: quæ in ſtellis ſe admiratum refert:aliquarum nouitatem:& omnium magnitu dinẽ.Ac prius de nouitate:poſt de magnitudine diſſeremus.Plene & do cte adiiciendo:quas nunq̃ ex hoc loco uidimus:cauſam cur a nobis non uideantur:oſtendit. Locus eni noſtræ habitationis ita poſitus eſt: ut q̃dã ſtellæ ex ipſo nunq̃ poſſint uideri: quia ipſa pars cæli in qua ſunt: nunq̃ poteſt hic habitantibus apparere.Pars.n.hæc terræ q̃ incolitur ab uniuer ſis hominibus:q̃ nos inuicem ſcire non poſſumus:ad ſeptentrionalẽ uer ticem ſurgit:& ſpalis conuexitas auſtralem nobis uerticem in ima demer git.Cum uero ſemper circa terram ab ortu in occaſum cæli ſpa uoluatur: uertex hic qui ſeptẽtriones habet: quoquo uerſum mundana uolubilita te uertatur:quoniam ſuper nos eſt:ſemper a nobis uidetur:ac ſemp oſtẽ dit arctos oceani metuentes æquore tingi.Auſtralis cõtra quaſi ſemel no bis pro habitationis noſtræ poſitione demerſus: nec ipſe nobis unq̃ uide tur:nec ſydera ſua:quibus & ipſe ſine dubio inſignitur:oſtendit.Et hoc ẽ quod poeta naturæ ipſius conſcius:dixit.

Orizõtis menſura

Vertex ſeptẽ- trionalis

Vertex Au- ſtralis

Hic uertex nobis ſemper ſublimis:at illum
Sub pedibus ſtix atra uidet maneſq; profundi.

Sed cum hanc diuerſitatem cæleſtibus partibus uel ſemp uel nunq̃ ap- parendi terræ globoſitas habitãtibus faciat:ab eo qui in cælo eſt: oẽ ſine dubio cælũ uidet̃ nõ impediente aliq̃ pte terræ: q̃ tota puncti locũ ꝓ cæ li magnitudine uix optinet.Cui ergo auſtralis uerticis ſtellas nunq̃ de ter ris uidere cõtigerat:ubi circũſpectu libero ſine offenſa terreni obicis uiſæ ſunt:iure quaſi nouæ admiratione dederunt.Et quia intellexit cãm pro- pter q̃ eas nunq̃ ante uidiſſet:ait:Erãt aũt hæ ſtellæ quas nunq̃ ex hoc lo co uidimus. Hunc locũ demoſtratiue terrã dicens: in qua erat dum iſta narraret.Sequitur illa diſcuſſio:quod adiecit quid ſit. Et hæ magnitudi- nes oium quas eſſe nunq̃ ſuſpicati ſumus. Cur aũt magnitudines quas uidit in ſtellis:nunquã hoies ſuſpicati ſint:ipſe patefecit addendo.Stella

Stellaꝶ magnitudo

rũ aũt globi terræ magnitudinẽ facile uincebãt.Nã quando hõ:niſi quẽ doctrina philoſophiæ ſupra hoiem:imo uere hoiem fecit:ſuſpicari poteſt ſtellã unã oi terra eſſe maiorẽ:cũ uulgo ſingulæ uix facis unius flãmam æquare poſſe uideant̃. Ergo tũc eaꝶ uere magnitudo aſſerta credetur ſi maiores ſingulas q̃ eſt ois terra eſſe cõſtiterit:qđ hoc modo licet recogno

Punctum

ſcas.Punctũ dixerunt eſſe geometræ: quod ob incõprehenſibilem breui tatem ſui in ptes diuidi nõ poſſit:nec ipm pars aliqua:ſed tantũmodo ſi- gnũ eſſe dicat̃. Phyſici terrã ad magnitudinẽ circi: p quem ſol uoluitur: puncti modũ optinere docuere.Sol aũt quãto minor ſit circo ꝓprio:de- præhenſum eſt manifeſtiſſimis dimenſionũ rõnibus:cõſtat menſurã ſo- lis ducenteſimã ſextãdecimã partem habere magnitudinis circi: p quem ſol ipſæ diſcurrit.Cũ ergo ſol ad circũ pars certa ſit:terra uero ad circũ ſo lis punctũ ſit:qđ pars eſſe nõ poſſit ſine cunctatione iudicii ſolem cõſtat terra eſſe maiorẽ:ſi maior eſt pars eo quod partis nomen nimia breuitate nõ capit. Veꝶ ſolis circo ſupioꝶ ſtellaꝶ circos certũ eſt eſſe maiores:ſi eo quod cõtinetur id qđ cõtinet maius eſt.Cũ hic ſit cæleſtiũ ſpæraꝶ ordo: ut a ſupiore unaquæq; inferior ambiat̃. Vnde & lunæ ſpærã quaſi a cælo ultimã & uicinã terræ minimã dixit:cũ terra ipſa in punctũ quaſi uere iã poſtrema deficiat.Si ergo ſtellaꝶ ſupioꝶ circi(ut diximus)circo ſolis ſũt grandiores:ſingulæ aũt huius ſunt magnitudinis: ut ad circũ unaquæq; ſuum modũ partis optineat:ſine dubio ſingulæ terra ſunt ampliores:quã ad ſolis circũ:q ſupioribus minor ẽ:punctũ eſſe pdiximus.De luna ſi ue- re luce lucet aliena:ſequẽtia docebunt.Hæc cũ Scipionis obtutus nõ ſi ne admiratiõe pcurrens ad terras uſq; fluxiſſet: & illic familiaris hæſiſſet: rurſus aui monitu ad ſupiora reuocatus ẽ:ipm a cæli exordio ſpæraꝶ or- dinẽ in hæc uerba mõſtrantis.Nouẽ tibi orbibus uel potius globis con-

Globi uel orbes.ix.

nexa ſunt omnia:quoꝶ unus ẽ cæleſtis extimus qui reliquos omnes com plectitur:ſummus ipſæ deus arcens & cõtinens cæteros:in quo ſunt infi xi illi qui uoluunt̃ ſtellaꝶ curſus ſempiterni. Huic ſubiecti ſeptẽ:q uer- ſant̃ retro cõtrario motu atq; cælũ.E qbus unũ globũ poſſidet illa: quã

in terris ſaturniā nominant. Deinde eſt hominū generi proſperus & ſalutaris ille fulgor:qui dicitur Iouis. Tum rutilus horribiliſq; terris:quē martium dicitis. Deinde ſubter mediā fere regionē ſol optinet dux & pr̄iceps & moderator luminū reliquoꝝ:mens mūdi:& temperatio tāta magnitudine:ut cuncta ſua luce luſtret & cōpleat. Hūc ut cōites cōſequunt̃ ueneris alter:alter mercurii curſus. Infimoq; orbe luna radiis ſolis accēſa cōuertit̃. Infra aūt eā nihil eſt:niſi mortale & caducū:p̄ter aīos munere deorum hoīum generi datos. Supra lunā ſunt æterna oīa. Nā ea q̄ eſt media & nona tellus neq; mouet̃ & infima eſt:& in eā ferunt̃ oīa nutu ſuo pōdera. Totius mūdi a ſūmo in imū diligens in hunc locū collecta deſcriptio eſt:& itegrū quoddā uniuerſitatis corpus effingit̃:qđ qdā ΤΟ ΠΑΝ .i.oē dixerunt. Vnde & hic dicit cōnexa ſunt oīa. Virgilius uero magnū corpus uocauit. Et magno ſe corpore miſcet. Hoc aūt loco Cicero reꝝ quærendaꝝ iactis ſeminibus multa nobis excolenda legauit. De ſeptem ſubiectis globis ait:qui uerſantur retro contrario motu atq; cælū. Quod cum dicit:admonet ut quæramus ſi uerſatur cælū & ſi illi ſeptem & uerſant̃ & contrario motu mouent̃. Aut ſi hunc eſſe ſpæraꝝ ordinem quem Cicero refert:Platonica cōſentit authoritas. Et ſi uere ſubiectæ ſint: quo pacto ſtellæ eaꝝ oīum zodiacum luſtrare dicantur:cū zodiacus & unus & in ſummo cælo ſit:quæue ratio i uno zodiaco aliaꝝ curſus breuiores: aliarum faciat longiores: Hæc eni oīa in exponendo eaꝝ ordine neceſſe eſt aſſerant̃. Et poſtremo qua rōne in terrā ferantur ſicut ait oīa nutu ſuo pondera: Verſari cælum mundanæ aīæ natura & uis & rō docet. cuius æternitas in motu eſt:qa nunq̄ motus relinqt:quod uita non deſerit. Nec ab eo uita diſcedit:i quo uiget ſemp agitatus. Igitur & cæleſte corpus qđ mūdi aīa futuꝝ ſibi imortalitatis particeps fabricata eſt: ne unq̄ uiuendo deficiat:ſemp in motu eſt:& ſtare neſcit:quia nec ipſa ſtat aīa q̄ impellit̃. Nā cū aīæ:quæ in corporea eſt:eſſentia ſit in motu: primū aūt oīum cæli corpus aīa fabricata ſit:ſine dubio in corpus hoc primum ex incorporeis motus natura migrauit. Cuius uis integra & incorrupta nō deſerit: quod primum cœpit mouere. Ideo uero cæli motus neceſſario uolubilis eſt:qa cum ſemp moueri neceſſe ſit:ultra aūt locus nullus ſit quo ſe tendat acceſſio:cōtinuatione perpetuæ in ſe reditionis agitatur. Ergo i quo poteſt uel habet currit:& accedere eius reuolui ē:quia ſpæræ ſpatia & loca complectētis oīa unus eſt curſus rotari. Sed & ſic aīam ſeq ſemp uidet̃: q̄ in ipſa auerſitate diſcurrit. Dicemus ergo ꝙ eā nunq̄ repiat:ſi ſemp hāc ſeq tur:imo ſemp eā repit: quia ubiq; tota ubiq; pfecta eſt. Cur ergo ſi q̄ q̄rit repit:nō quieſcit: quia & illa requietis ē iſcia. Staret.n.ſi uſq̄ ſtantē aīam repiret. Cū uero illa ad cuius appetentiā trahit̃: ſemp in uniuerſa ſe fundat:ſemp & corpus ſe in ipſam & p ipſam torquet. Hæc de cæleſti uolubilitatis archano pauca de multis plotino authore repta ſufficiēt: Quod

autem hũc iſtum extimũ globũ:qui ita uoluit':ſummũ deũ uocauit: nõ ita accipiendũ eſt:ut ipſe prima cã & deus oipotentiſſimus exiſtimat':cũ globus ipſe quod cælũ eſt:aiæ ſit fabrica:aia ex mente ꝓceſſerit:mens ex deo:qui uere ſũmus eſt ꝓcreata ſit. Sed ſummũ quidem dixit ad cæterorum ordinem:qui ſubiecti ſunt:unde mox ſubiecit arcens & cõtinens cæteros. Deum uero qui nõ modo imortale aial ac diuinũ ſit: plenũ inclytæ ex illa puriſſima mente rõnis:ſed ꝙ uirtutes omnes:q̃ illã primæ oipotentiam ſummitatis ſequunt':aut ipſe faciat:aut ipſe cõtineat. Ipm deniq; Iouem ueteres uocauerunt:& apud theologos iupiter eſt mundi aia. Hinc illud eſt: Ab ioue pricipium muſæ: iouis oia plena. Quod de Arato: poetæ alii mutuati ſunt:qui de ſyderibus locuturus a cælo in quo ſunt ſydera exordium ſumendum eſſe decernens ab ioue incipiendum eſſe memorauit. Hinc Iuno & ſoror eius & cõiunx uocat'. Eſt autem Iuno aer:& dicitur ſoror:quia iiſdem ſeminibus quibus cælum etiam aer eſt ꝓcreatus: coniunx quia aer ſubiectus eſt cælo. Hic illud accipiendum eſt:ꝙ præter duo lumina & ſtellas quinq;:quæ appellant' uagæ:reliquas omnes alii ifixas cælo nec niſi cũ cælo moueri: alii quoꝝ aſſertio uero propior eſt has quoq; dixerunt ſuo motu:p̃ter quod cũ cæli cõuerſione ferunt' accedere. Sed ꝓpter imenſitatem extimi globi excedentia credibilem numeꝝ ſæcula in una eas curſum ſui ambitione cõſumere: & ideo nullum eaꝝ motũ ab hoie ſentiri:cũ non ſufficiat humanæ uitæ ſpatium ad breue ſaltem punctum tã tarde acceſſiõis dep̃hendendũ. Hinc Tullius nullius ſectæ inſcius ueteribus approbatæ ſimul attigit utrãq; ſniam dicendo. In quo ſunt ifixi illi qui uoluunt' ſtellaꝝ curſus ſempiterni. Nã & ifixos dixit:& curſus habere nõ tacuit. Nunc utrum illi ſeptem globi: qui ſubiecti ſunt cõtrario (ut ait) q̃ cælũ uertit' motu ferant':argumentis ad ueꝝ ducentibus:requiramus. Solem ac lunam & ſtellas quinq;:quibus ab errore nomen eſt:p̃ter qđ ſecum trahit ab ortu i occaſum cæli diurna cõuerſio:ipſa ſuo motu in orientẽ ab occidente ꝓcedere nõ ſolis litteraꝝ ꝓphanis: ſed multis quoq; doctrina iniciatis abhorrere a fide: ac mõſtro ſimile iudicatũ eſt. ſed apud preſſius ituẽtes ita eſſe ueꝝ cõſtabit:ut nõ ſolũ mẽte cõcipi:ſed oculis quoq; ipſis poſſit ꝓbari. Tñ ut nobis de hoc ſit cũ ptinaciter negante tractatus:age quiſq; tibi hoc liquere diſſimulas: ſimul oia q̃ uel cõtẽtio ſibi fingit detractans fidẽ:uel q̃ ipſa ueritas ſuggerit in diuiſionis mẽbra mutamus. Has erraticas cũ luminibus duobus aut ifixas cælo:ut alia ſydera nullũ ſui motũ noſtris oculis iudicari:ſed ferri mũdanæ cõfuſionis ipetu:aut moueri ſua quoq; acceſſiõe dicemus. Rurſus ſi mouent':aut cæli uiã ſequunt' ab ortu i occaſũ: & cõi & ſuo motu meãtes: aut cõtrario receſſu i oriẽtẽ ab occidẽtis pte uerſant'. Præter hoc (ut opinor) nihil põt uł eẽ:uel fingi. Nũc uideamus qđ ex his poterit ueri ꝓbari. Si ifixæ eẽnt:nũq̃ ab eadẽ ſtatiõe diſcederẽt:ſed i eiſdẽ locis ſemp ut aliæ

Iuno q̃re iouis & ſoror & coniunx.

Stellæ fixæ

uiderentur. Ecce enī de infixis uergiliæ nec a ſui unq̄ ſe copulatiōe diſper gunt:nec hyadas quæ uicinæ ſunt deſerunt: aut orionis ꝓximā regionē relinquunt. Septentrionū cōpago nō ſoluitur. Anguis q inter eos labit̄: ſemel circūfuſum non mutat amplexū. Hæ uero modo in hac:mō in illa cæli regione uiſuntur. Et ſæpe cum ī unum locū duæ pluresue cōuene rint:& a loco tamē in quo uiſæ ſunt ſimul:& a ſe poſtea ſepant̄. Ex hoc eas nō eſſe cælo infixas oculis quoq; approbātibus cōſtat. Igitur mouen tur:nec negare hoc quiſq̄ poterit quod uſus affirmat. Q uærendū eſt er go utrū ab ortu ad occaſum:an ī cōtrarium motu ꝓprio reuoluant̄. Sed & hoc q̄rentibus nobis nō ſolum manifeſtiſſima rō: ſed uiſus quoq; ipſe mōſtrabit. Cōſideremus enim ſignoꝝ ordinē:qbus zodiacū diuiſum uel diſtinctum uidemus:& ab uno ſigno qdlibet ordīs eius ſumamus exordium. Cum aries exorit̄:poſt ipm taurus emergit. Hunc gemini īſequun tur:hos cācer:& p ordinē reliq̄. Si iſtæ ergo ī occidentē ab oriente ꝓcede rent:nō ab ariete in tauꝝ q retro latus eſt: nec a tauro ī geminos ſignum poſterius uoluerent̄:ſed potius a geminis in tauꝝ & a tauro ī arietem re cta & mundanæ uolubilitatis cōſona acceſſione ꝓdirent. Cum ergo a pri mo ī ſignum ſecundum:a ſecundo ad tertium & ide ad reliqua: q̄ poſte riora ſunt:reuoluant̄:ſigna autem īfixa cælo ferant̄ ſine dubio cōſtat has ſtellas nō cum cælo:ſed cōtra cælum moueri. Hoc ut plene liq̄at:aſtrua mus de lunæ curſu:quæ & claritate ſui & uelocitate notabilior eſt. Luna poſtq̄ a ſole diſcedens nouata eſt: ſecundo fere die circa occaſum uidet̄: & quaſi uicina ſoli quem nup reliqt:poſtq̄ ille demerſus eſt:ipſa cæli mar ginem tenet antecedenti ſup occidens. Tertio die tardius occidit q̄ ſecun do:& ita quotidie lōgius ab occaſu recedit:ut ſeptio die circa ſolis occa ſum ī medio cælo ipſa uideat̄. Poſt alios uero ſeptē cum ille mergit: hæc orit̄. adeo media pte menſis dimidiū cælū.i. unū hemiſpæriū ab occaſu in orientē recedendo metit̄. Rurſus poſt ſeptem alios circa ſolis occaſū latentis hemiſpærii uerticē tenet. Et huius rei indiciū ē: ꝙ medio noctis exorit̄. Poſtremo totidē diebus exēptis ſolem denuo cōpræhendit: & ui cinus uidet̄ ortus amboꝝ quādiu ſoli ſuccedēs rurſus mouet̄:& rurſus recedens paulatim ſemp in orientē regrediendo relinquat occaſum. Sol quoq; ipſe nō aliter q̄ ab occaſu in orientē mouet̄: & licet tardius q̄ luna receſſum ſuū cōficiat:quippe q tāto tpe ſignum unū emetiat̄:quāto to tum zodiacū luna diſcurrit:manifeſta tamē & ſubiecta oculis motus ſui ꝑſtat idicia. Hunc.n.in ariete eſſe ponamus: quod quia æquinoctiale ſi gnum eſt pares horas ſomni & diei facit. In hoc ſigno cū occidit: libram ideſt ſcorpii chelas mox oriri uidemus: & apparet taurus uicinus occa ſui. Nā uergilias & hyadas partes tauri clariores nō multo poſt ſole mer gente uidemus. Sequenti mēſe ſol in ſignū poſterius.i.in tauꝝ recedit:& ita fit:ut neq; uergiliæ neq; alia pars tauri illo menſe uideat̄. Signū.n.qd

Ordo ſignorum zodiaci

Lunæ curſus

ſomnū pro nocte

cum ſole oritur:& cum ſole occidit:ſemper occultatur: adeo ut & uicina aſtra ſolis ꝓpinquitate cælent̄. Nā & canis tunc quia uicinus tauro eſt: nō uidetur tectus lucis ꝓpinquitate. Et hoc eſt qd̄ Virgilius ait.

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus:& aduerſo cedens canis occidit aſtro.

Non enim uult intelligi tauro oriente cum ſole mox in occaſum ferri canem:q ꝓximus tauro eſt:ſed occidere eum dixit tauro geſtāte ſolem : qa tunc incipit nō uideri ſole uicino. Tunc tamen occidente ſole libra adeo ſupior inuenit̄ ut totus ſcorpius ortus appareat:gemini uero uicini tunc uidentur occaſui. Rurſus poſt tauri menſem gemini nō uident̄:quod in eos ſolem migraſſe ſignificat:Poſt geminos recedit in cancrum. Et tunc cum occidit:mox libra in medio cælo uidetur. Adeo conſtat ſolem tribus ſignis peractis.i. ariete & tauro & geminis ad medietatem hemiſperii receſſiſſe. Deniq; poſt tres menſes ſequentes tribus ſignis quæ ſequuntur emenſis:cancrum dico:leonem:& uirginem:iuenitur in libra:quæ rurſus æquat noctem diei:& dum in ipſo ſigno occidit:mox orit̄ aries:i quo ſol ante ſex menſes occidere ſolebat. Ideo autem occaſum magis eius q̄ ortum elegimus ꝓponendum:quia ſigna poſteriora poſt occaſum uident̄. Et dum ad hæc quæ ſole mergente uideri ſolent: ſolē redire mōſtramus: ſine dubio eum cōtrario motu recedere:q̄ cælū mouet̄:oſtēdimus. Hæc aūt quæ de ſole & luna diximus etiam quinq; ſtellaꝝ receſſum aſſignare ſufficient:pari enim rōne in poſteriora ſigna migrādo ſemꝑ mundanæ uolubilitati contraria receſſione uerſantur. His aſſertis:de ſpæraꝝ ordine pauca dicenda ſunt. In quo diſſentire a Platone Cicero uideri poteſt:

Spærarum. Ordo.

cum hic ſolis ſpærā quartā de ſeptem.i. in medio locatam dicat: Plato a luna ſurſum ſecundā:hoc eſt inter ſeptē a ſummo locū ſextū tenere commemoret. Ciceroni Archimenides & caldæoꝝ ratio conſentit. Plato ægyptios oium philoſophiæ diſciplinaꝝ parentes ſecutus eſt:qui ita ſolē inter lunā & mercuriū locatum uolunt: ut rōne tamen dep̄hēderint & edixerint:cur a nōnullis ſol ſupra mercuriū ſupraq; uenerē eē credatur. Nā nec illi qui ita exiſtimant a ſpecie ueri procul aberrant. Opinionem uero iſtius permutationis huiuſmodi ratio pſuaſit. A ſaturni ſpæra quæ ē prima de ſeptem uſq; ad ſpærā Iouis a ſummo ſecundam iteriecti ſpatii tanta diſtantia eſt:ut zodiaci ambitum ſupior triginta annis: duodecim uero annis ſubiecta conficiat. Rurſus tamen a Ioue ſpæra martis recedit:ut eundem curſum biennio pagat. Venus aūt eſt tm̄ regiōe martis inferior: ut ei annus ſatis ſit ad zodiacū pagendū. Iam uero ita ueneri proxima ē ſtella mercurii:& mercurio ſol ꝓpinquus:ut hii tres cælum ſuū pari temporis ſpatio.i.anno plus minuſue circūeant. Ideo & Cicero hos duos curſus comites ſolis uocauit:quia in ſpatio pari longe a ſe nunq̄ recedūt. Luna autem tm̄ ab his deorſum receſſit: ut quod illi anno: uigintiocto die-

bus ipſa cōficiat.Ideo neq; de trium ſuperiorum ordine:quem manifeſte clareq; diſtinguit immenſa diſtātia:neq; de lunæ regione quæ ab omnibus multum receſſit: inter ueteres aliqua fuit diſſenſio. Horum uero trium ſibi ꝓximorum:ueneris:mercurii:& ſolis ordinem uicinia confundit.Sed apud alios. Nam ægyptiorum ſolertiā ratio non fugit:quæ talis eſt.Circulus per quē ſol diſcurrit a mercurii circulo ut inferior ambitur. Illum quoq; ſuperior circulus ueneris includit.Atq; ita fit:ut hæ duæ ſtellæ cum per ſupiores circulorꝝ ſuorꝝ uertices currunt:intelligantur ſupra ſolem locatæ.Cum uero per inferiora cōmeant circulorꝝ:ſol eis ſuperior exiſtimet᷑.Illis ergo qui ſpæras earꝝ ſub ſole dixerūt:hoc uiſum ex illo ſtellarum curſu:qui nonnunq̄(ut diximus)uidetur inferior:qui & uere notabilior eſt:quia tum liberius apparet.Nam cum ſuperiora tenent:magis radiis occulunt᷑.Et ideo perſuaſio iſta cōualuit:& ab omnibus pene hic ordo in uſum receptus eſt.Perſpicatior tamen obſeruatio meliorem ordinem deprehendit:quē præter indaginem uiſus hæc quoq; ratio commendat:ꝙ lunam quæ luce propria caret & de ſole mutuatur neceſſe eſt fonti luminis ſui eſſe ſubiectam.Hæc enim ratio facit lunam non habere lumen proprium:cæteras omnes ſtellas lucere ſuo.ꝙ illæ ſupra ſolē locatæ in ipſo puriſſimo æthere ſunt:in quo omne quicquid eſt:lux naturalis & ſua eſt:quæ tota cū igne ſuo ita ſpæræ ſolis incūbit:ut cæli zonæ:quæ ꝓcul a ſole ſunt:perpetuo frigore oppreſſæ ſint:ſicut infra oſtendetur.Luna uero quia ſola ipſa ſub ſole eſt:& caducorum iam regioni luce ſua carenti proxima:lucem niſi deſuper poſito ſole cui reſplendet:habere non potuit.Deniq; quia totius mundi una pars terra eſt:ætheri aūt una pars luna eſt:lunam quoq; terrā:ſed æthercam uocauerunt.Immobilis tamen ut terra eſſe nō potuit:quia in ſpæra quæ uoluitur: nihil manet imobile præter centrum.Mundanæ aūt ſpæræ terra centrum eſt:ideo ſola immobilis perſeuerat.Rurſus terra accepto ſolis lumine clareſcit tantūmodo: non relucet:Luna ſpeculi inſtar lumē quo illuſtrat᷑ emittit:quia illa aeris: & aquæ per ſe concreta & denſa ſunt:fax habetur:& ideo extrema uaſtitate dēſata eſt:nec ultra ſuperficiē q̄uis luce penetratur.Hæc licet & ipſa finis ſit:ſed liquidiſſimæ lucis & ignis ætherei:ideo q̄uis denſius corpus ſit:q̄ cætera cæleſtia ut multo tamen terreno purius ſit acceptæ luci penetrabile:adeo ut eam de ſe rurſus emittat:nullū tamē ad nos perferentem ſenſum caloris quia lucis radius quū ad nos de origine ſua.i.de ſole ꝑuenit naturā ſecum ignis de quo naſcit᷑:deuehit.Cum uero in lunæ corpus infundit᷑:& inde reſplendet:ſolā refundit claritudinem nō calorē. Nā & ſpeculum quū ſplendorem de ſe ui oppoſiti eminus ignis emittit ſolam ignis ſimilitudinē carentē ſenſu caloris oſtēdit.Quē ſoli ordinem Plato dederit uel eius authores:quoſue Cicero ſecutus quartum locum globo eius aſſignauerit:uel quæ ratio perſuaſionē huius diuerſitatis induxerit

Luna quare non habet lucē ex ſe

Sol ſpæris

& cur dixerit Tullius:infimoq; orbi luna radiis ſolis accenſa cõuertit̃:ſa
tis dictũ eſt.Sed his hoc adiiciendũ eſt cur Cicero eũ quartũ de ſeptem
ſolẽ uelit.Quartus aũt inter ſeptem nõ fere medius ſed omnimodo me
dius ſit:& habeat̃:nõ abrupte medium ſolem : ſed fere medium dixerit:
his uerbis.Deinde ſubter mediã fere regionem ſol optinet.Sed nõ uacat
adiectio:qua hæc pronunciatio temperat̃:nam ſol quartũ locũ optinens
mediã regionem tenebit numero:ſpatio nõ tenebit. Si inter ternos enim
ſũmos & imos locatur ſine dubio medius eſt numero : ſed totius ſpatii
quod ſeptem ſpætæ occupant:dimenſione ꝑſpecta regio ſolis nõ inueni
tur in medio ſpatio locata:quia magis a ſũmo ipſe q̃ ab ipſo receſſit ima
poſtremitas:ꝙ ſine ulla diſceptatiõe:ambage cõpendioſa probabit aſſer
tio.Saturni ſtella quæ ſũma eſt:zodiacum triginta annis peragrat:ſol me
dius anno uno:luna ultima uno menſe nõ integro. Tantũ ergo intereſt
inter ſolem & ſaturuum:q̃tum inter unum & triginta. Tantum inter lu-
nam ſoleq; q̃tum inter duodecim & unum.Ex his apparet totius a ſum-
mo in imũ ſpatii.certam ex media parte diuiſionem ſolis regionem nõ fie
ri.Sed quia hic de numero loquebat̃:in quo uere qui quartus & medius
eſt:ideo prõũciauit quidem mediũ:ſed propter latentem ſpatiorũ dimẽ
ſionem uerbũ quo hanc diffinitionẽ temperaret:adiecit.Notandũ ꝙ eſſe
ſtellam ſaturni:& alteram iouis:martis aliã:non naturæ cõſtitutio:ſed hu
mana perſuaſio eſt:quæ ſtellis numeros & nomina fecit:Non enim ait il
lã quæ ſaturnia eſt:ſed quã in terris ſaturniã nominãt:& ille fulgor qui di
citur iouis:& quem martiũ dicitis:adeo expreſſit in ſingulis noia hæc nõ
eſſe inuenta naturæ:ſed hominũ cõmenta ſignificationi diſtinctionis ac-
cõmodata.Quod uero fulgorem iouis humano generi proſperum & ſa
lutarem:contra martis rutilũ & terribilem terris uocauit:alterũ tractum
eſt ex ſtellarum colore(nam fulget iouis:rutilat martis)alterum ex tra-
ctu eoꝝ qui de his ſtellis ad hoium uitam manare uolunt aduerſa uel ꝓ
ſpera.Nã plerũq; de martis ſtella terribilia:de iouis ſalutaria euenire dif-
finiunt.Cauſam ſi quis forte alterius quærat:unde diuinis maliuolentia:
ut ſtella malefica eſſe dicatur:ſicut de martis:& ſaturni ſtellis exiſtimat̃:
aut cur notabilior benignitatis iouis & ueneris inter genethliacos habea
tur:cũ ſit diuinoꝝ una natura:in mediũ proferã rõnem apud unũ oĩno
q̃d ſciam lectã:Nam Ptolemæus in libris tribus:quos de harmonia com

Stellarũ pro prietates un de ꝓueniũt

poſuit:patefecit cãm quã breuiter explicabo.Certi ſunt numeri:ꝑ quos
inter omnia quæ ſibi conueniunt:iunguntur & aptantur:fit iugabilis cõ
petentia:nec quicq̃ poteſt alteri niſi per hos numeros cõuenire.Sunt au
tem epitritus:hemiolius:epogdous:duplaris:triplaris : quadruplus:quæ
hoc loco interim quaſi noia numeroꝝ accipias uolo. In ſequentibus ue-
ro cum de harmonia cæli loquemur:qnid ſint hi numeri:quidue poſſint
opportunius apiemus.Modo hæc noſſe ſufficiat:quia ſine his numeris

nulla colligatio:nulla poteſt eſſe concordia. Vitam uero noſtram præci-
pue ſol & luna moderant̃. Nam quũ ſint caducoꝝ corpoꝝ hæc duo ꝓ
pria:ſentire uel creſcere:æſtheticon.i.ſentiendi natura de ſole : phyticon
aũt.i.creſcendi natura de lunari ad nos globoſitate perueniuut.Sic utri-
uſq; luminis beneficio hæc nobis conſtat uita:qua fruimur.Conuerſatio
tamen noſtra & peruentus actuum tam ad ipſa duo lumina:q̃ ad quinq;
uagas ſtellas refertur.Sed harũ ſtellarum alias interuentus numerorum:
quoꝝ ſupra fecimus mentionẽ:cum luminibus bene iũgit ac ſociat:alias
nullus applicat numeri nexus ad lumia. Ergo uenerea & iouialis ſtella p
hos numeros lumini utriq; ſociant̃.Sed iouialis ſoli per oẽs : lunæ uero
per plures:& uenerea lunæ per oẽs:ſoli per plures numeros aggregatur:
Hinc licet utraq; beneficia credatur:iouis tamen ſtella cũ ſole accõmo-
datior eſt:& uenerea cum luna:atq; ideo uitæ noſtræ magis commodant Iouis ſtella
quaſi luminibus uitæ noſtræ authoribus numeroꝝ ratione concordes
Saturni aũt martiſq; ſtellæ ita nõ habent cũ luminibus cõpetentiam:ut
tamen aliqua uel extrema numeroꝝ linea ſaturnus ad ſolẽ: mars aſpiciat
ad lunam.Ideo minus cõmodi uitæ humanæ exiſtimant̃: quaſi cum ui-
tæ authoribus arcta numeroꝝ rõne non iuncti.Cur tamẽ & ipſi nõnũq̃
opes uel claritatem hoibus præſtare credant̃:ad alterum debet pertinere
tractũ:quia hic ſufficit apuiſſe rõnem:cur alia terribilis:alia ſalutaris exi-
ſtimetur.Et plotinus quidẽ in libro qui inſcribitur:Sic faciunt aſtra:pro
nunciat nihil ui uel poteſtate coꝝ hoibus euenire:ſed ea quæ decreti ne
ceſſitas in ſingulos ſancit:ita per hoꝝ ſeptem tranſitũ ſtatione receſſuue
monſtrari:ut aues ſeu præteruolãdo ſeu ſtando futura pẽnis uel uoce ſi
gnificant neſcientes.Sic quoq; tamen iure uocabit̃ hic ſalutaris:ille terri
bilis:cũ per hunc proſpera:per illum ſignificemus incõmoda. In his aũt
tot noibus quæ de ſole dicunt̃:nõ fruſtra:nec ad laudis pompã laſciuit
oratio:ſed res ueræ uocabulis exprimunt̃.Dux & princeps ait:& mode-
rator luminũ reliquoꝝ:mens mundi:& temperatio. Plato in Timæo cũ
de octo ſpæris loqueret̃:ſic ait:Vt aũt per ipſos octo circuitus celeritatis
& tarditatis certa menſura & ſit:& noſcat̃:deus in ambitu ſupra terram
ſecundũ lumẽ accẽdit:quod nũc ſolẽ uocamus. Vides ut hæc diffinitio
uult eſſe oium ſpæraꝝ lumen ille ſole? Sed Cicero ſciens etiam cæteras
ſtellas habere lumen ſuũ:ſolãq; lunã(ut ſæpe iam diximus)proprio ca-
rere:obſcuritatem diffinitionis huius liquidius abſoluens & oſtendẽs in
ſole maximũ lumẽ eſſe:nõ ſolum ait dux & princeps & moderator lumi
num reliquoꝝ(adeo & cæteras ſtellas ſcit eſſe lumina)ſed hunc ducem
& principem:quẽ Heraclitus fontem cæleſtis lucis appellat. Dux ergo
eſt:quia omnis luminis maieſtate præcedit. Princeps:quia ita eminet:ut
propterea ꝙ talis ſolus appareat:ſol uocet̃.Moderator reliquorum dici- Sol unde
tur:quia ipſe curſus eoꝝ recurſuſq; moderat̃ certa diffinitione:nã ſpatii

certa diffinitio ẽſt ad quã cum una quæq; erratica ſtella recedẽs a ſole p
uenerit:tanq̃ ultra prohibeatur accedere:agi retro uidet̃.Et rurſus cũ cer
tam partem recedendo contigerit:ad directi curſus conſueta reuocatur:
ita ſolis uis & poteſtas motus reliquoꝝ luminũ conſtituta dimenſione
Sol cor cæli dicitur moderatur.Mens mundi ita appellatur:ut phyſici eum cor cæli uocaue
runt.Inde nimirum ꝙ omnia quæ ſtatuta rõne per cælum fieri uidemus:
diem & noctẽ:& migrantes inter utrũq; prolixitatis breuitatiſq; uices:&
certis temporibus æquam utriuſq; menſurã:dein ueris clæmentẽ teporẽ
torridum cancri ac leonis æſtum:mollíciẽ autũnalis auræ:uim frigoris in
ter utrãq; temperiem:oĩa hæc ſolis curſus & ratio diſpenſat.Iure ergo cor
cæli dicit̃:per quem fiunt omnia quæ diuina ratione fieri uidemus.Eſt &
hæc cauſa:propter quã iure cor cæli uocet̃:ꝙ natura ignis ſemper in mo
tu perpetuo agitatuq; eſt.Solem aũt ignis ætherei fontẽ eſſe rettulimus.
Hoc eſt ergo ſol in æthere qđ animali cor:cuius iſta natura ẽ: ne unq̃ ceſ
ſet a motu:aut breuis eius quocunq; caſu ab agitatione ceſſatio mox ani
mal interimat.Hæc de eo quod mundi mentẽ uocauit. Cur uero & tẽpe
ratio mũdi dictus ſit:ratio in aperto eſt: Ita enim nõ ſolũ terrã:ſed ipſum
quoq; cælum quod uere mundus uocat̃:temperari ſole certiſſimũ eſt:ut
extremitates eius quæ longiſſimæ a uia ſolis receſſerũt:omni careant be
neficio caloris:& una frigoris perpetuitate torpeſcant:quod in ſequenti
bus aptius explicabit̃.Reſtat ut & de magnitudine eius ueriſſima præ
dicatione extulit:pauca & nõ prætereũda dicamus.Phyſici hoc maxime
Solis magnitudo. conſequi in omni circa magnitudinẽ ſolis inquiſitiõe uoluerunt:q̃to ma
ior eſſe poſſit q̃ terra.Et Eratoſthenes in libris dimenſionũ ſic ait.Menſu
ra terræ ſepties & uicies multiplicata menſurã ſolis efficiet. Poſſidonius
multo multoq; ſæpius & uterq; lunaris defectus argumentũ pro ſe ad
uocat.Ita cum ſolẽ uolunt terra maiorẽ probare:teſtimonio lunæ deficiẽ
tis utunt̃.Cum defectũ lunæ conant̃ aſſerere:probationem de ſolis ma
gnitudine mutuant̃.Et ſic euenit:ut dũ utrunq; de altero aſtruit̃:neutrũ
probabiliter aſtruat̃:ſemper in medio uiciſſim nutãte mutuo teſtimonio
quid enim per rem adhuc probãdam probet̃? Sed ægyptii nihil ad con
iecturam loquentes ſequeſtrato ac libero argumento nec in patrocinium
ſibi lunæ defectum uocãtes:quanta menſura ſol terra maior ſit probare
uoluerũt:ut tũ demũ per magnitudinẽ eius oſtenderent. cur luna defi
ciat.Hoc aũt nequaq̃ dubitat̃ non poſſe aliter depræhendi niſi menſura
& terræ & ſolis inuẽta:ut fieret ex collatione diſcretio:& terrena quidem
dimenſio oculis rõnem inueſtigantibus de facili cõſtabat:Solis uero mẽ
ſuram aliter niſi per menſurã cæli:per quod diſcurrit:inuenire non poſſe
uideret.Ergo primũ metiendũ ſibi cælũ illud.i.iter ſolis cõſtituerunt: ut
per eum poſſent modũ ſolis agnoſcere.Sed queſo ſi quis unq̃ tam ocio
ſus tãq; erit ab omni ſerio feriatus:ut hæc quoq; in manus ſumat: ne talẽ

ueterum promiſſionem quaſi inſaniæ ꝓximam aut horreſcat:aut rideat. Etenim ad rem quæ natura incōprehenſibilis uidebatᷣ:uiam ſibi fecit ingeniū:& per terrā qui cæli modus ſit reppererunt. Vt autē liquere poſſit ratio cōmenti:prius regulariter pauca dicenda ſunt: ut ſit reꝝ ſequentiū aditus inſtructior:In omni orbe uel ſpæra medietas centrū uocatur. Nihil aliud eſt centrum niſi punctū:quo ſpæræ aut orbis mediū certiſſima obſeruatione diſtinguitᷣ.Item ducta linea de quocunq; loco circuli q deſignat ambitum in quacunq; eiuſdē circuli ſūmitate orbis partem aliquā diuidat neceſſe eſt.Sed non oimodo medietas eſt orbis quā ſeparat iſta diuiſio.Illa enim tantū linea in partes æquales orbē mediū diuidit:quæ a ſūmo in ſummū ita deducitur:ut neceſſe ſit eam tranſire per centrum. Et hæc linea quæ orbem ſic æqualiter diuidit:diametros nuncupatur .Item diametros ois cuiuſcunq; orbis triplicata cū adiectiōe ſeptimæ partis ſuæ menſurā facit circuli:quo orbis includitur.i. ſi uncias ſeptem teneat diametri longitudo:& uelis ex ea noſſe quot uncias orbis ipſius circulus teneat:triplicabis ſeptem:& faciunt uiginti unū.His adicies ſeptimā partē hoc eſt unū:& pronunciabis uiginti & duabus unciis huius circuli eſſe menſuram cuius diametros ſeptē unciis extenditur:Hæc oia geometricis euidentiſſimiſq; rōnibus probare poſſemus:niſi & neminē de ipſis dubitare arbitraremur:& caueremus iuſto prolixius uolumē extendere.Sciendū & hoc:ꝙ umbra terræ q̄ ſol poſt occaſum in inferiore hemiſpærio currens ſurſum cogit emitti ex qua ſuper terrā ſit obſcuritas:quæ nox uocatur:ſexageſies in altū multiplicatᷣ ab ea menſura:quā terræ diametros habet.Et hac longitudine ad ipſum circulū per quē ſol currit erecta:excluſione luminis tenebras in terrā refundit.prodendū eſt igitur: quanta diametros terræ ſit ut conſtet quid poſſit ſexageſies multiplicata colligerē. Vnde his prælibatis ad tractum menſuraꝶ quas promiſit oratio reuertatur.Euidentiſſimis & indubitabilibus dimenſionibus cōſtat uniuerſæ terræ ambitū quæ ubicūq; uel incolitur:uel inhabitabilis iacet:habere ſtadiorum milia ducenta quinquaginta duo.Cū ergo tm̄ ambitus teneat ſine dubio octoginta milia ſtadioꝶ uel non multo amplius diametros habet ſecundū triplicationē cum ſeptimæ partis adiectiōe:quā ſuperius de diametro & circulo regulariter diximus.Et quia ad efficiendā terrenæ umbræ longitudinem nō ambitus terræ ſed diametri menſura multiplicāda eſt:ipſa eſt.n.quā ſurſum conſtat excreſcere.Sexagies multiplicanda tibi erunt octoginta milia quæ terræ diametros habet:quæ faciūt quadragies octies centena milia ſtadioꝶ eſſe a terra uſq; ad ſolis curſum:quo umbrā terræ diximus peruenire. Terra aūt in medio cæleſtis circuli per quē ſol currit ut centrū locata eſt.Ergo menſura terrenæ umbræ medietatem diametri cæleſtis efficiet:& ſi ab altera quoq; parte terræ par uſq; ad eūdem circulū menſura tendatur:integra circuli per quē ſol currit diametros in

Centrum

Diametros

Nox.

Ambitus terræ.

uenitur.Duplicatis igitur illis quadragies octies centenis m̃ilibus erit in tegra diam̃etros cæleſtis circuli nonagies ſexies centenis milibus ſtadiorum:& inuenta diametros facile menſurã nobis ipſius quoq; ambitus ꝓdit.Hanc enim ſũmam:quæ diametrũ fecit:debes ter multiplicare adiecta parte ſeptima:ut ſæpe iam dictũ eſt: & ita inuenies totius circuli per quẽ currit ambitum ſtadioꝝ habere trecenties cẽtena milia:& inſup cẽtum ſeptuaginta milia.His dictis quibus menſura quã terræ uel ambitus uel diametros habet:ſed & circuli modus per quẽ ſol currit uel diametri eius oſtenditur:nunc quam ſolis eſſe menſurã:uel queadmodũ illi prudentiſſimi deprehẽderint:indicemus.Nã ſicut extrema umbra potuit circuli per quẽ ſol meat deprehendi magnitudo:ita per ipſum circulum mẽſura ſolis inuenta eſt in hunc modũ procedẽte inquiſitiõis ingenio. Aeqnoctiali die ante ſolis ortum æquabiliter locatum eſt ſaxeũ uas in hemiſpærii ſpeciem:cauata ambitione curuatũ infra per lineas deſignato duodecim diei horaꝝ numero:quas ſtili ꝓminentis umbra cum tranſitu ſolis prætereundo diſtinguit:hoc eſt aũt(ut ſcimus)huiuſmodi uaſis officium:ut tanto tempore a priore eius extremitate ad alteram uſq; ſtili umbra percurrat:q̃to ſol medietatem cæli ab ortu in occaſum unius ſcilicet hemiſpærii conuerſione metit̃.Nam totius cæli integra cõuerſio diẽ nocteq; concludit.Et ideo conſtat q̃tum ſol in circulo ſuo:tantũ in hoc uaſe umbrã meare.Huic igitur æquabiliter collocato circa tempus ſolis ortui propinquitatis inhæſit diligens obſeruantis obtutus:& cum ad primũ ſolis radium quẽ de ſe emiſit:prim̃a ſũmitas orbis emergens umbra de ſtili decedens ſũmitate:primã curui labri eminentiam contingit:locus ipſe qui umbræ prim̃itias excepit notæ impreſſione ſignatus eſt:obſeruatumq; q̃diu ſuper terrã ita ſolis orbis appareret:ut una eius ſũmitas adhue orizonti uideretur inſidere:& mox locus ad quem umbra tunc in uaſe migrauerat.adnotata eſt.Habitaq; dimenſione inter ambas umbrarũ notas:quæ integrũ ſolis orbẽ.i.diametrũ natæ de duabus eius ſũmitatibus metiunt̃.pars nona reperta eſt eius ſpatii quod a ſummo uaſis labro uſq; ad horæ primæ lineã continetur.Et ex hoc conſiſtit.ꝙ in curſu ſolis unã tempore æquinoctialis horã faciat repetitus nouies orbis eius acceſſus.Et quia conuerſio cæleſtis hemiſpærii peractis horis duodecim diem condit:nouies aũt duodeni efficiunt centũ octo:ſine dubio ſolis diametros centeſima & octaua pars hemiſpærii æquinoctialis eſt. Ergo totius æquinoctialis circuli ducenteſima ſextadecima pars eſt. Ipſum aũt circulum habere ſtadiorum trecenties centena milia & in ſuper centum & ſeptuaginta milia antelatis probatum eſt. Ergo ſi eius ſũmæ ducenteſimã ſextãdecimã conſideraueris partem̃:menſurã diametri ſolis inuenies.Eſt aũt pars iſta fere in centum quadraginta milibus.Diametros igitur ſolis centum quadraginta miliũ fere ſtadioꝝ eſſe dicenda eſt. Vnde pene du-

pleх q̃ terræ diametros inuenit̃:Cõſtat aũt geometricæ rõnis examie: cũ de duobus orbibus altera diametros duplo alterã uincit:illũ orbẽ cuius diametros dupla ẽ:orbe altero octies eſſe maiorẽ.Ergo ex his dicẽdũ eſt: ſolẽ octies terra eẽ maiorẽ.Hæc de ſolis magnitudine breuiter de multis excerpta libauimus:Sed qm̃ ſeptem ſpæras cælo diximus eſſe ſubiectas exteriore quaq; quas interius cõtinet ambiẽte:lõgeq; & a cælo oẽs & a ſe ſingulæ receſſerũt.Nũc quærendũ eſt:cũ zodiacus unus ſit: & is cõſtet cælo ſyderibus infixis:quẽadmodũ inferiorꝝ ſpærarꝝ ſtellæ ĩ ſignis zodiaci meare dicant̃.Nec longũ eſt inuenire rõnem quæ in ipſo ueſtibulo excubat quæſtiõis. Verꝝ eſt.n.neq; ſolẽ lunãue neq; de uagis ullam ita in ſignis zodiaci ferri:ut eorꝝ ſyderibus miſceant̃:ſed potius in illo ſigno eſſe unaquæq; ꝓhibet̃:quod habuerat ſup uerticem in ea quæ illis ſubiecta ẽ circuli ſui regione diſcurrẽs:quia ſingularꝝ ſpærarꝝ circulos in duodecim partes æque ut zodiacũ ratio diuiſit.Et quæ in eã partẽ circuli ſui uenerit:quæ ſub parte zodiaci eſt arieti deputata:in ipſum arietẽ ueniſſe cõcedit̃.Similiſq; obſeruatio ĩ ſingulas ꝑtes migrantibus ſtellis tenetur.Et qa facilior ad intellectũ per oculos uia eſt:id quod ſermo deſcripſit:uiſus aſſignet.Eſto.n.zodiacus circulus:cui aſcriptũ eſt.a.inter hũc ſeptẽ alii orbes locẽtur:Et zodiacus ab.a.per ordinẽ affixis notis quibus aſcribẽtur litteræ ſequẽtes in ꝑtes duodecim diuidatur.Sitq; ſpatiũ quod inter.a.& b.clauditur:arieti deputatũ:quod intra.b.&.c.tauro.quod inter.c.&.d.geminis:cancro quod ſequitur:& reliquis ꝑ ordinẽ cætera.His cõſtitutis iã de ſingulis zodiaci notis & litteris ſingulæ deorſum litteræ ꝑ omnes circulos ad ultimũ uſq; ducãtur: ꝓculdubio per orbes ſingulos duodenas partes diuidet trãſitus linearꝝ.In quocũq; igitur circulo ſeu ſol in illo ſeu luna uel de uagis quæcũq; diſcurrat cum ad ſpatium uenerit quod inter lineas clauditur ab.a.&.b.notis & litteris defluentes in ariete eſſe dicet̃: quia illic conſtituta ſpatiũ arietis in zodiaco deſignatũ ſuper uerticem:ſicut deſcripſimus:habebit.Similiter in quacunq; migrauerit partem in ſigno ſub quo fuerit eſſe dicetur.Atq; hæc ipſa deſcriptio eodem cõpẽdio nos docebit:cur eundẽ zodiacum eademq; ſigna aliæ tempore longiore: aliæ breuiore percurrant.Quoties enim plures orbes intra ſe locantur:ſicut maximus eſt ille qui primus eſt:& minimus qui locũ ultimum tenet: ita de mediis:q ſummo ꝓpior eſt inferioribus maior: qui uicinior eſt ultimo:breuior ſuperioribus habet̃. Et inter has igit̃ ſeptem ſperas gradũ celeritatis ſuæ ſingulis ordo poſitionis aſcripſit. Ideo ſtellæ quæ per ſpatia grandiora diſcurrũt:ambitũ ſuũ tempore prolixiore cõficiunt:quæ ꝑ anguſtia breuiore.Cõſtat enim nullã inter eas celerius cæteris tardiuſue ꝓcedere:Sed cum ſit omnibus idem motus meandi:tantã eius diuerſitatẽ temporis ſola ſpatiorum diuerſitas facit:Nam ut de mediis nunc prætermittamus:ne eadẽ ſæpe repetant̃: ꝙ eadẽ ſigna ſaturnus annis triginta:

Solis magnitudo.

Principiū circuli




luna diebus uigintiocto ambit & permeat:ſola cauſa in quantitate eſt cir culorum:quorum alter maximus:alter minimus. Ergo & cæterarum ſin gulæ pro ſpatii ſui modo tempus meandi aut extendit:aut contrahit: Hoc loco diligens rerum diſcuſſor iueniet quod requirat. Inſpectis enim zodiaci notis. quas monſtrat in præſidium fidei aduocata deſcriptio. Quis uero inquit:circi cæleſtis duodecim partes aut inuenit? aut fecit? maxime cum nulla oculis ſubiiciantur exordia ſingularum? Huic igitur tam neceſſariæ interrogationi hiſtoria ipſa reſpondeat factum referens: quo a ueteribus & tentata eſt tam difficilis & effecta diuiſio. Aegyptiorum enim retro maiores:quos cõſtat primos omnium cælum ſcrutari & metiri auſos:poſtq̃ perpetuæ apud ſe ſerenitatis obſequio cælum ſemper ſuſpectu libero intuentes deprehenderunt uniuerſis uel ſtellis uel ſyderibus infixis cælo ſolas cũ ſole & luna quinq; ſtellas uagari: nec has tamẽ

per omnes cæli ptes paſſim ac ſine certa erroris ſui Lege diſcurrere:nunq̄ deniq; ad ſeptētrionalem uerticem deuiare:nunq̄ ad auſtralis poli ima de mergi:ſed itra unius obliqui circi limitē omnes habere diſcurſus:nec oēs tamen ire pariter & redire:ſed alias aliis ad eundem locū ꝑuenire temporibus.Rurſus ex his alias accedere:retro agi alias:uideriq; ſtare nōnunq̄. Poſtq̄ inq̄ hæc inter eas agi uiderunt:certas ſibi partes decreuerunt i ipſo circo conſtituere.& diuiſionibus annotare: ut certa eſſent locoꝝ noīa: in quibus eas morari:uel de quibus exiſſe: ad quæ rurſus eſſe uenturas & ſibi inuicem annūciarent:& ad poſteros noſcenda trāſmitterent. Duobus igitur uaſis æneis præparatis:quorum alteri fundus erat in modū clepſydræ foratus:illud quod erat integrū uacuum ſubiecerunt pleno aquæ altero ſuperpoſito:ſed meatu ante munito:& quālibet de infixis unam clariſſimam ſtellam lucideq; notabilem orientem obſeruauerunt.Quæ ubi primum cœpit emergere:mox munitione ſubducta permiſerunt ſubiecto uaſi aquam ſuperioris ifluere: fluxitq; in noctis ipſius & ſecuti diei finē: atq; in id noctis ſecundæ quādiu eadem ſtella ad ortum rurſus reuertit̃: quæ ubi apparere uix cœpit:mox aqua quæ influebat amota eſt.Cū igitur obſeruatio ſtellæ iter ac reditus integram ſignificaret cæli conuerſionem:menſuram ſibi cæli in aquæ de illo fluxu ſuſceptæ quantitate poſuerunt. Hac ergo in partes æquas duodecim ſub fida dimēſione diuiſa alia duo huius capacitatis ꝓcurata ſunt uaſa: ut ſingula tantum ſingulas de duodecim partibus ferrent.Totaq; rurſus aqua in uas ſuum priſtinū foramine prius clauſo refuſa eſt: & de duobus illis uaſis capacitatis minoris alteri ſubiecerunt pleno: alterum iuxta expeditum paratumq; poſuerunt.His præparatis nocte alia in illa iam cæli parte:per quā ſolem lunāq; & quinq; uagas meare diuturna obſeruatione didicerant:quāq; poſtea zodiacum uocauerunt aſcenſurum obſeruauerunt ſydus:cui poſtea nomen arietis addiderunt.Huius incipiente ortu ſtatim ſubiecto uaſi ſuppoſitæ aquæ fluxum dederunt.Quod ubi cōpletum eſt:mox eo ſublato effuſoq; alterū ſimile ſubiecerunt certis ſignis obſeruanter ac memoriter annotatis inter eius loci ſtellas:quæ oriebantur cum primū uas eſſet impletum:intelligētes ꝙ eo tempore quo totius aquæ duodecima pars fluxit:pars cæli duodecima conſcendit.Ab illo ergo loco quo oriri incipiente aqua in primum uas de hoc cœpit influere: uſq; ad locum qui oriebat̃ cū idem primū uas impleretur: duodecimā partem cæli.i. unū ſignū eſſe dixerunt.Item ſecundo uaſe impleto & mox retracto illo ſimile qd̄ olim effuſum parauerant:iterum ſubdiderunt: notato ſimiliter loco qui emergebat.cum ſecundum uas eſſet impletum:& a fine primi ſigni uſq; ad locum qui ad ſecundæ aquæ finem oriebatur:ſecundum ſignum notatum eſt.Atq; ita uiciſſim uaſa mutando: & per ſingulas influentis aquæ partes ſingulos ſibi aſcendentium cæli partium limites annotando.Vbi con

ſumata iam omni per duodecim partes aqua ad primi ſigni exordia per-
uentum eſt:ſine dubio iam diuiſas certiſq; ſibi obſeruationibus & iudi-
ciis annotatas cæli partes tantæ cōpotes machinatiōis habuerūt.Quod
nō nocte una:ſed duabus effectum eſt:quia omne cælum una nocte non
uoluitur:ſed per diē uoluit' pars eius media:& medietas reliqua p noctē.
Nec tamen cælū omne duarum ſibi ꝓximarꝝ noctiū diuiſit iſpectio : ſed
diuerſorꝝ temporꝝ nocturna dimēſio utrūq; hemiſperium paribus æque
uicibus annotauit:& has ipſas.xii.partes ſigna appellari maluerunt: cer-
taq; ſingulis uocabula gratia ſignificatiōis adiecta ſunt:& quia ſigna græ
Zodiacus unde co noīe zodia nuncupant':circum ipſum zodiacū quaſi ſigniferꝝ uocaue
runt.Hanc aūt rōnem,idē illi cur arietē cum in ſpæra nihil primū nihilq;
poſtremū ſit:primū tamē dici maluerūt:ꝓdiderunt.Aiunt incipiēte die il
lo:qui primus oium luxit.i.quo in hunc fulgorē cælū & elemēta purga-
ta ſunt: q ideo mundi natalis iure uocitat' arietē in medio cælo fuiſſe. Et
quia mediū cælum quaſi mundi uertex eſt: arietem ꝓpterea primū inter
oēs habitum:qui ut mundi caput exordio lucis apparuit.Subnectunt ēt
cauſam cur hæc ipſa duodecim aſſignata ſint diuerſorum numinū pote-
ſtati. Aiunt enim in hac ipſa genitura mūdi ariete(ut docuimus)mediū
cælum tenente horam fuiſſe mundi naſcentis cancro geſtāte tunc lunā:
poſt hūc ſol cū leone oriebatur:cū mercurio uirgo:libra cū uenere: mars
erat in ſcorpio.ſagittariū iupiter obtinebat: in capricorno ſaturnus mea-
bat.Sic factū ē:ut ſinguli eorꝝ ſignorꝝ domini eſſe dicant':in qbus cū mū
dus naſceret' fuiſſe credūtur.Sed duobus qdē luminibus ſingula tm̄ ſi-
gna in quibus tūc fuerant:aſſignauit antiqtas: cancrū lunæ: ſoli leonem.
Quinq; uero ſtellis præter illa ſigna.qbus tunc inhærebant: quinq; reli-
qua ſic adiecit uetuſtas: ut in aſſignādis a fine prioris ordinis ordo ſecun
dus incipet.Supius.n.diximus in capricorno ſaturnū poſt oēs fuiſſe:er-
go ſecūda adiectio eū primū fecit:qui ultimus fuerat:iō aquarius q capri
cornū ſequit':ſaturno datur:ioui q ante ſaturnū erat:piſces dicātur: aries
marti qui p̄ceſſerat iouē:taurus ueneri quā mars ſequebat':gemini mer-
curio poſt quē uenus fuerat deputati ſunt.Notandū hoc loco quod i ge
Planetarum ordo. nitura mūdi uel ipſa rerꝝ ꝓuidentia uel uetuſtatis igeniū hunc ſtellis or-
dinē dedit:quē Plato aſſignauit ſpæris earꝝ:ut eſſet luna prima: ſol ſecun
dus:ſup hunc mercurius:uenus quarta:hinc mars inde iupiter: & ſatur-
nus ultimus.Sed ſine tn̄ huius rōnis patrocinio abunde platonicū ordi-
nē prior rō cōmendat.Ex his quæ de uerbis Ciceronis ꝓxime p̄latis quæ
renda præpoſuimus:qua licuit breuitate a ſumma ſpæra quæ aplanes di
citur:uſq; ad lunā quæ ultia diuinorꝝ ē oia iam(ut opinor) abſoluimus.
Nā & cælum uolui:& cur ita uoluat' oſtēdimus: ſeptemq; ſpæras con-
trario motu ferri rō indubitata patefecit:.& de ipſo ſpærarꝝ ordine quid di
uerſi ſenſerit: uel quid iter eos diſſenſionē fecerit: quæue magis ſequēda

ſit ſentētia tractatus inuenit. Nec hoc tacitum eſt: cur inter oēs ſtellas ſo
la ſine fratris radiis luna nō luceat. Sed & q̄ ſpatioꝝ rō ſolē ab his quoq;
qui eū inter ſeptē quartū locarunt: nō tn̄ abrupte mediū: ſed fere mediū
dici coegerit: publicatū eſt. Quid ſignificēt noia quibus ita uocāt ut lau
dari tm̄ putet̃ innotuit: Magnitudo quoq; eius: ſed & cæleſtis p quē di-
ſcurrit circuli terræq; piter quāta ſit uel quēadmodū dep̄henſa mōſtra-
tum eſt ſubiectaꝝ ſpæraꝝ ſtellæ quēadmodū zodiaco: q ſupra oēs ē: fer
ri dicant̃: uel quæ rō diuerſaꝝ faciat ſeu celerē ſeu tardū recurſum. Sed
& ipſe zodiacus in. xii. ptes qua diuiſus ſit: curq; aries primus habeat̃. &
quæ ſigna in quoꝝ numinū ditiōe ſint: abſolutū eſt. Sed oia hæc quæ de
ſummo ad lunā uſq; pueniunt ſacra icorrupta diuina ſunt: qa in ipſis eſt
æther ſemp idē: nec unq̄ recipiens inæqualē uarietatis æſtū. Infra lunā &
aer & natura mutationis piter incipiūt: & ſicut ætheris & aeris: ita diuino
rū & caducoꝝ luna cōfiniū eſt. Quod aūt ait nihil infra lunā eſſe diuinū
præter aios munere deoꝝ hoium generi datos: nō accipiendū ita eſt: aios
hic eſſe ut hic naſci putent̃. Sed ſicut ſolē eſſe in terris dicere ſolemus: Radius
cuius radius aduenit & recedit: ita animoꝝ origo cæleſtis eſt: ſed lege tē-
poralis hoſpitalitatis hic exulat. Hæc ergo regio diuinū nihil habet ipſa
ſed recipit: & quia recipit: & remittit: Propriū aūt habere diceret̃: ſi ei ſem
per tenere licuiſſet. Sed quid miꝝ ſi animus de hac regione non conſtat:
cum nec corpori fabricando ſola ſuffecerit? Nam quia terra aqua aer in-
fra lunam ſunt: ex his ſolis corpus fieri non potuit: quod idoneum eſſet Solis magni-
ad uitam: ſed opus fuit præſidio ignis ætherei qui terrenis membris uitā tudo
& animam ſuſtinendi cōmodaret uigorem: qui uitalem calorem & face-
ret & ferret. Hæc & de aere dixiſſe nos ſatis ſit. Reſtat ut de terra: quæ
ſperarum nona & mundi ultima eſt: dictu neceſſaria diſſeramus. Nam
ea quæ eſt media & nona tellus inquit: neq; mouetur & infima eſt: in eam
feruntur omnia nutu ſuo pondera. Illæ uere inſolubiles cauſæ ſunt: quæ
mutuis inuicem nexibus uinciuntur: & dum altera alteram facit: ita ui-
ciſſim de ſe naſcuntur: nunquam a naturalis ſocietatis amplexibus ſepa-
rantur: talia ſunt uincula quibus terram natura conſtrinxit: Nam ideo
in eam feruntur omnia quia ut media non mouetur. Ideo non mouetur
quia infima eſt. Nec poterat infima non eſſe in quam omnia feruntur.
Horum ſingula quæ inſeparabiliter inuoluta rerum neceſſitas in ſe uin-
xit: tractatus expediat. Non mouetur ait: eſt enim centron. In ſpæra au-
tem ſolū cētron diximus nō moueri: quia neceſſe ē ut circa aliquid imo-
bile ſpæra moueat̃. Adiecit infima ē. Recte hoc quoq;: nā quod cētron ē:
mediū ē. In ſpæra uero hoc ſolum cōſtat imū eē: quod mediū ē. Et ſi ima
ē: ſequitur ut uere dictū ſit: in eam ferri oia. Semp enim pōdera in imum
natura deducit. Nam & i ipſo mūdo ut eſſet terra ſic factū eſt: quicquid
ex omni materia de qua facta ſunt omnia: puriſſimum ac liquidiſſimum

Aether
Aer

fuit:id tenuit ſummitatem:& æther uocatus eſt. Pars cui minor puritas: & inerat aliquid leuis ponderis:aer extitit: & in ſecunda delapſus ē. Poſt hæc quod adhuc quidem liquidum ſed iam uſq; ad tactus offenſam cor pulentum erat:in aquæ fluxum coagulatum eſt. Iam uero quod de omni ſilueſtri tumultu uaſtu:ipenetrabile:denſatum:ex defæcatis abraſum reſe dit elementis:hæſit in imo:quod demerſum ē ſtringente ppetuo gelu:qđ elimatum in ultimā mundi partem longinquitas ſolis coaceruauit. quod ergo ita concretum eſt: terræ nomen accepit. Hanc ſpiſſus aer & terreno frigori propior q̄ ſolis calori ſtupore ſpiraminis denſioris undiq; uerſum fulcit & continet. Nec in receſſum aut acceſſum moueri eam patitur:uel uis circūuallantis & ex oī parte uigore ſimili librantis auræ uel ipſa ſpæ ralis extremitas: quæ ſi paululū a medio declinauerit: fit cuicūq; uertici ꝓpior & imum relinqt:Quod ideo in ſolo medio eſt: quia ipſa ſola pars a quouis ſpæræ uertice pari ſpatio recedit. In hanc igitur quæ & ima eſt & quaſi media & non mouetur quia centrū eſt: oīa pondera ferri neceſſe eſt:& quia ipſa in hunc locū quaſi pondus relapſa eſt. Argumento ſunt cum alia īnumera:tum præcipue imbres:qui in terram ex oī aeris parte la bunt̄. Nec enim in hanc ſolam quā habitamus ſuperficiem decidunt ſed in latera:quibus in terra globoſitas ſpærabilis efficitur: & in partē alterā: quæ ad nos habet̄ inferior imbrium caſus eſt. Nam ſi aer terreni frigoris exhalatione denſatus in nubem cogitur:& ita abrumpit in imbres:aer au tem uniuerſam terram circūfuſus ambit:proculdubio ex omni aeris par te præter uſtam calore ppetuo liquor pluuialis emanat: qui undiq; in ter ram:quæ unica eſt ſedes ponderū:defluit. Quod qui reſpuit ſupereſt:ut exiſtimet extra hanc unam ſuperficiem quā incolimus quicquid niuiū imbriumue uel grandinum cadit: hoc totum in cælum de aere defluere. Cælum enim ab omni parte terræ æquabiliter diſtat: & ut a noſtra habi tatione:ita & a lateribus & a parte quæ ad nos habetur inferior pari altitu dinis immenſitate ſuſpicitur. Niſi ergo omnia pondera ferrentur:in terrā: imbres qui extra latera terræ defluunt non in terram ſed in cælum cade rent:quod uilitatem ioci ſcurrilis excedit. Eſto enim terra ſpæra cui adſcri pta ſunt.a.b.c.d. circa hanc ſit aeris orbis: cui adſcripta ſunt.e.f.g.l.m. & utrūq; orbem.i.terræ & aeris diuidat linea ducta ab.e.uſq; ad.l.erit ſupior iſta quā poſſidemus:& illa ſub pedibus. Niſi ergo caderet omne pondus in terram: paruam nimis imbrium partem terra ſuſciperet:ab.a.uſq; ad.c. Littera uero aeris:ideſt ab.f.uſq; ad.e.&.a.g.uſq; ad.l. humorem ſuum in aerem cælumq; deiicerent. De inferriore autem cæli hemiſpærio pluuia in exteriora:& ideo naturæ incognita deflueret:ſicut oſtēdit ſubiecta de ſcriptio. Sed hoc uel refellere dedignatur ſermo ſobrius:quod ſic abſur dum eſt : ut ſine argumentationis patrocinio ſubruatur. Reſtat ergo ut indubitabili ratione monſtratum ſit in terram ferri omnia nutu ſuo pon

dera.Iſta autem quæ de hoc dicta ſunt:opitulantur nobis & ad illius loci diſputationē quæ antipodas eſſe cōmemorat.Sed hic ihibita cōtinuatiōe tractatus ad ſecūdi cōmētarii uolumen diſputationem ſequentium reſeruemus.




MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLAris & illuſtris in ſomnium Scipionis expoſitionis quā elegantiſſimæ.

Liber. ii.

S Vperiore cōmentario Euſtathi luce mihi carior dilectiorq; fili ad ſtelliferæ ſpæræ curſū & ſubiectarū ſeptē ſermo ꝓceſſerat. Nūc iam de muſica eaꝝ modulatiōe diſputet̃. Quis hic inq̄ qs ē q cōplet aures tātus & tā dulcis ſonus: Hic ē inqt ille:q interuallis diſiūctus iparibus:ſed tñ ꝓ rata pte rōne diſiūctis & ipulſu & motu ipoꝝ orbiū efficit̃: & acuta cū grauibus tēperans uarios æquabiliter cōcētus efficit.Nec.n.ſilētio

tanti motus incitari poſſunt: & natura fert ut extrema ex altera parte gra
uiter ex altera aūt acute ſonēt: Q uā ob cām ſumus ipſe cæli ſtellifer cur
ſus:cuius conuerſio eſt cōcitatior: acute excitato mouet̃ ſono: grauiſſi-
mo aūt hic lunaris atq; īfimus. Nā terra nona imobilis manens ima ſede
ſemp hæret cōplexa mūdi mediū locū.Illi aūt octo curſus:in quibus ea-
dem uis eſt duoꝝ ſeptē efficiunt diſtinctis iteruallis ſonos: qui numerus
reꝝ oīum fere nodus ē:qđ docti hoies neruis imitati atq; cantibus apue-
runt ſibi reditū in hūc locum.Expoſito ſpæraꝝ ordie motuq; deſcripto:
quo ſeptem ſubiectæ in contrario cælo ferunt̃:cōſequens eſt:ut qualem
ſonum tantaꝝ moliū impulſus efficiat:hic requiratur. Ex ipſo enim cir-
cūductu orbium ſonum naſci neceſſe eſt:quia percuſſus aer ipſo interuē
tu ictus uim de ſe fragoris emittit: ipſa cogente natura: ut in ſonum deſi-
nat duoꝝ corpoꝝ uiolenta colliſio. Sed is ſonus qui ex qualicunq; aeris
ictu naſcitur:aut dulce quoddam in aures & muſicum defert: aut ineptū
aut aſperum ſonat. Nam ſi ictum obſeruatio numerorum certa modere-
tur compoſitum:ſibiq; conſentiens:modulamen educitur. At cum incre
pat tumultuaria & nullis modis gubernata colliſio: fragor turbidus & in
conditus offendit auditum. In cælo autem conſtat nihil fortuitum nihil
tumultuarium prouenire: ſed uniuerſa illic diuinis legibus & rata ratio-
ne procedere. Ex his inexpugnabili ratiocinatione collectum eſt : muſi-
cos ſonos de ſpærarum cæleſtium cōuerſione procedere: quia & ſonum
& motum fieri neceſſe eſt:& ratio quæ diuinis ineſt fit ſono cauſa modu
laminis. Hoc Pythagoras primus omnium graiæ gentis hominum men
te concepit:& intellexit quidem compoſitum quiddam de ſpæris ſona-
re propter neceſſitatem rationis: quæ a cæleſtibus non recedit. Sed quæ
eſſet illa ratio:uel quibus obſeruanda modis:non facile depræhendebat.
Cumq; eum fruſtra tantæ tāq; archanæ rei diuturna inquiſitio fatigaret:
ſors obtulit: quod cogitatio alta non repperit. Cum enim caſu præteri-
ret in publico fabros ignitum ferrum molliētes ictibus ī aures eius mal-
leorum ſoni certo ſibi reſpondentes ordine repente ceciderunt. In qui-
bus ita grauati acumina conſonabant ut utrunq; ad audiētis ſenſum ſta
tuta dimenſione remearet: & ex uariis impulſibus unum ſibi conſonans
naſceretur. Hic occaſionem ſibi oblatam ratus depræhendendi oculis
& manibus: quod olim cogitatione quærebat: fabros adit : & imminens
operi curioſius intuetur annotans ſonos: qui de ſingulorum lacertis con
ficiebantur: quos cum ferientium uiribus aſcribendos putaret : iubet ut
inter ſe malleos mutent: quibus mutatis ſonorum diuerſitas ab homini-
bus recedēs malleos ſequebatur. Tunc omnem curam ad pōdera eorum
examināda cōuertit.Cūq; ſibi diuerſitatem pōderis quod habebatur ī ſin
gulis annotaſſet:aliis pōderibus ī maius minuſue excedētibus fieri mal-
leos imperauit:quorum ictibus ſoni nequaꝗ prioribus ſimiles nec ita ſi-

bi cõſonantes exaudiebant̃. Tũc animaduertit cõcordiã uocis lege pon deꝝ ꝓuenire. Collectiſq; numeris qbus cõſentiens ſibi diuerſitas ponde rũ continebat̃: ex malleis ad fides uertit examen: & iteſtina ouiũ uel boũ neruos tã uariis põderibus illigatis tetendit. qualia in malleis fuiſſe didi-cerat. Taliſq; ex his cõcentus euenit: qualem prior obſeruatio nõ fruſtra aiaduerſa ꝓmiſerat: adiecta dulcedine quã natura fidium ſonora p̃ſtabat. Hic Pythagoras tanti ſecreti cõpos dep̃hendit numeros: ex qbus ſoni ſi bi cõſoni naſcerent̃: adeo ut fidibus ſub hac numeroꝝ obſeruatiõe cõpo ſitis certæ certis aliæq; aliis cõuenientiũ ſibi numeroꝝ cõcordia tẽderen tur: ut una ĩpulſa plectro: alia licet longe poſita ſed numeris cõueniens ſi-mul ſonaret. Ex oĩ aũt inumera uarietate numeroꝝ pauci: & inumerabi-les inuẽti ſunt: q ad cõficiendã ſibi cõuenirẽt muſicã. Sũt aũt hi ſex oẽs: epitritus: hemiolius: duplaris: triplaris: quadruplus: & epogdous: Et ẽ epi tritus: cũ de duobus numeris maior habet totũ minorẽ: & inſup eius ter tiã partem: ut ſunt q̃ttuor ad tria: nã in q̃ttuor ſunt tria: & tertia pars triũ: ideſt unũ: & his numerus uocat̃ epitritus. deq; eo naſcit̃ ſymphonia q̃ appellatur Διατεσσάρων. Hemiolius eſt: cum de duobus numeris ma-ior habet totum minorem &: inſuper eius medietatẽ: ut ſunt tria ad duo: nam in tribus ſunt duo: & media pars eorũ. i. unũ. Et ex hoc numero qui hemiolius dicitur: naſcitur ſymphonia quæ appellatur Διαπεντε. Du-plaris numerus eſt cũ de duobus numeris minor bis in maiore numera-tur: ut ſunt quattuor ad duo: & ex hoc duplari numero naſcit̃ ſympho-nia: cui nomen eſt Διαπασῶν: Triplaris aũt cũ de duobus numeris mi-nor ter in maiore numeratur: ut ſunt tria ad unũ: & ex hoc numero ſym-phonia ꝓcedit: quæ dicitur Διαπασῶν καὶ Διαπεντε. Quadruplus eſt cum de duobus numeris minor quater in maiore numeratur: ut ſunt quatuor ad unum: qui in numeris facit ſymphoniã quã dicũt Δὶς Δια-πασῶν. Epogdous eſt numerus qui intra ſe habet minorem & inſuper eius octauam partem: ut nouem ad octo: quia in nouem octo ſunt: & in-ſuper octaua pars eorũ. i. unum Hic numerus ſonum parit: quem tonon muſici uocauerunt. Sonum uero tono minorem ueteres quidem ſemito num uocitare uoluerunt: Sed non ita accipiendum eſt: ut dimidius ſo-nus putetur: quia nec ſemiuocalem in litteris pro medietate uocalis acci pimus: Deinde tonus per naturam ſui in duo diuidi ſibi æqua non pote-rit. Cum enim ex nouenario numero conſtet: nouẽ autẽ nunq̃ æqualiter diuidantur: tonus in duas diuidi medietates recuſat. Sed ſemitonum uo citauerunt tonum tono minorem. quem tam paruo diſtare a tono depræ henſum eſt: quantum hi duo numeri inter ſe diſtant: ideſt ducenta qua-draginta tria: & ducenta quinquagintaſex. Hoc ſemitonum pythagori-ci quidem ueteres diheſin nominabant. Sed ſequens uſus ſonum ſemi-tono minorem diheſin conſtituit nominandum. Plato ſemitonum lim-

Epitritus

Diateſſarõn

Hemiolius

Diapente

Duplaris

Diapaſon

Triplaris

Quadruplaris

Quadruplus

Epogdous

ma uocitauit. Sũt igitur ſymphoniæ q̃nq;.i.Διάτεσσαρῶν:Διάπεντε:
Διαπασων: Διαπασῶν και Διαπεντε: και ΔισΔιαπασῶν. Sed
Symphoniæ quinq; — hic numerus ſymphoniaꝝ ad muſicam ptinet: quã uel flatus humanus
intendere:uel capere poteſt humanus auditus. Vltro aũt ſe tẽdit harmo
niæ cæleſtis acceſſio.i.uſq; ad quater Διαπασῶν καὶ Διαπέντε. Nũc
interim de his quas noiauimus diſſeramus.Symphonia diateſſaron con
ſtat de duobus tonis & ſemitono: ut minutias q̃ in addimẽto ſunt relin⸗
quamus.ne difficultatem creemus: & fit ex epitrito diapẽte: & cõſtat ex
tribus tonis & hemitono:& fit de hemiolio:Diapaſon cõſtat de ſextonis:
Diapaſon & diapente — & fit de duplari:Sed Διαπάσῶν καὶ Διαπέντε conſtat ex nouẽ tonis
Diſdiapaſon — & hemitono:& fit de triplari numero. Dis aũt diapaſon continet tonos
duodecim & fit ex quadruplo.Hinc & Plato poſt q̃ pythagoricæ ſucceſ⸗
ſione doctrinæ & ingenii ꝓprii diuina ꝓfunditate cognouit nullam eſſe
poſſe ſine his numeris iugabilẽ cõpetentia in Timæo ſuo mundi animã
per iſtoꝝ numeroꝝ cõmixtionẽ ineffabili ꝓuidẽtia dei fabricatoris inſti⸗
tuit.Cuius ſenſus ſi huic opi fuerit appoſitus:plurimũ nos ad uerborum
Ciceróis:q̃ circa diſciplinã muſicæ uident̃ obſcura itellectũ iuuabit.Sed
ne quod in patrociniũ alterius expoſitióis adhibet̃: ipm p ſe difficile cre
dat̃:pauca nobis p̃mittenda ſunt: q̃ ſimul utriuſq; intelligentiã faciãt lu
cidiorem.Oẽ ſolidũ corpus trina dimenſione diſtendit̃:habet.n.longitu
dinem:latitudinẽ:ꝓfunditatẽ.Nec põt inueniri in quolibet corpore q̃rta
dimenſio:ſed his tribus oẽ corpus ſolidũ cõtinet̃. Geometræ tñ alia ſibi
Corpus mathematicum — corpora ꝓponũt:q̃ appellãt mathematica:cogitationi tm̃ ſubiicienda nõ
ſenſui.Dicũt.n.punctũ corpus eſſe indiuiduũ:in quo nec lõgitudo:neq;
Punctum — latitudo:neq; altitudo dep̃hendat̃: qppe qđ in nullas ptes diuidi poſſit:
hoc ꝓtractũ efficit lineã.i.corpus unius dimẽſionis. Lõgum eſt.n.ſine la
to ſine alto & duobus punctis ex utraq; parte ſolã longitudinẽ terminan
tibus cõtinet̃.Hanc lineã ſi geminaueris alteꝝ mathematicũ corpus effi
cies:qđ duabus dimẽſionibus extruat̃ longo latoq;:ſed alto caret.& hoc
Supficies — ẽ quod apud illos ſupficies uocat̃:punctis aũt quattuor cõtinet̃.i.p ſin⸗
gulas lineas binis. Si uero hæ duæ lineæ fuerint duplicatæ: ut ſubiectis
duabus duæ ſupponant̃:adiicief̃ ꝓfunditas: & hinc ſolidũ corpus effi⸗
ciet̃:quod ſine dubio octo angulis continebit̃: quod uidemus in teſſera:
Monas, Teſſera — q̃ græco noie cubus uocat̃.His geometricis rõnibus applicat̃ natura nu
Cubus — meroꝝ:& monas punctũ putat̃:quia ſicut punctũ corpus nõ eſt: ſed ex
ſe facit corpora:ita monas numerus eſſe nõ dicit̃:ſed origo numeroꝝ: pri
mus enim numerus in duobus eſt:qui ſimilis eſt lineæ de puncto ſub ge
mina puncti terminatione ꝓductæ. Hic numerus duo geminatus de ſe
efficit quattuor ad ſimilitudinẽ mathematici corporis: qđ ſub q̃tuor pun
ctis longo latoq; diſtendit̃.Quaternarius quoq; ipſe geminatus octo ef⸗
ficit:q numerus ſolidũ corpus imitat̃:ſicut duas lineas diximus duabus

ſuperpoſitas octo angulorum dimenſione integram corporis ſoliditatem
creare:& hoc eſt quod dicitur apud geometras bis bina bis corpus eſſe iã
ſolidũ:ergo a pari numero acceſſio uſq; ad octo ſoliditas eſt corporis : Iõ
inter principia huic numero plenitudinem deputauit.Nũc oportet ex im
pari quoq; numero quẽadmodum id efficiatur inſpicere.Et quia tam pa-
ris q̃ imparis numeri monas origo eſt:ternarius numerus prima linea eſſe
credatur.Hic triplicatus nouenarium numerũ facit : qui & ipſe quaſi de
duabus lineis longum latumq; corpus efficit. Itẽ nouenarius triplicatus
tertiam dimẽſionem præſtat.& ita a parte imparis numeri in uigintiſeptẽ
quæ ſunt ter terna ter ſolidum corpus efficitur: ſicut in nũero pari bis
bina:bis qui eſt octonarius ſoliditatem creauit. Ergo ad efficiendum utro
biq; ſolidum corpus monas neceſſaria eſt:& ſex alii numeri.i. terni a pari
& impari.A pari quidem duo:quattuor:octo:ab impari autem tria:nouẽ:
uigintiſeptem.Timæus igitur Platonis in fabricanda mundi anima conſi
lium diuinitatis enuntians ait:illam per hos numeros fuiſſe contextã qui
& a pari & impari cubum.i.perfectionem diuinitatis efficiunt : non quia
aliquid ſignificaret illam habere corporeum ſed ut poſſet uniuerſitatem
animando penetrare:& mundi ſolidum corpus implere per numeros ſoli
ditatis effecta eſt.Nunc ad ipſa Platonis uerba ueniamus. nam cum de
deo animam mundi fabricante loqueretur ait:primam ex omni firmamen
to partem tulit.Hinc ſumpſit duplam partem prioris;tertiam uero ſedem
hemioliam:ſed primæ triplam:& quartam duplam ſecundæ: quintam ter
tiæ:triplam ſextam primæ:octuplam & ſeptuplam uicies ſepties a prima
multiplicatam.Poſt hæc ſpatia quæ inter duplos & triplos numeros hia
bant inſertis partibus adimplebat.ut binæ medietates ſingula ſpatia colli
gerent:ex quibus uinculis hemiolii & epitriti & epogdoi naſcebant̃.



Hæc Platonis uerba ante nullis excepta ſunt:ut primam partem monadem crederent:ſecūdam quam tibi dixi duplam prioris dualē numerum eſſe conſiderent:tertiam ternarium numeꝝ:qui ad duo hemiolius eſt: ad unū triplus:& quartum quatuor:qui ad ſecundū ideſt ad duo duplex ē: quintum nouenarium:qui ad tertium ideſt ad tria triplus eſt: ſextum aūt octonarium:qui primum octies continet.At uero pars ſeptima in uiginti & ſeptem fit:quæ faciūt ut diximus argumentū tertium imparis numeri. Alterius autem ut animaduertere poſſe eſt:proceſſit illa cōtextio:ut poſt monadem quæ par & impar eſt:primus par numerus poneret̃ ideſt duo. deinde ſequeret̃ primus impar.i.tria quarto loco ſecundus par.i.quatuor quinto loco ſecundus impar.i.nouē:ſexto loco tempus par.i.octo:ſeptio loco tertius impar.i.uigintiſeptē. Vt quia impar numerus mas habet̃: & par fœmina:ex pari & impari.i.ex mari & fœmina naſceret̃ quæ erat uniuerſa paritura:& ad utriuſq; ſoliditatem procederet quaſi ſolidū omne penetratura.Deinde ex his numeris fuerat componenda: qui ſoli continent iugabilem competentiā:quia omni mundo ipſa erat iugabilē præſtatura concordiā.Nam duo ad unū dupla ſunt.de duplo aūt diapaſon ſymphoniam naſci iam diximus.Tria uero ad duo hemioliū numeꝝ faciunt:hinc oritur diapente.Quattuor ad tria epitritus numerus eſt.ex hoc cōponit̃ diateſſaron.Itē quattuor ad unū in quadrupli ratione cenſentur:ex quo ſymphonia diſdiapaſon naſcit̃.Ergo mundi anima q̄ ad motū hoc quod uidemus uniuerſitatis corpus impellit:cōtexta numeris muſicā de ſe creantibus concinentiā neceſſe eſt ut ſonos muſicos de motu: quē proprio impulſu præſtat:efficiat:quoꝝ originem i fabrica ſuæ cōtextiōis inuenit. Ait.n.Plato (ut ſupra rettulimus) autorem deū aiæ poſt numeroꝝ inter ſe impariū contextionē hemioliis:epitritis:& epogdois:& liminate hiātia interualla ſuppleſſe.Ideo doctiſſime Tullius in uerbis ſuis oſtēdit platonici dogmatis profunditatē.Quis hic inq̄ quis eſt qui cōplet aures meas tātus & tam dulcis ſonus:' Hic eſt inquit ille qui interuallis diſiūctus imparibus:ſed tñ pro rata parte ratione diſtinctis impulſu & motu ipſoꝝ orbiū efficit̃. Vides ut interualla cōmemorat: & hæc iter ſe imparia eē teſtat̃:nec diffitet̃ rata ratiōe diſtincta.quia ſecundū Timæū Platonis ipariū inter ſe interualla numeroꝝ ratis ad ſe numeris hemioliis.ſ.epitritis & epogdois hemitoniſq; diſtincta ſunt:quibus ois canora ratio continetur. Hinc animaduertitur:quia hæc uerba Ciceronis nunq̄ profecto ad intellectum paterent:niſi hemioliorum epitritoꝝ & epogdoorum ratione præmiſſa:quibus interualla diſtincta ſunt:& niſi Platonicis numeris quibus mundi anima eſt concepta patefactis:& ratione præmiſſa:cur ex numeris muſicam creantibus anima intexta ſit.Hic enim omnia & cauſam mundani motus oſtēdunt:quē ſolus animæ præſtat impulſus:& neceſſitatem muſicæ concinentiæ:quā motui a ſe facto inſerit anima in natura ſibi ab

origine.Hinc plato in repu.ſua cum de ſpæraꝝ cæleſtiũ uolubilitate tra-
ctaret:ſingulas ait ſyrenas ſingulis orbibus inſidere:ſignificans ſperarum
motu cantũ numinibus exhiberi.Nam ſyren deo canens græco intelle-
ctu ualet.Theologi quoq; nouem muſas octo ſpæraꝝ muſicos cantus:
& unã maximã continentiã quæ cõſtat ex oibus:eſſe uoluere. Vnde He
ſiodus in theogonia ſua octauã muſam uraniã uocat:quia poſt ſeptẽ ua
gas quæ ſubiectæ ſunt:octaua ſtellifera ſpæra ſuperpoſita ꝓprio nomine
cælum uocatur. Et ut oſtenderet nonã eſſe & maximã qua conſtat ſono
rum cõcors uniuerſitas adiecit:καλλιοπη θηδε προφερεςατη εςιμ
δπασαωμ.ex nomine oſtẽdens ipſam uocis dulcedinem nonã muſam
uocari.Nam καλλιοπη optimæ uocis græca intetpretatio eſt:& ut ip-
ſam eſſe quæ quũ ſit ex oibus preſſius indicaret:aſſignauit illi uniuerſi- Calliope
tatis uocabulum:uidelicet προφερεςατη απασαων. Nam apollinem
ideo μουσηγετον uocant quaſi ducem & principem orbiũ cæterorũ:
ut ipſe Cicero refert:dux & princeps & moderator luminũ reliquorum:
mens mundi:& temperatio.Muſas eſſe mundi cantum etiã ruſtici ſciũt:
qui eas camœnas quaſi canenas a canendo dixerunt.Ideo canere cælum Camœnæ
etiam theologi comprobãtes ſonos muſicos ſacrificiis adhibuerunt:qui
apud alios lyra cithara:apud nõnullos tibiis aliiſue muſicis inſtrumentis
fieri ſolebant.in ipſis quoq; hymnis deoꝝ per ſtrophã & antiſtrophã me
tra canoris uerſibus adhibebanť:ut per ſtropham rectus orbis ſtelliferi
motus:per antiſtropham diuerſus uagaꝝ regreſſus prædicareť: ex qbus
duobus motibus primus in natura hymnus dicandus deo ſumpſit exor
dium.Mortuos quoq; ad ſepulturam proſequi oportere cũ cantu:pluri Mortui cũ
maꝝ gentiũ uel regionũ inſtituta ſanxerunt : perſuaſione hac: qua poſt cantibus aſ
corpus animæ ad originem dulcedinis muſicæ.i.ad cælum redire credan ſociantur
tur.Nam ideo in hac uita omnis anima muſicis ſonis capitur:ut non ſo-
lum qui ſunt habitu cultiores:ueꝝ uniuerſæ quoq; barbaræ natiões can
tus:quibus uel ad ardorem uirtutis animenť:uel ad molliciem uolupta-
tis reſoluantur:exerceant:quia in corpus deſert memoriã muſicæ:cuius ĩ
cælo fuit conſcia:& ita delinimentis canticis occupanť: ut nullũ ſit tam
ĩmite:tam aſperum pectus:quod nõ oblectamẽtoꝝ taliũ teneať affectu.
Hinc exiſtimo & Orphei uel Amphionis fabulã:quoꝝ alter animalia ra Orphei:&
tione carentia:alter ſaxa quoq; trahere cãtibus ferebať:ſumpſiſſe princi- Amphionis
piũ:quia primi forte gentes uel ſine rationis cultu barbaras:uel ſaxi iſtar Fabuloſa.
nullo affectu molles:ad ſenſum uoluptatis canẽdo traxerunt. Ita deniq;
omnis habitus animæ cãtibus gubernať:ut & ad bellũ progreſſui:& itẽ
receptui canať:cantu & excitante:& rurſus ſedante uirtutem.Dat ſom- Cantus qd
nos adimitq;:nec non curas & imittit:& retrahit. Irã ſuggerit:clementiã facit.
ſuadet:corpoꝝ quoq; morbis medetur.Nã hinc eſt ꝙ ægris remedia præ
ſtantes præcinere dicunť.Ecquid mirũ ſi inter hoies muſicæ tanta domi

Luſcinia natio eſt: cū aues quoq; ut luſciniæ & cygni aliæ ue id genus cantū ue-
luti quadam diſciplina artis exerceāt:nōnullæ uero uel aues uel terrenæ
ſeu aquatiles belluæ inuitante cantu in retia ſponte decurrant:& paſtora
lis fiſtula paſtū progreſſis quietē imperet gregibus: Nec mirū:ineſſe enī
mundanæ animæ cauſas muſicæ:quibus eſt intexta:prædiximus.Ipſa au
tē mundi anima uiuentibus oibus uitā miniſtrat.Hinc hoium pecudūq;
genus uitæq; uolantum.Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pō
tus.Iure igitur muſica capitur omne quod uiuit:quia cæleſtis anima qua
animatur uniuerſitas originem ſumpſit ex muſica.Hæc dum ad ſpæralē
motū mundi corpus impellit:ſonum efficit qui interuallis diſiunctus im
paribus : ſed tamen pro rata parte ratione diſtinctis ſicut a principio ipſa
cōtexta eſt.Sed hæc interualla quæ in aia quippe incorporea ſola exiſti-
mant' rōne nō ſenſu:quærendū eſt:utrū etiā ipſo in mūdi corpore dimē
Archimenides. ſio librata ſeruauerit: Et Archimenides quidē ſtadiorum numerū depre
hendiſſe ſe credidit:quibus a terræ ſuperficie luna diſtaret:a luna mercu
rius:a mercurio uenus:ſol a uenere:mars a ſole:a marte iuppiter:ſaturnus
a ioue.Sed & a ſaturni orbe uſq; ad ipſum ſtelliferū cælū omne ſpatium
Menſura a terra ad unumquēq; planetam ſe ratione menſum putauit.Q uæ tamen Archimenidis dimenſio a pla-
tonicis repudiata eſt:quaſi dupla & tripla interualla non ſeruans:& ſta-
tuerunt hoc eſſe credendū:ut quantū eſt a terra uſq; ad lunam: duplum
ſit a terra uſq; ad ſolem.quantūq; eſt a terra uſq; ad ſolem:triplū ſit a ter-
ra uſq; ad uenerē.quantūq; eſt a terra uſq; ad uenerem:quater tantū ſit
a terra uſq; ad mercurii ſtellam.quantūq; eſt ad mercuriū a terra : nouies
tantū ſit a terra uſq; ad martē.& quantū a terra uſq; ad martē eſt : octies
tantum ſit a terra uſq; ad iouem.q̄tum eſt a terra uſq; ad iouem:ſepties &
uicies ſit tantū a terra uſq; ad ſaturni orbem.Hanc platonicā perſuaſio-
nem Porphyrius libris inſeruit quibus Timæi obſcuritatibus non nihil
lucis infudit:atq; eos credere ad imaginem contextionis animæ hæc eſſe
in corpore mūdi interualla:& quæ epitritis: hemioliis:& epogdois:hemi
toniſq;:complentur:& liminatæ:& ita prouenire concentū. Cuius ratio ī
ſubſtantia animæ contexta mundano quoq; corpori:quod ab anima mo
uetur inſerta eſt. V nde ex omni parte docta & perfecta eſt Ciceronis aſ-
ſertio:qui interuallis imparibus:ſed tamen ꝓ rata parte ratione diſtinctis
cæleſtem ſonum dicit eſſe diſiunctum.Nunc locus admonet ut de graui
tate & acumine ſonorum diuerſitates quas aſſerit reuoluamus:& natura
fert:ut extrema ex altera parte grauiter:ex altera autem acute ſonent:quā
ob cauſam ſummus ille cæli ſtellifer curſus:cuius conuerſio eſt concita-
tior acute excitato mouetur ſono.Grauiſſimo autem hic lunaris atq; infi
mus.diximus nunq̄ ſonum fieri niſi aere percuſſo. V t autem ſonus ipſe
Sonus acutus & grauis aut acutior aut grauior proferatur:ictus efficit:quidem ingens & cæler in
cidit:acutum ſonum præſtat:ſi tardior lentiorue:grauiorem. Indicio eſt

uirgã:quæ dum auras percutit:ſi impulſu cito ferit:ſonum acuit. ſi lentio re:in grauius ferit auditũ:In fidibus quoq; idẽ uidemus:q̃ ſi tractu arctio re tenduntur:acute ſonant:grauius laxiores. Ergo & ſuperiores orbes dũ pro amplitudine ſua impetu grandiore uoluũtur:dumq; ſpiritu ut in ori- gine ſua fortiore tenduntur:ꝓpter ipſam ut ait concitatiorem cõuerſionẽ acute excitato mouent̃ ſono:grauiſſimo aũt hic lunaris atq; infimus: qm̃ ſpiritu ut in extremitate langueſcente iam uoluit̃:etenim propter anguſti as quibus penultimus orbis arctatur impetu leniore conuertitur. Nec ſe cus probamus in tibiis:de quarum foraminibus uicinis ori inflatis ſonus acutus emittitur:de longinquis autem & termino proximis:grauior:item acutior per patentiora foramina:grauior per anguſtã. & utriuſq; cauſæ ra tio una:quia ſpiritus ubi incipit: fortior eſt. defectior ubi deſinit: & quia maiorem impetum per maius foramen impellit:contra autem in anguſtis contingit & ẽminus poſitis. Ergo orbis altiſſimus:& ut in immenſum pa tens:& ut ſpiritu eo fortiore:quo origini ſuæ uicinior eſt:incitatus: ſono- rum de ſe acumen emittit. Vox ultimi & pro ſpacii breuitate & pro lon- ginquitate iam frãgitur. Hinc quoq; apertius approbatur ſpiritum quan to ab origine ſua deorſum recedit:tanto circã impulſum fieri leniorem: ut circa terram quæ ultima ſpærarum eſt tam concretus tam denſus habea- tur:cauſa ſit terræ in una ſede ſemper hærendi:nec in quãlibet partem ꝑ- mittatur moueri obſeſſa undiq; circũfuſi ſpiritus denſitate. In ſpera autẽ ultimum locum eſſe:qui medius eſt:antecedentibus iam probatum eſt. Ergo uniuerſi mundani corporis ſperæ nouem ſunt. Prima illa ſtellifera: Spæræ nouẽ quæ proprio nomine dicitur cælum:& aplanes apud græcos uocatur:ar- mũdani cor- cens & continens cæteras. Hæc ab oriente ſemper uoluitur in occaſum. poris. ſubiectæ ſeptem:quas uagas dicimus:ab occidente in orientem feruntur. Nona terra ſine motu. Octo ſunt igitur quæ mouentur: ſed ſeptem ſonis qui concinentiã de uolubilitate conficiunt:propterea quia mercurialis & ueneris orbis pari ambitu comitati ſolem uiæ eius tanq̃ ſatellites obſe- quũtur:& ideo a nonnullis aſtronomiæ ſtudentibus eandem uim ſortiri exiſtimantur. Vnde ait. Illi autem octo curſus in quibus eadẽ uis ẽ duo- rum:ſeptem efficiunt diſtinctos interuallis ſonos:qui numerus rerũ om- nium fere nodus eſt. Septenarium aũt numerum omnium nodum eſſe: plene cum de numeris ſuperius loqueremur:expreſſimus. At illuminan- dum(ut exiſtimo)obſcuritatem uerborum Ciceronis de muſica tracta- tus ſuccinctus a nobis qua licuit breuitate ſufficiet: nam netas & hypa- tas aliarũq; fidium uocabula perquirere & tonorum uel limatum minuta ſubtilia:& quid in ſonis pro littera:quid pro ſyllaba:quid ꝓ integro nomi ne accipiatur aſſerere:oſtentantis eſt: non docentis. Nec enim quia fecit in hoc loco Cicero muſicæ mentionem: occaſiõe hac eundũ eſt ꝑ uniuer ſos tractatus qui poſſunt eſſe de muſica:quos(q̃ntũ mea fert opinio)ter

Melodiæ tria genera

minũ habere nõ exiſtimo.Sed illa ſunt perſequenda:quibus uerba: quæ explananda receperis:poſſint liquere:quia in re naturaliter obſcura: qui ĩ exponendo plura q̃ neceſſe eſt ſuperfundit:addit tenebras:nõ adimit denſitatem. Vnde finẽ de hac tractatus parte faciemus:adiecto uno quod ſcitu dignum putamus:quia cũ ſint melodiæ muſicæ tria genera: enarmonicum:diatonum:& oromaticũ.Primum quidem propter nimiã ſui difficultatem ab uſu receſſit.Tertiũ uero eſt infame mollicie:Vnde mediũ.i.diatonum mũdanæ muſicæ doctrina Platonis aſcribitur. Nec hoc inter prætereunda ponemus:ꝙ muſicam perpetua cæli uolubilitate naſcentẽ ideo claro nõ ſentimus auditu:quia maior ſonus eſt.q̃ ut humanaꝝ aurium recipiatur anguſtiis Natura ſimili catadupa ab auribus incolarum amplitudinem fragoris excludunt.quid mirum ſi noſtrum ſonus excedit auditũ: quem mundanæ molis impulſus emittit? Nec.n.de nihilo eſt quod ait: q complet aures meas tantus & tam dulcis ſonus.Sed uoluit intelligi:ꝙ ſi eius qui cæleſtibus meruit intereſſe ſecretis:cõpletæ aures ſunt ſoni magnitudine:ſupereſt ut cæteroꝝ hominum ſenſus mundanæ concinentiæ non capiat auditum.Sed iam tractatum ad ſequentia conferamus.Vides habitari in terra raris & anguſtis locis:& in ipſis quaſi maculis ubi habitatur uaſtas ſolitudines interiectas:eoſq; qui incolant terram non modo ĩterruptos ita eẽ ut nihil inter ipſos ab aliis ad alios manare poſſit: ſed partim obliquos:partim tranſuerſos partim etiam auerſos ſtare uobis a quibus expectare gloriam certe nullam poteris. Cernis autem eandem terrã quaſi quibuſdam redimitã & circundatã cingulis:e quibus duos maxime inter ſe diuerſos & cæli uerticibus ipſis ex utraq; parte ſubnixos obriguiſſe pruina uides:medium aũt illum & maximum ſolis ardore torreri. Duo ſunt habitabiles:quoꝝ auſtralis ille:in quo qui inſiſtunt auerſa uobis urgent ueſtigia:nihil ad ueſtrũ genus. Hic aũt alter ſubiectus aquiloni:quem incolitis:cerne q̃ tenui uos parte contingat. Omnis.n.terra quæ colit̃ a uobis anguſtata uerticibus lateribus latior:parua quædam inſula eſt circũfuſa illo mari qđ atlanticum:quod magnũ:quẽ oceanum appellatis in terris:qui tamen tanto nomine q̃ ſit paruus uides.Poſtq̃ cælũ quo omnia continent̃ & ſubiectaꝝ ſpæraꝝ ordinem motũq; ac de motu ſonũ cæleſtis muſices modos & numeros explicantẽ: & aerẽ ſubditum lunæ tullianus ſermo ꝑ neceſſaria & præſenti operi apta ductus ad terram uſq; deſcripſit:ipſius iam terræ deſcriptiõem uerboꝝ parcus:rerum fœcũdus abſoluit.Et.n.maculas habitationum ac de ipſis habitatoribus alios iterruptos auerſoſq; obliquos etiam & tranſuerſos alios nominando: terrenæ ſpæræ globoſitatem ſermone tantũ non coloribus pinxit.Illud quoq; non ſine perfectione doctrinæ eſt:ꝙ cum aliis nos non patitur errare qui terram ſemel cingi oceano credidere. Nam ſi dixiſſet omnis terra parua quædam eſt inſula circunfuſa illo mari: unum oceani ambitum dediſſet

Quare non ſentiamus cæli harmoniam.

intelligi.Sed adiiciendo quæ colitur a uobis:ueram eius maris diuiſionē
de qua paulopoſt diſſeremus:noſſe cupientibus intelligendam reliquit.
De quinq; autem cingulis ne quæſo exiſtimes duorꝝ romanæ facundiæ
parentū Maronis & tullii diſſentire doctrinam:cum hic ipſis cingulis ter Cinguli uel
ram redimitam dicat:ille iiſdem quas græco nomine zonas uocat: aſſerat zone terræ uel cæli.
cælū teneri. Vtrūq; enim incorruptā ueráq; nec alteri contrariā rettuliſſe
rōnem procedente diſputatione cōſtabit.Sed ut omnia quæ hoc loco ex
plananda recepimus liquere poſſint:habendus eſt primū ſermo de cin-
gulis:quia ſitu eorum ante oculos locato cætera erunt intellectu pronio
ra:Prius autem qualiter terram coronent:deinde quēadmodū cælū tene
ant explicandū eſt.Terra nona & ultima ſpæra eſt.Hanc diuidit orizon:
ideſt finalis circulus de quo ante rettulimus. Ergo medietas cuius nos
partem incolimus:ſub eo cælo eſt:quod fuerit ſuper terrā:& reliqua me-
dietas ſub illo:quod dū uoluitur ad ea loca quæ ad nos uidentur inferio
ra deſcendit.In medio enim locata ex omni ſui parte cælum ſuſcipit. Hu
ius igitur ad cælum breuitas quæ punctum eſt:ad nos uero immenſa glo
boſitas:diſtinguitur locis iter ſe uiciſſim præſſis nimietate uel frigoris uel
caloris:geminam nacta iter diuerſa temperiem . Nam & ſeptērionalis & Septētriona
auſtralis extremitas perpetua obriguere pruina.Et hi uelut duo ſunt cin lis.auſtralis
guli:quibus terra redimitur:ſed ambitu breues quaſi extrema cingentes.
Horum uterq; habitatiōis impatiens eſt:quia torpor ille glacialis nec ani
mali:nec frugi uitam miniſtrat:illo enim aere corpus alitur:quo herba nu
tritur.Medius cingulus & ideo maximus æterno afflatu continui caloris Cingulus
uſtus ſpatium quod & lato ambitu & prolixius occupauit:nimietate fer medius.
uoris facit inhabitabile uicturis.Inter extremos uero & mediū duo maio
res ultimis medio minores ex utriuſq; uicinitatis intemperie temperantur
in his:quæ tantum uitales auras natura dedit incolis carpere.Et quia ani
mo facilius illabitur concepta ratio deſcriptione q̃ ſermone:eſto orbis ter Cinguli duo
ræ cui aſcripta ſunt.a.b.c.d.Et circa.a.aſcribātur.n.&.l.circa.b.autem.m. temperati.
&.k.& circa.c.g.&.i.& circa.d.e.&.f. Et ducātur rectæ lineæ a ſignis ad
ſigna quæ dicimus:ideſt.a.g.in.i.ab.m.in.n.a.k.in.l.ab.e.in.f. Spatia igi-
tur duo aduerſa ſibi:ideſt unum a.c.uſq; ad lineam quæ in.d. ducta eſt in
telliguntur pruina riguiſſe perpetua.Eſt.n.ſuperior ſeptentrionalis:infe-
rior auſtralis extremitas.Medium uero ab.n.uſq; in.l.zona ſit torrida.Re
ſtat ut cingulus ab.i.uſq; ad.n.de ſubiecto calore & ſuperiore frigore tē-
peretur.Rurſus ut zona quæ eſt inter.l.& f. accipiat de ſuperiore calore
& ſubdito rigore temperiem.




Nec excogitatas a nobis lineas:quas diximus:exiſtimetur. Circi enī ſunt de quibus ſupra rettulimus ſeptentrionalis & auſtralis: & tropici duo. Nam æquinoctialem hoc loco:quo de terra loquimur:nō oportet aſcribi qui opportuniore loco rurſus addet̃. Licet igit̃ ſint hæ duæ mortalibus ægris munere conceſſæ diuum quas diximus eſſe temperatas:non tamē ambæ zonæ hominibus noſtri generis indultæ ſūt.ſed ſola ſuperior:quæ eſt ab.i.uſq; ad.n.incolitur ab omni:quale ſcire poſſumus:hominum genere:romani græciue ſint uel barbaræ cuiuſq; nationis.Illa uero ab.l.uſq; ad.f.ſola ratione intelligitur ꝗ propter ſimilem temperiem ſimiliter incolitur:ſed a quibus:non licuit unq̃ nobis:nec licebit agnoſcere. Interiecta enim torrida utriq; hominum generi commertium ad ſe denegat cōmeādi.deniq; de quatuor habitationis noſtræ cardinibus:oriens:occidens:& ſeptentrio ſuis uocabulis nuncupatur:quia ab ipſis exordiis ſuis ſciūtur a nobis.Nā & ſi ſeptētrionalis extremitas inhabitabilis eſt:nō multo tñ eſt a nobis remota.Quarto uero noſtræ habitatiōis cardini cauſa hæc alterū nomē dedit:ut meridies nō auſtralis uocaret̃:quia & ille proprie eſt auſtralis:qui de altera extremitate procedens aduerſus ſeptentrionali ē: & hunc meridiem iure uocitari facit locus de quo incipit nobis.Nā quia ſentiri incipit a medio terræ:in qua eſt uſus diei: ideo tanq̃ quidam me-
Meridies didies una littera mutata meridies nuncupatus eſt.Sciendum eſt autem

ꝙ uentus qui per hunc ad nos cardinē peruenit.i.auſterita in origine ſua gelidus eſt: ut apud nos cōmendabilis eſt blando rigore ſeptentrio: ſed quia per flammam torridæ zonæ ad nos cōmeat: admixtus igni caleſcit: & qui icipit frigidus:calidus peruenit. Neq; enim uel ratio uel natura pa teretur:ut ex duobus æquo preſſis rigore cardinibus diſſimili tractu fla tus emitteretur: Nec dubium eſt noſtrum quoq; ſeptentrionem ad illos qui auſtrali adiacent:propter eandem rationem calidum peruenire:& au ſtrum corporibus eorum gemino auræ ſuæ rigore blandiri. Eadem ratio nos non permittit ambigere:quin per illam quoq; ſuperficiem terræ:quæ ad nos habetur inferior: integer zonarum ambitus: quæ hic temperatæ ſunt:eodē ductu temperatus habeatur: atq; ideo illic quoq; eædem duæ zonæ a ſe diſtantes ſimiliter incolant. Aut dicat quiſquis huic fidei ob uiare mauult: quid ſit quod ab hac eum diſtinctiōe deterreat. Nam ſi no bis uiuendi facultas eſt in hac terrarum parte:quam colimus:quia calcan tes humum cælum ſuſpicimus ſuper uerticem:quia ſol nobis & oritur & occidit:quia circūfuſo fruimur aere: cuius ſpiramus hauſtum:cur nō & illic aliquos uiuere credamus:ubi eadem ſemper imprompt u ſunt? Nam qui ibi dicuntur morari: eandem credendi ſunt ſpirare auram: quia eadē eſt in eiuſdem zonalis ambitus continuatione temperies.Idem ſol illis & obire dicitur noſtro ortu:& orietur cum nobis occidet. Calcabunt æque ut nos humum:& ſemper uerticem:ſemper cælum uidebunt.Nec metus erit:ne de terra in cælum decidant:cum nihil unq̄ poſſit ruere ſurſum. Si enim nobis(quod aſſerere genus ioci eſt)dehorſum habetur ubi eſt ter ra:& ſurſum ubi ē cælum.Illis quoq; ſurſum erit quod de inferiore ſuſpi cient:nec aliquando in ſuperna caſuri ſunt. Affirmauerim quoq; & apud illos minus rerum peritos hæc exiſtimare de nobis: nec credere poſſe nos in quo ſumus loco degere: ſed opinari ſiquis ſub pedibus tentaret ſtare: caſurum.Nunq̄ tamen apud nos quiſquam timuit:ne caderet in cælum: ergo nec apud illos quiſquam in ſuperiora caſurus eſt: ſicut omnia nutu ſuo pondera in terram ferri ſuperius relata docuerūt. Poſtremo quis am bigat in ſpæra terræ ita ea quæ inferiora dicuntur: ſuperioribus ſuis eſſe contraria:ut eſt oriens occidenti? Nam in utraq; parte par diametros ha betur. Quū ergo & orietem & occidentem ſimiliter conſtat habitari:qd ē quod fidē huius quoq; diuerſæ ſibi habitationis excludat? Hæc omnia non ocioſus lector in tam paucis uerbis Ciceronis inueniet. Nam quū dicit terram cingulis ſuis redimitam atq; circundatam:oſtendit per omne terræ corpus eandem temperatorum cingulorum continuatam eſſe tem periem. Et quū ait:in terra maculas habitationum uideri: non eas dicit quæ in parte noſtræ habitationis nōnullis deſertis locis interpoſitis inco luntur.Nō enim adiiceret in ipſis maculis uaſtas ſolitudines interiectas: ſi ipſas ſolitudines diceret inter quas certæ partes macularum inſtar ha

Auſter

Spirare

beantur.Sed quia maculas dicit has quattuor:quas in duobus terræ he-
miſpæriis binas eſſe ratio monſtrauit: bene adiecit interiectas ſolitudi-
nes. Nam ſicut pars quæ habitatur a nobis: multa ſolitudinum interie-
ctione diſtinguitur: credendum eſt in illis quoq; tribus aliis habitatio-
nibus ſimiles eſſe inter deſerta & culta diſtinctiones.Sed & quattuor ha
bitationum incolas & relatione ſitus & ipſa quoq; ſtandi qualitate depin
xit. Primum enim ait:alios præter nos ita incolere terram: ut a ſe interru-
pti nullam habeant ad ſe facultatem meandi: Et ipſa uerba declarant:nõ
eum de uno hominum genere loqui in hac ſuperficie a nobis ſolius tor-
ridæ interiectione diuiſo. Sic enim magis diceret: ita interruptos: ut ni-
hil inter ipſos ab illis ad nos manare poſſit. Sed dicendo ita interruptos
ut nihil inter ipſos ab illis ad alios manare poſſit:qualiter inter ſe illa ho-
minum genera ſint diuiſa ſignificat. Quod autem uere ad noſtram par-
tem referretur:adiecit dicendo de illis qui & a nobis & a ſe inuicem diui-
ſi ſunt:partim obliquos: partim tranſuerſos: partim etiam aduerſos ſtare
nobis.Interruptio ergo non unius generis a nobis:ſed omnium generum
a ſe diuiſorum refertur:quæ ita diſtinguenda eſt.Hi quos ſeparat a nobis
peruſta:quos græci ἀντοεκος uocant:ſimiliter ab illis qui inferiorem zo
næ ſuæ incolunt partem: interiecta auſtrali gelida ſeparantur.Rurſus il-
los ab αντονὲκοις ſuis ideſt per noſtri cinguli inferiora uiuẽtibus inter-
iectio ardentis ſequeſtrat: & illi a nobis ſeptentrionalis extremitatis rigo
re remouentur.Et quia non eſt una omnium affinis continuatio : ſed in-
teriectæ ſunt ſolitudines ex calore uel frigore mutuum negantibus com-
meatum:has terræ partes: quæ a quattuor hominum generibus incolun
tur:maculas habitationum uocauit. Quemadmodum autem cæteri oẽs
ueſtigia ſua figere ad noſtra credantur ipſe diſtinxit: & auſtrales quidem
aperte pronunciauit aduerſos ſtare nobis dicendo.Quorum auſtralis il
le in quo qui inſunt aduerſa nobis urgent ueſtigia.Et ideo aduerſi nobis
ſunt:quia in parte ſpæræ quæ contra nos eſt: morantur.Reſtat inquirere
quos tranſuerſos & quos obliquos nobis ſtare memorauerit.Sed nec de
ipſis poteſt eſſe dubitatio:quin tranſuerſos ſtare nobis dixerit inferiorem
zonæ noſtræ partẽ tenentes. Obliquos uero eos qui auſtralis circuli de-
uexa ſortiti ſunt.Supeſt ut de terræ ipſius ſpatiis quanta habitationi ceſ-
ſerint:quanta ſint inculta: referamus. Ideſt quæ ſit ſingulorum dimenſio
cingulorum.Quod ut facile cognoſcas:redeundum tibi ẽ ad orbis terræ
deſcriptionem:quam pauloante ſubiecimus:ut per aſcriptarum litterarũ
notas ratio dimenſionum lucidius explicetur. Omnis terræ orbis.i.circu
lus:qui uniuerſum ambitum claudit:cui aſcripta ſunt.a.b.c.d.ab his qui
cum ratione dimenſi ſunt:in ſexaginta diuiſus ẽ partes.Habet autem to-
tus ipſe ambitus ſtadiorum ducenta quinquagintaduo milia.Ergo ſingu
læ ſexageſimæ extendũtur ſtadiis quaternis milibus ducenis.Et ſine du-

bío medíctas eius:quæ eſt a.d.per orientem.i.per.a.uſq; ad.c.habet trigin ta ſexageſimas:& ſtadiorum milia centum uigintiſex.Q uarta uero pars: quæ eſt ab a uſq; ad.c.incipiens a peruſta:habet ſexageſimas quindecim: & ſtadiorum milia ſexaginta & tria. Huius quartæ partis menſura relata conſtabit totius ambitus plena dimenſio. Ab.a.igitur uſq; ad.p.quod eſt medictas peruſtæ:habet ſexageſimas quattuor: quæ faciunt ſtadiorũ mi lia ſexdecim cum octingentorum adiectione.Ergo omnis peruſta ſexage ſimarum octo eſt:& tenet ſtadiorum milia triginta tria & ſexcenta inſup. Latitudo autem cinguli noſtri: qui temperatus eſt.i.a.p. uſq; ad.o. habet ſexageſimas quinq;: quæ faciunt ſtadiorum milia uiginti unum. Et ſpa- tium frigidæ ab.o.uſq; ad.c.habet ſexageſimas ſex quæ ſtadiorꝝ tenent ui gintiquinq; milia ducẽta. Ex hac quarta parte orbis terrarum:cuius men ſuram euidenter expreſſimus:alterius quartæ partis magnitudinem ab.a. uſq; ad.d.pari dimenſionum diſtinctione cognoſces. Cum ergo quãtum teneat ſpæræ ſuperficies quæ ad nos eſt:in omni ſua medietate cognoue ris:de menſura quoq; inferioris medietatis.i.a.d.per.b. uſq; ad.c. ſimiliter inſtrueris.Modo.n.quia orbem terræ in plano pinximus:in plano autem mediũ exprimere non poſſumus ſpæralẽ tumorẽ imitati ſumus altitudi- nis intellectũ a circulo:q magis orizon q̃ meridianus uidet̃. Cæterꝝ uolo hoc mẽte percipias: ita nos hanc prætuliſſe mẽſuram tanq̃ a.d.per.a.uſq; ad.c.Pars terræ ſuperior ſit:cuius partem nos ĩcolimus: & a.d.per.b.uſq; ad.c.pars terræ habeatur inferior.Hoc quoq; tractatu proprium ſortito fi nem:nunc illud quod probandum promiſimus aſſeramus:hos cingulos & bene Maronem cælo:& bene terræ aſſignaſſe Ciceronem:& utrũq; nõ diſcrepantia:ſed conſona eademq; dixiſſe.Natura.n.cæli hanc in diuerſis terræ partibus temperiem nimietatemq; diſtinxit. & qualitas uel frigoris uel caloris quæ cuilibet ætheris parti ſemel inhæſit. eandem inficit partẽ terræ:quã deſpicit ambiendo.Et quia has diuerſitates:quæ certis finibus terminantur:cingulos in cælo uocauere: neceſſe eſt totidẽ cingulos etiã hic intelligi: Sicut in breuiſſimo ſpeculo cum facies monſtratur ingens: tenent in anguſto membra uel liniamenta ordinem: quem ſuã in uero di geſſerat amplitudo. Sed hic quoq; aſſerendi quod dicitur minuemus la- borem oculis ſubiiciendo picturam. Eſto.n. cæli ſpæra.a.b.c.d. Et inter ſe claudat ſpæram terræ: cui aſcripta ſunt.ſ.x.t.u.Et ducatur in cæli ſpæ- ra circulus ſeptentrionalis.ab.i.uſq; in.o.tropicus æſtiuus a.g.in.p. & æq̃ noctialis a.b. in.a. & tropicus hyemalis ab.f. in.q. & auſtralis ab.e. in.r. ſed & zodiacus ducatur ab.f.in.p. Rurſus in ſpæra terræ ducantur idem limites cingulorum: quos ſupra deſcripſimus. in.n. in. m. in.l. in. k.




Hís ita depíctis ſine dífficultate cõſtabít ſingulas terræ partes a ſingulís
cælí partibus ſuper-uertícem ſuũ poſitis qualitatẽ círca nimíetatẽ uel tẽ-
períem mutuarí:Nã quod ẽ ſurſum.a.d.uſq; ad.r.hoc deſpicít terrã ab.ſ.
uſq; ad.r.Et quod eſt in cælo ad.r.uſq; ad.q.hoc ificit terræ a.k. uſq; ad.l.
& quod ín cælo ẽ a.q.uſq; in.p.tale facít in terra ab.l.uſq; ad.m.Q ualeq;
eſt deſuper a.p.uſq; ad.o.tale in terra ab.m.uſq; ad.n. Et quale íllíc ab.o.
uſq; ad.c.tale hic ẽ ab.n.uſq; ad.t.Sũt autem ín æthere extremítates am-
bæ.i.a.d.uſq; ad.r.&.a.c.uſq; ad.o.æterno rígore denſatæ. Idem ín terra ẽ
ab.ſ.uſq; ad.k.&.a.t.uſq; ad.n.Rurſus i cælo a.q. uſq; ad.p. nímio calore
feruet.Idem ín terra quoq; ab.l.uſq; ad.m.ídẽ feruor eſt.Item ſunt ín cæ-
lo temperics ab.o.uſq; ad.p.&.a.q.in.r. Idẽ ſunt hic quoq; temperatæ ab
.n.ín.m.& ab.l.ín.k.Aequínoctíalis.n.círculus quí ab.a.uſq; ad.b.ductus
eſt:medíam ſecat peruſtã:Et ípſum aũt ſciſſe Ciceronẽ:ꝙ terrení cínguli
cæleſtibus ínficiantur:ex uerbis eíus oſtẽdítur.Aít.n.e quíbus duos ma-
xime ínter ſe díuerſos & cælí uertícibus ípſis ex utraq; ꝑte ſubníxos obrí
guiſſe pruína uides.Ecce teſtatur finalc frígus eſſe de cælo. Idẽ quoq; de
feruore medío dicít.Medíũ aũt íllum & maxímũ ſolís ardore torrerí.Cũ

ergo manifeſte & rigorẽ de cæli uerticibus:& feruorẽ de ſole in terræ cingulos uenire ſignauerit:oſtendit prius i cælo hos eoſdẽ cingulos cõſtitiſſe. Nũc qm̃ cõſtitit eaſdẽ in cælo & in terra zonas eſſe uel cĩgulos (hæc enĩ unius rei duo ſunt noĩa) iã dicendũ ẽ: q̃ cã in æthere hãc diuerſitatẽ qualitatis efficiat. Peruſta duobus tropicis claudiť: ideſt ab.g.in.p. æſtiuo:& ab.f.in.q.hyemali. Ab.f.aũt in.p. zodiacũ deſcribendo ꝑduximus. *Zona peruſtã* Ergo ſignũ.p.tropicus ille cãcer habeať:& ſignũ.f.capricornus. Conſtat aũt ſolẽ neq; ſurſum ultra cancrũ:neq; ultra capricornũ deorſum meare: ſed cũ ad tropicoꝝ cõfinia ꝑuenerit mox reuerti: unde & ſolſtitia uocantur. *Solſtitia* Et qa æſtiuus tropicus temperatæ noſtræ terminus eſt:ideo cũ ſol ad ipſum finẽ uenerit:facit nobis æſtiuos calores de uicino urens ſenſu maiore ſubiecta. Illo deniq; tẽpore auſtrali generi reuerti hyemẽ nõ põt ambigi:qa tũc ab illis ſol omni uiæ ſuæ ſpatio recedit. Rurſus cũ ad.f.ſignũ .i.ad capricornũ uenerit:facit hyemẽ nobis receſſu ſuo: & illis uicinitate reducit æſtatẽ. Hic notandũ ẽ de tribus tantũ cardinibus i quacũq; ædẽ ingredi ſolem:de quarto nunq̃. Nã & ab ortu & ab occaſu feneſtra ſolem recipit:q̃ppe quẽ orientẽ abeuntẽq; ꝓſpectet. Recipit & a meridie: quia omne iter ſolis in noſtro meridie ẽ:ut inſtruit uiſum ante lata deſcriptio. Nunq̃ uere ſolẽ feneſtra ſeptẽtrionis admittit:quia nunq̃ a.p.ſigno ad.o. ſol accedit:ſed a.p. ſemper retrocedendo nunq̃ fines poli ſeptentrionalis attingit. Et ideo nunq̃ per hũc cardinẽ radius ſolis ifundiť. Eiuſdem rei ꝓbationem umbra quoq; cuiuſlibet corporis efficiet aſtruere. Nam & in occaſum cadit oriẽte ſole:& in ortum cũ fit occiduus. Medio autem die: quia ſol meridiẽ tenet in ſeptẽtrionem umbra depellitur. In auſtrum uero circa noſtram habitationem impoſſibile ẽ umbrã cuiuſlibet corporis cadere:quia ſemꝑ in aduerſam ſoli partem umbra iactatur. Aduerſus aũt auſtro apud nos ſol eſſe nõ poterit: cũ nunq̃ fines ſeptẽtrionales attigat. Sane quoniã pars illa ꝑuſtæ:q̃ temperatæ uicina ẽ admittit habitãtes: illic.i.trans tropicum quæcũq; habitanť ſpatia:umbram mittunt in auſtrũ eo tẽpore:quo ſol cancrum tenet. Tũc.n. ei fit ſol ſeptẽtrionalis: cum tropicum tenet:ꝗ ab illis ad ſeptẽtrionẽ recedit. Ciuitas aũt Siene: quæ ꝓuinciæ thebaidos poſt ſuperioꝝ montiũ deſerta principiũ ẽ:ſub ip̃o æſtiuo tropico cõſtituta ẽ. *Siene* Et eo die quo ſol certã ꝑtem ingrediť cancri hora diei ſexta (qm̃ ſol tunc ſuꝑ ip̃m inueniť uerticem ciuitatis) nulla illic poteſt in terris de quolibet corpore umbra iactari. Sed nec ſtilus hemiſpærii monſtrãtis horas:quem γνωμονα uocant: tunc de ſe poteſt umbram creare. Et hoc ẽ quod Lucanus dicere uoluit:nec tamen plene: ut habetur: abſoluit. *Lucanus* Dicendo.n. Atq; umbras nuſquã flectẽte ſiene. Rem quidem attigit:ſed turbauit uerum. Non enim nuſq̃ flectit: ſed uno tempore: quod cum ſua ratione rettulimus. His relatis conſtat ſolem nunquã egredi fines peruſtæ: quia de tropico in tropicum zodiacus obli-

quatus eſt.Manifeſta ē igitur cauſa:cur hæc zona flāmis ſit ſemp obnoxia:quippe quā ſol totius æternæ flāmæ & fons & adminiſtrator nunq̄ relinquat.Ergo ambæ partes ultimæ.i.ſeptētrionalis & auſtralis:ad quas nūq̄ ſolis calor accedit:neceſſario ꝑpetua ꝑmunt̄ pruina. Duas uero(ut diximus)tēperat hinc atq; illinc uicinia caloris & frigoris. Deniq; in hac ipſa zona quā incolimus:quæ tota dicitur tēperata: ꝑtes tamē quæ peruſto cingulo uicinæ ſunt:cæteris calidiores ſunt:ut eſt Aethiopia: Arabia: Aegyptus & Libya:in quibus calor ita circūfuſi aeris corpus extenuat: ut aut nunq̄ aut raro cogatur in nubes:& iō nullus pene apud illos uſus ē imbriū.Rurſus uſq; ad frigidæ fines preſſius accedit: ut ē palus mæotis:ut regiones quas ꝑterfluunt tanais:& hiſter:oīaq; ſuper ſcythiam loca
Hyperborei quoꝝ incolas uetuſtas hyperboreos uocauit:quaſi originem boreæ itrorſum recedendo tranſiſſent:adeo æterna pene ꝑmuntur pruina:ut non facile explicetur quāta ſit illic frigidæ nimietatis iniuria. Loca uero quæ in medio temperata ſunt: quoniam ab utraq; nimietate longe recedunt: ueram tenent ſalutaremq; temperiem.Locus nos admonet:ut quoniam diximus rem:quæ a nullo poſſit refelli: utrumq; tropicum circum zodiaco terminos facere:nec unq̄ ſolem alterutrum tropicum excedere poſſe: uel ſurſum uel deorſum meando.Trans zodiacum uero circum.i. trans uſtā q̄ tropicis claudit̄:ex utraq; parte incipe temꝑatas: Quæramus quid ſit quod ait Virgilius:quem nullius unq̄ diſciplinæ error iuoluit:Duæ mortalibus ægris.

Munere conceſſæ diuum:& uia ſecta per ambas:
Obliquus qua ſe ſignorum uertitur ordo.

Videtur enī dicere his uerſibus zodiacū ꝑ temꝑatas ductū & ſolis curſum per ipſas ferri:qđ nec opinari fas ē: quia neutrū tropicū ſolis curſus excedit.Nunc igitur illud attēdit:qđ diximus & intra tropicū in ea ꝑuſta ꝑte quæ uicina ē tēperatæ:habitatores eē.Nā ſiene ſub ipſo tropico ē:meroe aūt tribus milibus octingētis ſtadiis in Peruſtā a ſiene itrorſum recedit:& ab illa uſq; ad terrā cynamomi feracem ſunt ſtadia octingenta.Et ꝑ hæc oīa ſpatia ꝑuſtæ licet rari tamē uita fruunt̄ habitātes. Vltra uero iā inacceſſum ē ꝓpter nimium ſolis ardorē. Cū ergo tantū ſpatii ex peruſta uitam miniſtret:& ſine dubio circa uicinā alterius temperatæ : ideſt αντοεκωρουμ tantūdem ſpacii habere ꝑ peruſtæ fines: & parem manſuetudinem:non negetur.Paria enim in utraq; parte ſunt omnia. Ideo credendum eſt per poeticam tubam:quæ omnia ſemper in maius extollit:dixiſſe uiam ſolis ſectam per temperatas:quoniam ex utraq; parte fines peruſtæ in eo ſunt ſimiles temperatis:ꝙ ſe patiuntur habitari.An forte poetica licentia particulam pro ſimili pene particula poſuit: & pro ſub ambas: perambas dicere maluit.Nam re uera ductus zodiaci ſub ambas temperatas ultro citroq; peruenit:nō tamen per ambas. Scimus autem & Ho-

merũ ipſum:& in oibus imitatorẽ eius Varronẽ ſæpe tales mutaſſe par-
ticulas.An:quod mihi uero ꝓpius uidet̃:per ambas: pro inter ambas uo Per pro inter
luit intelligi.Zodiacus enim iter ambas tẽperatas uoluitur: non per am-
bas.Familiariter aũt per ꝓ inter ponere ſolet:ſicut alibi quoq; Circũ per-
q; duas in morẽ fluminis arctos. Neq; eni anguis ſydereus arctos ſecat:
ſed dũ & amplectit̃ & interuenit circũ eas & inter eas uoluit̃:non ꝑ eas.
Ergo põt conſtare nobis itellectus:ſi ꝑ ambas:pro iter ambas more ipſius
poetæ dictũ exiſtimemus.Nobis aliud ad defenſionẽ ultra hæc:quæ dixi
mus:nõ occurrit.Veꝝ quoniã in medio poſuimus quos fines nunꝗ uia
ſolis excedat:manifeſtũ eſt oibus aũt quid maro dixerit:quẽ cõſtat erro-
ris ignaꝝ:erit igenii ſinguloꝝ inuenire qd poſſit amplius pro abſoluenda
hac qõne conferri.His quoq;(ut arbitror)nõ ocioſa inſpectione tracta-
tis:nunc de oceano quod promiſimus:aſtruemus. Non uno ſed gemino
eius ambitu terræ corpus omne circũflui.Cuius uerus & primus meatus
ẽ:qui ab indocto hominũ genere naſcit̃.Is enim quẽ ſolũ oceanũ plures Oceanus
opinant̃:de finibus ab illo originali refuſus ſecundũ ex neceſſitate ambi-
tum fecit.Cæteꝝ eius prior corona ꝑ zonã terræ calidã meat ſuperiora ter
rarum & inferiora cingens:flexum circi æquinoctialis imitata.ab oriente
uero duos ſinus refundit:unum ad extremitatem ſeptentrionis:ad auſtra
lis alterum.Rurſuſq; ab occidente duo pariter enaſcuntur ſinus:qui uſq;
ad ambas quas ſupradiximus extremitates refuſi occurrunt ab oriẽte de-
miſſis.Et dũ ui ſumma & ipetu imaniore miſcent̃: inuicẽq; ſe feriunt: ex
ipſa aquaꝝ colliſiõe naſcit̃ illa famoſa oceani acceſſio pariter & receſſio.
Et ubicũq; in noſtro mari cõtingit:idẽ uel in anguſtis fretis uel in planis
forte littoribus ex ipſis oceani finibus quos oceanũ nunc uocamus eue
niunt:qa noſtrum mare ex illis influit. Cæterũ uerior(ut ita dicam)eius
alueus tenet zonam peruſtam:& tam ipſe qui æquinoctialem ꝙ ſinus ex
eo nati:qui orizontem circulũ ambitu ſuæ flexionis imitantur: oẽm terrã
quadrifidam diuidũt: & ſingulas(ut ſupradiximus) habitationes faciũt
inſulas. Nam inter nos & auſtrales homines means ille per calidã zonã
totamq; cingens & rurſus utriuſq; regionis extrema finibus ſuis ambiẽs
binas in ſuperiore atq; inferiore terræ ſuperficie inſulas facit.Vnde Tul-
lius hoc intelligi uolens nõ dixit; oĩs terra parua quædam eſt inſula: ſed
omnis terra quæ colitur a nobis parua quædã eſt inſula: quia & ſingulæ
de quattuor habitationibus paruæ quædam efficiuntur inſulæ: oceano
bis eas(ut diximus)ambiẽte. Omnia hæc ante oculos locare poteſt de-
ſcriptio ſubſtituta.ex qua & noſtri maris originẽ quæ totius una eſt:& ru
bri atq; indici ortum uidebis.Caſpiumq; mare unde oriatur inuenies: li-
cet non ignorẽ eſſe nõnullos qui ei de oceano ingreſſum negent.Nec du
biũ eſt:in illam quoq; auſtralis generis temperatam mare de oceano ſimi
liter influere. Sed deſcribi hoc noſtra atteſtatione non debuit: cuius ſi-

tus nobis incognitus perſeuerat.Q uod aũt dixit noſtram habitabilẽ an
guſtam uerticibus latiorem: in eadem deſcriptione poterimus aduertere.
Nam quanto longior eſt tropicus circus ſeptentrionali circo. tanto zona
uerticibus q̃ lateribus anguſtior ẽ:quia ſummitas eius in arctum extremi
circuli breuitate contrahitur.Deductio autẽ laterꝫ longitudine tropici ab
utraqꝫ pte diſtendit̃.Deniqꝫ ueteres oẽm habitabilẽ noſtrã extẽtæ chla-
mydi ſimilẽ eẽ dixerũt.Itẽ qa oĩs terra in qua & oceanus ẽ:ad quẽuis cæ
leſtẽ circulũ quaſi cẽtron puncti obtinet locũ:neceſſario de oceano adie
cit:Q ui tñ tanto noĩe q̃ ſit paruus uides. Nã licet apud nos atlãticũ ma
re licet magnũ uocet̃:de cælo tñ deſpiciẽdus nõ põt magnũ uideri:cũ ad
cælũ terra ſignũ ſit & pũctũ:quod diuidi nõ poſſit in ptes. Ideo aũt ter-
ræ breuitas tam diligenter aſſeritur:ut paruipendendum ambitum famæ



uir fortis intelligat:quæ in tam paruo magna eſſe nō poterit:quod doctri
næ propoſitum non minus in ſequētibus apparebit: quinetiā ſi cupiat ꝓp
les futuroꝝ hominū deinceps laudes uniuſcuiuſq; noſtrum acceptas a
patribus poſteris prodere:tamen propter eluuiones exuſtioneſq; terrarū:
quas accidere tempore certo neceſſe eſt:non modo nō æternā ſed ne diu
turnam quidem gloriam aſſequi poſſumus. Virtutis fructum ſapiens in
conſcientia ponit:minus perfectus in gloria:unde Scipio perfectionē cu
piens infundere nepoti auctor eſt:ut contētus conſcientiæ præmio glo-
riam non requirat. In qua appetenda quoniam duo ſunt maxime quæ ꝓ
bari poſſint:ut & q̄ latiſſime uageť:& q̄diutiſſime perſeueret. Poſtq̄ ſupe
rius de habitationis noſtræ anguſtiis differendo totius terræ quæ ad cæ-
lum puncti locum obtinet:minimā quandam docuit ab hominibus no-
ſtri generis particulam poſſideri:nullius uero gloriam uel in illam totam
partem potuiſſe diffundi:ſiquidē gangen tranſnatare:uel tranſcēdere cau
caſum romani nominis fama non ualuit:ſpem:quam de propaganda late
gloria ante oculos ponendo noſtri orbis anguſtias amputauit: uult etiā
diuturnitatis auferre ut plene animo nepotis contemptum gloriæ cōpos
diſſuaſor inſinuet:& ait. Nec in hac ipſa in quam ſapientis & fortis uiri
nomen ſerpere poteſt:æternitatem nominis poſſe durare:cum modo exu
ſtione:modo elluuione terrarum diuturnitati rerum intercedat occaſus:
quod quale ſit differemus. In hac enim parte tractatus illa quæſtio laten
ter abſoluitur:quæ multorum cogitationes de ambigenda mundi æter-
nitate ſignificat. Nam quis facile mundum ſemper fuiſſe conſentiat? cū
& ipſa hiſtoriarum fides multarū rerū cultum emendationēq; uel ipſam
inuentionem recentem eſſe fateatur? Cumq; rudes primum homines &
incuria ſylueſtri non multum a feraꝝ aſperitate diſſimiles meminerit:uel
fabuletur antiquitas:tradatq; nec hunc eis quo nunc utimur uictum fuiſ
ſe:ſed glande prius & baccis alitos ſero ſperaſſe de ſulcis alimoniā: cūq;
ita exordium rerum & ipſius humanæ nationis opinemur:ut aurea pri-
mum ſæcula fuiſſe credamus:& inde natura per metalla uiliora degene-
rans ferro ſæcula poſtrema fœdauerit:ac ne totum uideamur de fabulis
mutuari quis non hinc exiſtimet mundum quandoq; cœpiſſe? nec lon-
gam retro eius ætatem cum ab hinc ultra duo retro annorū millia de ex-
cellenti reꝝ geſtarum memoria ne græca quidem extat hiſtoria? Nā ſu-
pra Ninū a quo Semiramis ſecundum quoſdam creditur ꝓcreata: nihil
præclaꝝ in libris relatū eſt:ſi.n.ab initio immo ante initium fuit mundus
(ut philoſophi uolunt) cur per innumerabiliū ſeriem ſæculorum non
fuerat cultus:quo nunc utimur:inuentus? non litterarum uſus quo ſolo
memoriæ fulcitur æternitas? cur non deniq; multarum rerum experien-
tia ad aliquas gentes recenti ætate peruenit? Vt ecce galli uitem:uel cul
tum oleæ roma iam adoleſcente didicerūt. Aliæ uero gentes adhuc mul-

Virtutis fructus.

Mūdi æter nitas.

tã neſciunt:quæ nobis inuenta placuerunt:Hæc omnia uidētur æterni-tati rerum repugnare dum opinari nos faciunt certo mũdi principio pau latim ſingula quæq; cœpiſſe.Sed mundum quidem fuiſſe ſemper philo ſophia author eſt conditore quidem deo:ſed non ex tempore.Siquidem tempus ante mundũ eſſe nõ potuit:cum nihil aliud tempora niſi curſus ſolis efficiat.Res uero humanæ ex parte maxima ſæpe occidunt manẽte mundo & rurſus oriuntur uel eluuione uiciſſim uel exuſtione redeunte: cuius uiciſſitudinis cauſa uel neceſſitas talis eſt. Ignem æthereũ phiſici tradiderunt humore nutriri:aſſerentes ideo ſub zona cæli peruſta quam uia ſolis ideſt zodiacus occupauit oceanũ (ſicut ſupra deſcripſimus) a natura locatũ ut omnis latitudo:qua ſol cum quinq; uagis ultro citroq; diſcurrunt:habeat ſubiecti humoris alimoniã. Et hoc eſſe uolunt quod Homerus diuinarum oium inuentionum fons & origo ſub poetici nube figmenti ueꝝ ſapientibus intelligi dedit:Iouem cũ diis cæteris.i.cum ſtel lis profectũ in oceanũ æthiopibus eũ ad epulas inuitantibus.Per quam imaginẽ fabuloſam Homeꝝ ſignificaſſe uolunt:hauriri de humore nutri menta ſyderibus:qui ob hoc æthiopas reges epulaꝝ cæleſtium dixit:qm̃ circa oceani oram nõ niſi æthiopes habitãt:quos uicinia ſolis uſq; ad ſpe ciem nigri coloris exuſſit.Cum ergo calor nutriatur humore:hæc uiciſſi tudo contingit:ut modo calor modo humor exuberet. Euenit.n.ut ignis uſq; ad maximum enutritus augmentum hauſtum uincat humorem. Et ſic aeris mutata temperies licentiam præſtet incẽdio:& terra penitus fla grantia immiſſi ignis uratur.Sed mox impetu caloris abſumpto paula-tim uires reuertuntur humori:cum magna pars ignis incendiis erogata minus iam de renaſcente humore conſumat.Ac rurſus longo temporum tractu ita creſcens humor altius uincit:ut terris infundatur eluuio.Rur-ſuſq; calor poſt hæc uires reſumit:& ita fit:ut manente mundo inter exu perantis caloris humoriſq; uices terraꝝ cultus cum hominum genere ſæ pe intercidat:& reducta temperie rurſus nouetur:nunq̃ tamen ſiue elu-uio ſiue exuſtio omnes terras aut omne hominũ genus uel omnino ope rit:uel penitus exurit.Aegypto certe ut Plato in Timæo fatetur nũq̃ ni mietas humoris nocuit uel caloris. Vnde & infinita annorum milia in ſo lis ægyptiorum monumentis libriſq; releguntur Certe igitur terraꝝ par-tes internitioni ſuperſtites ſeminarium inſtaurando generi humano fiũt: atq; ita contingit:ut non rudi mundo rudes homines & cultus inſcii:cu-ius memoriam intercipit interitus:in terris oberrent:& aſperitatem pau-latim uagæ feritatis exuti conciliabula & cœtus natura inſtruente patiã tur:Sitq; primum inter eos mali neſcia & adhuc aſtutiæ inexperta ſimpli citas:quæ nomen auri primis ſæculis præſtat.Inde quo magis ad cultũ rerum atq; artium uſus promouet tanto facilius in animos ſerpit æmula tio:quæ primum bene incipiens in inuidiam latenter euadit. Et ex hac iã

Ignis æthe reus nutri tur humore

Iuppiter cũ diis epula-tur ad ocea num.

naſcitur quicquid genus hominū poſt ſequentibus ſæculis experitur.
Hæc ergo quæ rebus humanis pereundi atq; iterum reuertendi incolu-
mi mundo uiciſſitudo uariatur. Quid autem intereſt ab his qui poſtea
naſcentur ſermonem fore de te:cū ab his nullus fuerit:qui ante nati ſūt:
qui nec pauciores:& certe meliores fuerunt uiri:præſertim cū apud eos
ipſos quibus audiri nomen noſtrū poteſt:nemo unius anni memoriā con
ſequi poſſit.Homines enim populariter annum tantum modo ſolis.ideſt
unius aſtri reditu metiuntur.Reipſa autem cū ad idem unde ſemel pro-
fecta ſunt cuncta aſtra redierint:eandēq; totius cæli deſcriptionē longis
interuallis retulerint:tum ille uere uertens annus appellari poteſt:in quo
uix dicere audeo:q̄ multa hominum ſæcula teneantur. Nāq; ut olim defi
cere ſol hominibus extinguiq; uiſus eſt cum Romuli animus hæc ipſa in
templa penetrauerit:ita quandoq; cum ab eadē parte ſol eodēq; tempore
iterum defecerit:tū ſignis omnibus ad idem principiū ſtelliſq; reuocatis
expletum annū habeto.Cuius quidē anni nundum uigeſimā partem ſci
to eſſe conuerſam.Idem agere perſeuerat inſtans diſſuaſioni gloriæ deſi-
derandæ:quam cū locis arctam ne in ipſis anguſtiis æternam ſupra docu
iſſet:nunc non ſolū perpetuitatis expertem:ſed nec ad unius anni integri
metas poſſe propagari docet:cuius aſſertionis quæ ſit ratio dicemus.An
nus non is ſolus eſt quē nunc cōmunis omnium uſus appellat:ſed ſin- Annus
gulorum ſeu luminum ſeu ſtellarum emenſio omni cæli circuitu a certo Luna
loco in eundem locum reditus annus ſuus eſt.Sic menſis:lunæ annus ē Menſis unde
inter quem cæli ambitum luſtrat:nam & a luna menſis dicitur:quia græ-
co nomine luna mene uocatur. Virgilius deniq; ad deſcriptionem luna-
ris anni:qui breuis eſt:annum qui curſu ſolis efficitur ſignificare uolens
ait.Interea magnum ſol circumuoluitur annum:magnum uocās ſolis cō
paratione lunaris.Nam curſus quidem Veneris atq; Mercurii pene par Planetarum
ſoli eſt.Martis uero annus fere biēnium tenet.tanto enim tempore cælū curſus diffi-
circuit.Iouis autem ſtella duodecim:& Saturni triginta annos in eadem nitus.
circuitione conſumit.Hæc de luminibus ac uagis:ut ſæpe relata: iam no Annus mū-
ta ſunt.Annus uero qui mūdanus uocatur qui uere uertens eſt:quia cō danus.
uerſione plenæ uniuerſitatis efficitur:largiſſimis ſæculis explicatur. Cu-
ius ratio eſt talis.Stellæ omnes & ſydera:quæ infixa cælo uidētur: quo- Sydera fixa
rum proprium motum nunq̄ uiſus humanus ſentire uel deprehendere etiā mouētur
poteſt:mouentur tamen & præter cæli uolubilitatem:qua ſemper trahū-
tur:ſuo quoq; acceſſu tam fero promouentur ut nullius hominum uita
tam longa ſit:quæ obſeruatione continua factam de loco permutationē: Finis mon
in quo eas primum uiderat deprehendat.Mundani ergo anni finis eſt:cū dani anni.
ſtellæ omnes omniaq; ſydera quæ aplanes habet:a certo loco ad eundē
locum ita remeauerint:ut ne una quidem cæli ſtella in alio loco ſit:q̄ in
quo fuit:cum omnes aliæ ex eo loco motæ ſunt:ad quem reuerſæ anno

ſuo finem dedere. ita ut lumina quoq; cum erraticis quinq; in iiſdem lo-
cis & partibus ſint: in quibus incipiente mundano anno fuerũt. Hoc au
tem (ut phyſici uolunt) poſt annorum quindecim milia peracta contin-
Annus mũ-
danus.
git. Ergo ſicut annus lunæ menſis eſt: & annus ſolis duodecim menſes:
& aliarum ſtellarum hi ſunt anni: quos ſupra rettulimus: ita mundanum
annum quindecim milia annorum quales nunc computamus efficiunt.
Ille ergo uere annus uertens uocandus eſt: quem non ſolis. i. aſtri reditu
metiuntur: ſed quem ſtellaꝶ omniũ in quocunq; cælo ſunt ad eundẽ lo-
Mundus.
cum reditus ſub eadem cæli totius deſcriptione concludit. Vnde & mũ
danus dicitur: quia mundus proprie cælum uocatur: Igitur ſicut annum
ſolis non ſolum a calendis ianuarii uſq; ad eaſdem uocamus: ſed etiam a
ſequente poſt calendas die uſq; ad eundem diem & a quocunq; cuiuſli-
bet menſis die uſq; in diem eundẽ reditus annus uocatur: Ita huius mũ-
di anni initium ſibi quiſque facit quodcunq; decreuerit: ut ecce nunc Ci
cero a defectu ſolis qui ſub Romuli fine contigit: mundani anni princi-
pium ſibi ipſe conſtituit. Et licet iam ſæpiſſime poſtea defectus ſolis eue
nerit: non dicitur tamen mundanũ annum repetita defectio ſolis impleſ-
ſe: ſed tunc implebitur: quũ ſol deficiẽs in hiſdẽ locis & partibus & ipſe
erit & omnes cæli ſtellas omniaq; ſydera rurſus inueniet: in quibus fue-
rant cum ſub Romuli fine deficeretur. Igitur a diſceſſu Romuli poſt an
norum quindecim milia (ſicut aſſerunt phyſici) ſol denuo ita deficit: ut
in eodem ſigno eademq; parte ſit ad idem principium in quo ſub Romu
lo fuerat: ſtellis quoq; omnibus ſigniſq; reuocatis. Peracti enim fuerant:
cum Scipio Africa militaret: a diſceſſu Romuli anni quingenti ſeptua-
ginta & tres. Anno enim ab urbe condita ſexcenteſimo ſeptimo hic Sci-
pio deleta Carthagine triumphauit: Ex quo numero annis remotis trigin
taduobus regni Romuli: & duobus: qui intra ſomniũ & conſumatũ bel
lum fuere: quingenti ſeptuaginta tres a diſceſſu Romuli ad ſomniũ uſq;
remanebunt. Ergo rationabiliter uereq; ſignauit. Nec dum mundani ãni
uiceſimam partem eſſe conuerſam. Nam uiceſimæ parti quot anni ſuper
ſint a fine Romuli ad aphricanam militiam Scipionis: quos diximus an
nos fuiſſe quingentos ſeptuaginta tres: quiſquis in digitos mittit iuue-
niet. Tu uero enitere & ſic habeto te non eſſe mortalem: ſed corpus hoc.
Nec enim tu is es: quẽ forma iſta declarat: ſed mens cuiuſq; is eſt quiſq;:
non ea figura quæ digito demonſtrari poteſt. Deum te igitur ſcito eſſe: ſi
Carthago
quo tem-
pore deleta.
quidem eſt deus qui uiget: qui ſentit: qui meminit: qui prouidet: qui tam
regit: & moderatur: & mouet id corpus: cui præpoſitus eſt: q̃ hunc mun
dum ille princeps deus Et ut ille mundum quadam parte mortalem ipſe
deus æternus: ſic fragile corpus animus ſempiternus mouet. Bene & ſa-
pienter Tullianus hic Scipio circa inſtitutionem nepotis ordinem recte
docentis impleuit: Nam ut breuiter a principio omnem operis continẽ-

tiam reuoluamus:primum tempus eius mortis:& imminentes propin-
quorum prædixit inſidias:ut totum de hac uita ſperare dediſceret:quam
non diuturnam comperiſſet.Deinde ne metu prædictæ mortis frangere
tur:oſtendit ſapienti & bono ciui in immortalitatem migrãdum. Cumq;
eũ ultro ſpes iſta traxiſſet ad moriẽdi deſideriũ:ſuccedit Pauli partis op-
portuna diſſuaſio accenſam filii feſtinationẽ ab appetitu ſpontaneæ mor
tis excludens.Plene igitur in animo ſomniantis utrinq; plantata ſperan-
di expectandique temperie altius iam circa diuina erigendũ nepotis Ani
mum Aphricanus ingreditur.Nec prius eum terrã patitur intueri:q̃ cæ-
li ac ſyderum natura motum ac modulamen agnoſcat:& hæc omnia ſci-
at præmio ceſſura uirtutum.Ac poſtq̃ mens firmata Scipionis alacritate
tantæ promiſſionis egreditur:tum demũ gloria quæ apud indoctos ma-
gnum uirtutis præmium creditur:contẽni iubetur:dum oſtẽditur ex ter
rarum breuitate uel caſibus arcta locis:anguſta temporibus.Aphricanus
igitur pene exutus hominem & defæcata mente iam naturæ ſuæ capax
hic apertius admonetur ut eſſe ſe deum nouerit.Et hæc ſit præſentis ope
ris conſũmatio:ut animam non ſolum immortalem:ſed deum eſſe clare-
ſcat.Ille ergo qui fuerat iam poſt corpus in diuinitatem receptus:dictu-
rus uiro adhuc in hac uita poſito deum te ſcito eſſe:non prius tantã præ
rogatiuam cõmittit homini q̃ quid ſit ipſe diſcernat:ne exiſtimetur hoc
quoq; diuinum dici:quod mortale in nobis & caducum eſt:& quia Tul
lio mos eſt profundam rerum ſcientiam ſub breuitate tegere uerborum:
nunc quoq; miro compendio tantum includit arcanum:quod Plotinus
magis q̃ quiſq̃ uerborum parcus libro integro diſſeruit:cuius deſcriptio
eſt:Quid eſt animal quid homo:in hoc ergo libro Plotinus quærit : cu-
ius ſint in nobis uoluntates memores metuſq; ac deſideria & animoſitas
uel dolores:poſtremo cogitationes & intellectus utrum meræ animæ:an
uero animæ utentis corpore.Et poſt multa quæ ſub copioſa rerum den-
ſitate diſſeruit:quæ nunc nobis ob hoc ſolum prætereunda ſunt:ne uſq;
ad faſtidii neceſſitatem uolumen extendant : hoc poſtremo pronunciat
animal eſſe corpus animatum.Sed nec hoc neglectum ut non quæſitũ
relinquit quo animæ beneficio quaue uia ſocietatis animetur. Has ergo Animal qd ẽ
omnes quas prædiximus paſſiones aſſignat animali . Verum autem ho-
minem ipſam animam eſſe teſtatur.ergo qui uidetur non ipſe uerus ho-
mo eſt:ſed uerus ille eſt:a quo regitur quod uidetur. Sic cum morte ani
malis diſceſſerit animatio cadit corpus regente uiduatũ.Et hoc eſt quod
uidetur in homine mortale.Anima uero qui uerus homo eſt ab omni cõ
ditione mortalitatis aliena eſt:adeo ut ad imitationem dei mundum re-
gentis:regat & ipſa corpus:dum a ſe animatur. Ideo phyſici mundũ ma
gnum hominem:& hominem breuem mundum eſſe dixerunt.Per ſimi-
litudines igitur cæterarum prærogatiuarum quibus deum anima uide-

tur imitari:animum deum & priſci philoſophoꝝ & Tullius dixit.Quod autem ait mundum quadam parte mortalē:ad cōmunem opinionem reſpicit:qua mori aliqua inter mundū uidentur:ut animal exanimatum uel ignis extinctus uel ſiccatus humor.Hæc.n.omnino interiiſſe creduntur. Sed conſtat ſecundū ueræ rationis aſſertionem:quā & ipſe non neſcit: nec Virgilius ignorat dicendo:nec morti eſſe locū.Conſtat inq̄ nihil intra uiuū mundū perire.ſ. eorum quæ interire uidentur:ſolā mutari ſpeciem:& illud in originē ſuā atq; in ipſa elemēta remeare:quod tale quale fuit eſſe:deſierit.Deniq; & Plotinus alio in loco:cū de corporū aſſumptione diſſereret:& hoc diſſolui poſſe pronūciaret:quicquid effluit obiecit ſibi.Cur ergo elementa quorum fluxus in aperto eſt:non ſimiliter aliquando ſoluuntur.Et breuiter tantæ obiectioni ualidæq; reſpondit.Ideo elementa licet fluuant nunq̄ tamen ſolui:quia non foras effluunt.A cæteris.n.corporibus quod effluit recedit:elementorū fluxus nunq̄ ab ipſis recedit elementis.Ergo in hoc mundo pars nulla mortalis eſt ſecundū ueræ rationis aſſerta.Sed ꝙ ait eum quadam parte mortalē:ad cōmunē(ut diximus)opinionem paululum inclinare ſe uoluit.In fine autem ualidiſſimum imortalitatis animæ argumentū ponit: quia ipſa corpori præſtat agitatum.Quod quale ſit:ex ipſis uerbis Ciceronis quæ ſequuntur inuenies. Nam quod ſemper mouetur:æternum eſt:quod autem motū:affert alicui:quodq; ipſum agitatur alicunde:quando finem habet motus: uiuendi finem habeat neceſſe eſt.Solum igitur quod ſeipſum mouet:qa deſeritur a ſe:nunq̄ ne moueri quidem deſinit:quinetiā cæteris quæ mouentur hic fons hoc principium eſt mouendi.Principii autem nulla ē origo:nam e principio oriuntur omnia : ipſum autem nulla ex re alia naſci poteſt:nec enim id eſſet principium quod gigneretur aliunde:quod ſi nō oritur nec occidit quidem unq̄:nam principium extinctum nec ipſum ab alio naſcitur:nec ex ſe aliud creabit:ſi quidem neceſſe eſt a principio oriri omnia:ita fit ut motus principium ex eo ſit quod ipſum a ſe mouetur. id autem nec naſci poteſt:nec oriri:uel concidat omne cælum omniſq; natura conſiſtat neceſſe eſt: nec uim ullam nanciſcatur quia primo impulſu moueatur:Cum pateat igitur æternum id eſſe quod ipſum ſe moueat:qs eſt qui hanc naturam animis eſſe tributam neget?In animo eſt enim omne quod pulſu agitatur æterno:quod autem eſt anima:id motu cietur interiore & ſuo:nam hoc eſt proprie natura animi atq; uis:quæ ſi eſt una ex omnibus quæ ſeipſā moueat neq; nata certe eſt:& æterna eſt. Omnis hic locus de Phedone Platonis ad uerbum a Cicerone tranſlatus eſt: in quo ualidiſſimis argumentis animæ immortalitas aſſeritur. Et hæc eſt argumentorū ſumma:eſſe animam mortis immunem: quoniam ex ſe mouetur.Sciendum eſt autem ꝙ duobus modis immortalitas intelligitur:aut enim ideo eſt immortale quid:quia per ſe non eſt capax mortis: aut quia

Nihil moritur.

Animæ immortalitas.

Immortalitas quomodo intelligitur.

procuratione alterius a morte defenditur. Ex his prior modus ad animæ: ſecundus ad mundi imortalitatem refertur. Illa enim ſuapte natura a con ditione mortis aliena eſt. Mundus uero animæ beneficio in hac uitæ per petuitate retinetur. Rurſus ſemper moueri dupliciter accipitur: hoc enī accipitur & de eo quod ex quo eſt: ſemper mouet̃: & de eo quod ex quo eſt ſemper & mouetur. & ſecundus modus eſt quo animā dicimus ſem per moueri. His præmiſſis iā quibus ſyllogiſmis de īmortalitate animæ diuerſi ſectatores Platonis ratiocinantur oportet aperiri. Sunt enim qui per gradus ſyllogiſmorum ad unum finem probationis euadant: certam ſibi propoſitionem ſequentis ex antecedentis concluſione faciētes: apud quos hic prior eſt: anima ex ſe mouetur: quicquid autem ex ſe mouetur: ſemper mouetur. igitur anima ſemper mouetur: Secundus ita: qui naſci- tur ex prioris fine. Anima ſemper mouetur: quicquid autem ſemper mo- uetur immortale eſt. igitur anima immortalis eſt. & ita in duobus ſyllo- giſmis duæ res probantur ideſt & ſemper moueri animam: ut in priore: & eſſe immortalem ut colligitur de ſecundo. Alii uero uſq; ad tertium gra- dum ita argumentando procedunt. Anima ex ſe mouetur. quod autem ex ſe mouetur: principium motus eſt. igitur anima principium motus eſt. Rurſus ex hac concluſione naſcitur propoſitio: Anima principium mo- tus eſt. quod autem principium motus eſt: natum non eſt. igitur anima nata non eſt. Tertio loco. Anima nata non eſt: quod natum non eſt: im- mortale eſt. igitur anima immortalis eſt. Alii uero omnem ratiocina- tionem ſuam in unius ſyllogiſmi compendium redegere. Anima ex ſe mouetur. quod ex ſe mouetur principium motus eſt. quod autem princi pium motus eſt: natum non eſt quod natum non eſt: immortale eſt. igi- tur anima immortalis eſt. Sed harum omnium ratiocinationum apud eum poteſt poſtrema concluſio de animæ imortalitate conſtare: qui pri- mam propoſitionem ideſt ex ſe moueri animam non refellit. Hac enim in fide non recepta debilia fiunt omnia quæ ſequuntur. Sed huic ſtoico- rum quidem accedit aſſenſio. Ariſtoteles uero adeo nō acquieſcit ut ani- mam non ſolum ex ſe non moueri: ſed ne moueri quidem penitus cone- tur aſſerere. Ita enim callidis argumentationibus aſtruit nihil ex ſe moue ri: ut etiam ſi quid hoc facere concedat: animam tamen hoc non eſſe con firmet. Si enim anima inquit principium motus eſt: doceo nō poſſe prin cipium motus moueri: & ita diuiſionem ſuæ artis ingreditur: ut primum doceat in rerum natura eſſe aliquid immobile: deinde hoc eſſe animam tentet oſtendere. neceſſe eſt inquit: aut omnia quæ ſunt immobilia eſſe: aut omnia moueri: aut aliqua ex his moueri: aliqua non moueri. Item ſi damus ait & motum: & quietem neceſſe eſt: aut alia ſemper moueri: & alia nunquam moueri: aut omnia ſimul nunc quieſcere nunc moueri. De his inquit quid magis uerum ſit requiramus. Non eſſe omnia im-

Argumenta tiōes de motu.

mobilia aſpectus ipſe teſtimonio eſt: quia ſunt quorum motum uidemus. Rurſus nõ moueri omnia uiſus docet:quo immota cognoſcimus. Sed nec omnia dicere poſſumus modo motum pati:modo eſſe ſine motu:quia ſunt quorum perpetuum motũ uidemus:ut de cæleſtibus nulla dubitatio eſt. Reſtat igitur ait:ut ſicut aliqua ſemper mouentur:ita ſit aliquid ſemper immobile. Ex illis ut collectum ſit eſſe aliquid immobile: nullus obuiat uel refellit. Nam & uera diuiſio eſt & ſectæ platonicæ nõ repugnat. Neq; enim ſi quid eſt immobile:ſequitur ut hoc ſit anima. Nec qui dicit animam ex ſe moueri:iam moueri uniuerſa confirmat: ſed modum aſtruit quo anima mouetur. Siquid uero eſt aliud immobile: nihil ad hoc quod de anima aſtruitur pertinebit. Quod & ipſe Ariſtoteles uidens poſtq̃ docuit eſſe aliquid immobile hoc eſſe animam uult dicere:& incipit aſſerere nihil eſſe quod ex ſe moueri poſſit:ſed omnia quæ mouentur ab alio moueri. quod ſi uere probaſſet:nihil ad patrocinium platonicæ ſectæ relinqueretur: quẽadmodum enim credi poſſet ex ſe moueri animam:ſi conſtaret nihil eſſe quod ex ſe poſſit moueri? In hac autem ariſtotelica argumentatione huiuſmodi diuiſionis ordo contexitur. Ex omnibus quæ mouentur inquit:alia per ſe mouentur:alia ex accidenti. & ex accidenti inquit mouentur quæ cum ipſa non moueantur in eo tamen ſunt:quod mouetur:ut in naui ſarcina ſeu uector quieſcens. aut etiam cum pars mouetur quieſcente integritate:ut ſi quis ſtans pedem manumue uel caput agitet. Per ſe autem mouetur quod neq; ex accidenti: neque ex parte:ſed & totum ſimul mouetur:ut cum ad ſuperiora ignis aſcendit: & de his quidem quæ ex accidenti mouentur nulla dubitatio eſt:quin ab alio moueantur. Probabo autem inquit etiam ea quæ ex ſe mouentur ab alio moueri. Ex omnibus enim ait quæ per ſe mouentur aliam cauſam motus intra ſe poſſident:ut animalia: ut arbores: quæ ſine dubio ab alio intelliguntur moueri a cauſa ſcilicet quæ in ipſis latet. nam cauſam motus ab eo quod mouetur ratio ſequeſtrat: Alia uero aperte ab alio mouentur ideſt aut ui aut natura. & ui dicimus moueri omne iaculum quod cum de manu iaculantis receſſit:ſuo quidem motu ferri uidetur:ſed origo motus ad uim refertur:ſic enim nonnunq̃ & terram ſurſum & ignem deorſum ferri uidemus quod alienus ſine dubio cogit impulſus. Natura uero mouentur uel grauia cum per ſe deorſum uel leuia cum ſurſum feruntur. Sed & hoc dicendum eſt ab alio moueri licet a quo habeatur incertum. Ratio enim ait deprehendit eſſe neſcio quid:quod hæc moueat:nam ſi ſponte mouerẽtur: ſponte etiam ſtarent. ſed nec unam uiam ſemper agerent imo per diuerſa mouerentur ſi ſpontaneo ferrentur agitatu:cum uero hoc facere nõ poſſint:ſed leuibus ſemper aſcenſus & deſcenſus grauibus deputatus ſit:apparet eorꝝ motũ ad certã & cõſtitutã naturæ neceſſitatẽ referri. Hæc ſunt & his ſimilia q̄bus

Obuiat.

Ariſtoteles omne quod mouetur ab alio moueri probaſſe ſe credidit. Sed Platonici ut paulopoſt demonſtrabitur argumenta hæc arguta magis q̃ uera eſſe docuere: Nunc ſequens eiuſdem iungenda diuiſio eſt qua non poſſe animã ex ſe moueri etiã ſi hoc alia res facere poſſet: laborat oſtendere: & huius rei primam propoſitionem ab illis mutuatur: quæ ſibi exiſtimat conſtitiſſe. Sic enim ait: Cum igitur omne quod mouetur conſtet ab alio moueri: ſine dubio id quod primum mouet quia non ab alio mouetur (neq; enim haberetur iam primum ſi ab alio moueretur) neceſſe eſt inquit ut aut ſtare dicatur: aut ſeipſam mouere. Nam ſi moueri ab alio dicatur illud quoq; quod eum mouet: dicetur ab alio moueri: & illud rurſus ab alio: in infinitum inquiſitio iſta caſura eſt: nunquã exordia prima reperies: ſi ſemper aliud ea quæ putaueris prima: præcedit. Reſtat igitur inquit ut ſi quod primũ mouet nõ dicatur ſtare: ipſũ ſe mouere dicatur: & ſic erit in uno eodẽq; aliud quod mouet: aliud quod mouetur. Siquidẽ in omni ait motu tria hæc ſint neceſſe eſt: id quod mouet: & quo mouet: & quod mouetur. Ex his tribus quod mouetur: tantũ mouetur. non etiã mouet: cum illud quo fit motus & moueatur & moueat: illud uero quod mouet non etiã mouetur: ut ex tribus cõmune ſit quod mediũ: duo uero ſibi contraria intelligantur. Nam ſicut eſt quod mouetur & non mouet: ita eſt inquit quod mouet: & non mouetur: propter quod diximus: quia cum omne quod mouetur ab alio moueatur: ſiquid mouet & ipſum mouetur: quæremus ſemper motus eius nec unq̃ inueniemus exordium. deinde ſiquid ſe mouere dicatur: neceſſe eſt inquit ut aut totum a toto: aut partem a parte: aut partem a toto: aut totum a parte exiſtimemus moueri: & tamen motus ille ſeu a toto ſeu a parte procedat: alterum ſui poſtulabit authorem. Ex his omnibus in unum Ariſtotelica ratiocinatio tota colligitur hoc modo. Omne quod mouet̃ ab alio mouetur. quod igitur primũ mouet: aut ſtat: aut ab alio & ipſum mouetur. ſed ſi ab alio: iam non poteſt hoc primum uocari: & ſemper quid primũ moueat requiremus: reſtat ut ſtare dicatur. Stat igitur quod primũ mouet. Contra Platonẽ ergo qui dicit aiam motus eſſe principiũ: in hunc modũ cõponitur ſyllogiſmus: Anima principiũ motus eſt: principiũ autẽ motus non mouetur. igitur anima non mouetur. & hoc ẽ quod primo loco uiolenter obiecit: Nec eo uſq; perſuadere contentus animã non moueri: aliis quoq; rationibus non minus uiolentis perurget. Nullum inquit initium idem poteſt eſſe ei cuius eſt initium. Nam apud geometras principium lineæ punctum dicitur eſſe: non linea: Apud arithmeticos principium numeri non eſt numerus. Itẽ cauſa naſcẽdi ipſa nõ naſcitur: & ipſa ergo motus cauſa ut initiũ nõ moueatur. Ergo anima quæ initium motus eſt: non mouetur. Additur hoc quoq;: Nunq̃ inquit fieri poteſt ut circa unam eandemq; rem uno eodemq; tempore contra-

rietates ad unum idemq; pertinentes eueniant. Scimus autem quia mouere facere eſt: & moueri pati eſt. Ei igitur quod ſe mouet ſimul euenient duo ſibi contraria & facere & pati: quod īpoſſibile eſt. Anima igitur non poteſt ſe mouere. Item dicit: Si animæ eſſentia motus eſſet nunq̄ quieſceret a motu: nihil enim eſt quod recipiat eſſentiæ ſuæ contrarietatem: Nam ignis nunquā frigidus erit: nec nix unquam ſponte caleſcet: anima autem nonnunquā a motu ceſſat: non enim ſemper corpus uidemus agitari: Non igitur animæ eſſentia motus eſt: cuius contrarietatē receptat. Ait etiā: Anima ſi aliis cauſa motus eſt: ipſa ſibi cauſa motus eſſe non poterit. Nihil eſt enim inquit quod eiuſdē rei ſibi cauſa ſit: cuius eſt alii: ut medicus ut exercitator corporū ſanitatem uel ualentiā quā ille ægris: hic luctatoribus præſtat: non utiq; ex hoc etiam ſibi præſtant. Item dicit. Omnis motus ad exercitium ſui inſtrumento eget: ut ſingularum artiū uſus docet. Ergo uidendum ne & animæ ad ſe mouendum inſtrumento opus ſit. Quod ſi impoſſibile iudicatur: & illud impoſſibile erit: ut anima ipſa ſe moueat. Item dicit: Si mouetur anima: ſine dubio cum reliquis motibus & de loco in locum mouetur: Quod ſi eſt: modo corpus ingreditur: modo rurſus egreditur: & hoc frequenter exercet. Sed hoc uidemus fieri non poſſe. Non igitur anima mouetur. His quoq; addit. Si anima ſe mouet: neceſſe eſt ut ab aliquo motus genere ſe moueat. Ergo aut in loco ſe mouet: aut ſeipſam pariendo ſe mouet: aut ſeipſam conſumendo: aut ſe augendo: aut ſe minuendo: hæc ſunt enim inquit motus genera. Hæc autem ſingula quemadmodum poſſunt fieri requiramus. Si in loco ſe mouet: aut in rectam lineam ſe mouet: aut ſpærico motu in orbem rotatur: ſed recta linea infinita nulla eſt. Nam quæcunq; in natura intelligatur linea: quocūq; fine ſine dubio terminatur: Si ergo per lineam terminatam anima ſe mouet: nō ſemper mouetur: nā cum ad finem uenerit & inde rurſus in exordium reditur: neceſſe eſt interſticium motus fieri in ipſa permutatione redeundi: Sed nec in orbem rotari poteſt: quia omnis ſpæra circa aliquid īmobile quod centron uocamus mouetur. Si ergo & anima ſic mouetur: aut intra ſe habeat quod īmobile eſt: & ita fit ut nō tota moueatur: aut ſi non intra ſe habet: ſequitur aliud non minus abſurdum: ut centron foris ſit: quod eſſe non poterit. Conſtat ergo ex his ait quod in loco ſe non moueat. Sed ſi ipſa ſe parit: ſequitur ut eandem & eſſe & non eſſe dicamus. Si uero ſeipſa conſumit: non erit immortalis. Quod ſi ſe aut auget aut minuit eadem ſimul & maior ſe & minor reperietur: Ex his talem colligit ſyllogiſmū: Si anima ſe mouet: aliquo motus genere ſe mouet: nullum autem motus genus quo ſe moueat inuenitur: non igitur ſe mouet. Contra has tam ſubtiles & argutas & ueriſimiles argumentationes accingendum eſt ſecundum ſectatores Platonis qui inceptum quo Ariſtoteles tam ueram tamq; ualidam

Motus genera.

diffinitionē magiſtri ſauciare tentauerat: ſubruerunt. Neq; uero tam ime
mor mei aut ita animatus ſum: ut ex ingenio meo uel Ariſtoteli reſiſtā:
uel adſim Platoni: ſed ut quiſq; magnorū uirorū qui ſe Platonicos dici
gloriabuntur: aut ſingula aut bina defenſa ad oſtentationem ſuorū ope
rū reliquerunt: collecta hæc in unū continuæ defenſionis corpus coa-
ceruaui adiecto ſi quid poſt illos aut ſentire fas erat: aut audire in intel-
lectū licebat: Et quia duo ſunt quæ aſſerere conatus eſt. Vnū ꝙ dicit ni
hil eſſe quod ex ſe moueatur: alterū quo animā hoc eſſe non poſſit con
firmat. Vtriq; reſiſtendū eſt: ut & conſtet poſſe aliquid ex ſe moueri: &
animā hoc eſſe clareſcat. In primis igitur illius diuiſionis oportet nos ca
uere præſtigias in qua enumerans aliqua quæ ex ſe mouentur: & oſten-
dens illa quoq; ab alio moueri: ideſt a cauſa interius latente: uidetur ſi-
bi probaſſe omnia quæ mouentur etiam ſi ex ſe moueri dicantur: ab alio
tamen moueri. Huius enim rei pars uera eſt: ſed eſt falſa concluſio.

Argumenta platonica cōtra Ariſtotelē de motu animæ.

Nam eſſe aliqua quæ cum ex ſe moueri uideantur: ab alio tamen con-
ſtet moueri: nec nos diffitemur: non tamen omnia quæ ex ſe mouentur
hoc ſuſtinent ut ab alio ea moueri neceſſe ſit. Plato enim cum dicit ani-
mam ex ſe moueri: ideſt cum αὐτοκίνητον uocat: non uult eam inter il
la numerari: quæ ex ſe quidem uidentur moueri: ſed a cauſa quæ intra ſe
latet mouentur: ut mouentur animalia authore quidem alio ſed occul-
to: nam ab anima mouentur: aut ut mouentur arbores: quarum etſi non
uidetur agitator: a natura tamen eas interius latente conſtat agitari. Sed
Plato ita dicit animam ex ſe moueri ut non aliam cauſam uel extrinſe-
cus accidentem uel interius latentem huius motus dicat authorem. Hoc
queādmodum accipiendū ſit inſtruemus. Ignem calidum uocamus: ſed
& ferrum calidum dicimus: & niuem frigidam & ſaxum frigidum nun-
cupamus: mel dulce: ſed & mulſum dulce uocitamus. Horū tamen ſin-
gula de diuerſis diuerſa ſignificant. Aliter enim de igne aliter de ferro ca-
lidi nomen accipiemus: quia ignis per ſe calet: nō ab alio fit calidus. Con
tra: ferrū non niſi ex alio caleſcit: ut nix frigida: ut mel dulce ſit: non aliun
de contingit. Saxo tamē frigus uel mulſo dulcedo a niue uel melle pro-
ueniunt. Sic & ſtare & moueri tam de his dicitur: quæ ab ſe uel ſtant uel
mouentur: q̄ de illis quæ uel ſiſtuntur uel agitantur ex alio. Sed quibus
moueri ab alio uel ſtare contingit: hæc & ſtare deſinūt & moueri. Qui
bus autem idem eſt & eſſe & moueri: nunq̄ a motu ceſſant: quia ſine eſ-
ſentia ſua eſſe non poſſunt: Sicut ferrum amittit calorem: ignis uero ca
lere non deſinit. Ab ſe ergo mouetur anima licet & animalia uel arbores
per ſe uideantur moueri. Sed illis quāuis interius latens alia tamen cau-
ſa. ideſt anima uel natura motū miniſtrat: ideo & amittūt hoc quod aliun
de ſumpſere: Aia uero ita per ſe mouetur ut ignis per ſe calet nulla ad-
uenticia cauſa uel illum calefaciente uel hanc mouēte. Nam cum ignem

calidum dicimus non duo diuerſa concipimus:unum quod calefacit:alterum quod calefit: ſed totum calidum ſecundum ſuam naturam uocamus: cum niuem frigidam:cum mel dulce appellamus: non aliud quod hanc qualitatem præſtat: aliud cui præſtatur accipimus. Ita & cum animam per ſe moueri dicimus: non gemina conſideratio ſequitur mouentis & moti: ſed in ipſo motu eſſentiã eius agnoſcimus: quia quod eſt in igne nomen calidi:in niue uocabulum frigidi: appellatio dulcis in melle: hoc neceſſe eſt de anima αὐτοκίνητον nomen intelligi:quod latina conuerſio ſignificat per ſe moueri. Nec te confundat quod moueri paſſiuum uerbum eſt:Nec ſicut ſecari cum dicitur duo pariter cõſiderantur: quod ſecat:& quod ſecatur. Item cum teneri dicitur duo intelliguntur : quod tenet:& quod tenetur: ita hic in moueri duarum rerum ſignificationem putes: quæ mouet: & quæ mouetur. Nam ſecari quidem & teneri paſſio eſt:ideo conſideratione & facientis & patientis amplectitur. Moueri autem cum de his quidem dicitur quæ ab alio mouentur utranq; conſiderationem ſimiliter repræſentat. De eo autẽ quod ita per ſe mouetur:ut ſit αὐτοκίνητον cum moueri dicitur: quia ex ſe non ex alio mouetur:nulla poteſt ſuſpicio paſſionis intelligi. Nam & ſtare licet paſſiuum uerbum non eſſe uideatur: cũ de eo tamen dicitur quod ſtat alio ſiſtente: ut ſtant terræ defixæ haſtæ, ſignificat paſſionem. Sic & moueri licet paſſiuum ſonet:quando tamen nihil in eſt faciens: patiens ineſſe non poterit. Et ut abſolutius liqueat non uerborum ſed rerum intellectu paſſionem ſignificari: ecce ignis cum fertur ad ſuperna: nihil patitur : cum deorſum fertur:ſine dubio patitur: quia hoc non alio ĩpellente non ſuſtinet: & cum unum idemq; uerbum proferatur:paſſionem tamen modo ineſſe: modo abeſſe dicimus. Ergo & moueri idem in ſignificatione eſt quod calere & cum calere ferrum dicimus uel ſtilum moueri:quia utriq; aliunde peruenit: paſſionem eſſe fatemur. Cum uero aut ignis calere aut moueri anima dicetur:quia illius in calore & in motu huius eſſentia eſt:nullus hic locus relinquitur paſſioni: ſed ille ſic calere: ſicut moueri iſta dicetur.

Eſſentia

Hoc loco Ariſtoteles argutam de uerbis calumniam ſartiens Platonem quoq; ipſum duo: ideſt quod mouet & quod mouetur ſignificaſſe contendit dicendo. Solum igitur quod ſeipſum mouet: quia nunquã deſeritur a ſe: nunq̃ ne moueri quidẽ deſinit: & aperte illum duo expreſſiſſe proclamat his uerbis:quod mouet & mouetur. Sed uidetur mihi uir tantus nihil ignorare potuiſſe:ſed in exercitio argutiarũ talium conuenientem ſibi operam ſponte luſiſſe. Cæterum quis non aduertat cũ quid dicitur ſeipſum mouere: non duo intelligenda? ſicut & cum dicitur ἑαυτὸν τιμωρούμενος: ideſt ſe puniens: non alter qui punit: alter qui punitur? Et cum ſe perdere ſe inuoluere: ſe liberare quis dicitur: non neceſſe eſt unũ facientẽ: alterum ſubeſſe patientẽ. Sed hoc ſolũ intellectu

huius elocutionis exprimitur: ut qui ſe punit: aut qui ſe liberat: non ab alio hoc accepiſſe ſed ipſe ſibi aut intuliſſe aut præſtitiſſe dicatur. Sic & de αυτοκινητου cū ditur ſeipſum mouet: ad hoc dicitur ut extimationem alterius mouentis excludat: quā uolens Plato de cogitatione legentis eximere: his quæ præmiſit expreſſit. Nā quod ſemper ait mouet̃: æternum ē: quod aūt motū affert alicui: quodq; ipſum mouetur aliūde: quando finē habet motus: uiuendi finē habeat neceſſe eſt. Quid his uerbis inuenitur expreſſius: clara ſignificatione teſtantibus nō aliunde moueri qđ ſeipſum mouet? cū animā ob hoc dicat æternā: quia ſeipſam mouet & nō mouetur aliunde. Ergo ſe mouere hoc ſolū ſignificat: nō ab alio moueri. Nec putes ꝙ idē moueat: idēq; moueat̃: ſed moueri ſine alio mouēte ſe: mouere eſt. Aperte ergo conſtitit quia nō omne quod mouetur: ab alio mouetur. Ergo ἀυτοκινητον poteſt nō ab alio moueri: Sed ne a ſe qdē mouetur: ut in ipſo aliud ſit: quod mouet: aliud quod mouetur: nec ex toto nec ex parte: ut ille ꝓponit: ſed ob hoc ſolū ſeipſum mouere dicit̃: ne ab alio moueri exiſtimet̃: Sed & illa de motibus Ariſtotelica diuiſio quā ſupra rettulimus: ſurripienti magis apta eſt q̄ probāti: in qua ait: Sicut eſt quod mouetur & nō mouet: ita eſt quod mouet & nō mouetur. Conſtat enim ꝙ omne quicquid mouetur mouet alia: uti dicitur aut gubernaculum nauem: aut nauis circūfuſum ſibi aerem: uel undas mouere. Quid autē eſt quod non poſſit aliud dum ipſum mouetur impellere? ergo ſi uerū non eſt: ea quæ mouentur alia non mouere: non conſtat illud: ut aliquid quod moueat: nec tamen moueatur inuenias. Illa igitur magis probanda eſt in decimo de legibus a Platone motuū prolata diuiſio. Omnis motus inquit: aut ſe mouet & alia: aut ab alio mouetur: & alia mouet. Et prior ad animā: ad omnia uero corpora ſecundus refertur. Hiꝰ ergo duo motus differentia ſeparantur: & ſocietate iungūtur. Cōmune hoc habēt: ꝙ & prior & ſecūdus mouent alia: Hoc autē differunt: ꝙ ille a ſe: hic ab alio mouetur. Ex his omnibus quæ eruta de platonicorū ſenſuū fœcunditate collegimus: conſtitit non eſſe uerū: omnia quæ mouentur ab alio moueri. Ergo nec principiū motus ad deprecandā alterius mouentis neceſſitatem ſtare dicetur: quia poteſt ſeipſum (ut diximus) mouere alio non mouente: Eneruatus eſt igitur ſyllogiſmus quem præmiſſa uaria & multiplici diuiſione collegerat. Ideſt: Anima principium motus eſt. principium autem motus non mouetur. igitur anima non mouetur. Reſtat ut quia conſtitit poſſe aliquid per ſe moueri: alio non mouente: animam hoc eſſe doceatur. Quo facile docebitur: ſi de manifeſtis & indubitabilibus argumenta ſumamus: Homini motum aut anima præſtat: aut corpus: aut de utroq; permixtio. Et quia tria ſunt de quibus inquiſitio iſta procedit: cum neq; a corpore neq; a permixtione præſtari hoc poſſe conſtiterit: reſtat ut ab anima moueri hominē nulla dubitatio ſit. Nunc

de ſingulis ac primum de corpore loquamur. Nullum inanimum corpus ſuo motu moueri manifeſtius eſt q̄ ut aſſerẽdum ſit. nihil eſt autem quod dum immobile ſit:aliud poſſit mouere:igitur corpus hominẽ non mouet. Videndum ne forte animæ & corporis ipſa permixtio hunc ſibi motum miniſtrent. Sed quia conſtat motum corpori non eſſe:ſi nec animæ ineſt: Ex duabus rebus motu carentibus nullus motus efficitur: ſicut nec ex duabus dulcibus: amaritudo: nec ex duabus amaris dulcedo proueniet:nec ex gemino frigore calor:aut frigus ex gemino calore naſcetur. Omnis enim qualitas geminata creſcit:nunq̄ ex duplicatis ſimilibus contrarietas emergit. ergo nec ex duabus immobilibus motus erit. Hominem igitur permixtio non mouebit. Hinc inexpugnabilis ſyllogiſmus ex confeſſarum rerũ indubitabili luce colligitur. Animal mouetur: Motũ autẽ animali aut aia præſtat: aut corpus: aut ex utroq; permixtio. ſed neq; corpus neq; permixtio motũ præſtat. igitur aia motum præſtat. Ex his apparet animam initium motus eſſe: initium autem motus tractatus ſuperior docuit per ſe moueri. Animã ergo αυτοκινητον eſſe: ideſt per ſe moueri:nulla dubitatio eſt. Hic ille rurſus obloquitur & alia de initiis diſputatione confligit. eadem enĩ hic ſoluendo repetemus: quæ ſupra in ordinem obiecta digeſſimus. Non poſſunt inquit eadem initiis ſuis eſſe quæ inde naſcuntur:& ideo anima quæ initium motus eſt: non moueri ne idem ſit initiũ: & quod de initio naſcitur: ideſt ne motus ex motu ꝓceſſiſſe uideatur. Ad hæc facilis & abſoluta reſponſio eſt: quia ut principia & hæc quæ de principiis prodeunt in aliquo nõnunq̄ inter ſe differre fateamur: Nunquã tamen ita ſibi poſſunt eſſe cõtraria: ut aduerſa ſunt ſibi:ſtare:& moueri: nã ſi albi initium nigrum uocaretur: & ſiccum eſſet humoris exordium: bonum de malo:ex amaro initio dulce procederet. Sed non ita eſt:quia uſq; ad contrarietatẽ initia & ſequentia diſſidere natura non patitur. Inuenitur tamen inter ipſa nõnunq̄ talis differẽtia qualis inter ſe origini progreſſioniq; conueniat: ut eſt hic quoq; inter motũ quo mouetur anima:& quo mouet cætera. Non enim animã Plato simpliciter motum dixit: ſed motum ſe mouentẽ. inter motum ergo ſe mouentem:& motum quo mouet cætera: quid interſit in aperto eſt: Siquidem ille ſine authore eſt:hic aliis motus author eſt. Conſtitit ergo neque adeo poſſe initia ac de initiis procreata differre ut contraria ſibi ſint: nec tamen hic moderatam differentiam defuiſſe. Non igitur ſtabit principiũ motus:quod ille artifici concluſiõe collegit. His tertia (ut meminimus) ſucceſſit obiectio: Vni rei contraria ſimul accidere nõ poſſe: ut quia contraria ſibi ſunt mouere: & moueri. non poſſe aiam ſe mouere:ni eadem & moueatur:& moueat. Sed hoc ſuperius aſſerta diſſoluunt: Siquidẽ conſtitit in animæ motu duo non intelligẽda:quod moueat & quod moueatur: quia nihil aliud eſt ab ſe moueri:q̄ moueri alio non mouente. Nul-

la eſt contrarietas: ubi quod fit unum ē: quia fit non ab alio circa alium: quippe cū̄ ipſe motus animæ ſit eſſentia. Et hoc ei (ut ſupra rettulimus) nata eſt occaſio quarta certaminis. ſi animæ eſſentia motus eſt inquit: cur interdum quieſcit? cum nulla alia res cōtrarietatē̄ propriæ admittat eſſen tiæ? Ignis cuius eſſentiæ calor ineſt: calere non deſinit: Et quia frigidū̄ niuis in eſſentia eius eſt: non niſi ſemper eſt frigida. Et anima igitur eadem ratione nunq̄ a motu ceſſare deberet. Sed dicat uelim quando ceſſare animam ſuſpicatur? Si mouendo ſe: inquit: moueat & corpus neceſſe ē: utiq; quando non moueri corpus uideamus: animam quoq; intelligamus non moueri. Contra hoc in promptu eſt gemina defenſio. Primum quia non in hoc depræhēditur motus animæ: ſi corpus agitetur: Nam & cum nulla pars corporis moueri uidetur in homine: tamen ipſa cogitatio aut i quocunq; animali auditus: uiſus: odoratus & ſimilia: ſed & inquiete ipſa ſperata ſomniare: omnia hæc motus animæ ſunt. Deinde quis ipſum corpus dicat immobile? etiam dum nō uidetur agitari: cum incremēta membrorum aut ſi iam creſcendi ætas & tempus exceſſit: cum ſaltus cordis ceſſationis impatiens: cum cibi ordinata digeties naturali diſpenſatione inter uenas & uiſcera ſuccum miniſtrans: cum ipſa collectio fluentorum perpetuum corporis teſtetur agitatum. Et anima igitur æterno & ſuo motu: ſed & corpus quādiu ab initio & cauſa motus animatur ſemper mouetur. Hinc eidem fomes quintæ ortus eſt quæſtionis. Si anima inquit aliis cauſa eſt motus: ipſa ſibi cauſa motus eſſe non poterit: quia nihil eſt quod eiuſdem rei ſibi & aliis cauſa ſit. Ego uero licet facile poſſim probare plurima eſſe quæ eiuſdem rei & ſibi & aliis cauſa ſint: ne tamen ſtudio uidear omnibus quæ aſſerit obuiare: hoc uerum eſſe concedam: quod & pro uero habitum ad aſſerendum motum animæ non nocebit. Et enim animam initium motus & cauſam uocamus: de cauſa poſt uidebimus. Interim conſtat omne initium ineſſe rei cuius eſt initium: & ideo quicquid in quācūq; rē̄ ab initio ſuo proficiſcitur hoc in ipſo initio reperitur: ſic initium caloris non poteſt non calere. ignem ipſum de quo calor in alia tranſit: quis neget calidum? ſed ignis inquit non ſe ipſe calefacit: quia natura totus eſt calidus. Teneo quod uolebam: nam nec anima ita ſe mouet: ut ſit inter motum mouentemq; diſcretio: ſed tota ita ſuo motu mouetur: ut nihil poſſis ſpærare quod moueat. Hæc de initio dicta ſufficient. De cauſa uero quoniam ſpontanea conueniētia conceſſimus ne quid eiuſdem rei & ſibi & aliis cauſa ſit libenter acquieſcimus: ne anima quæ aliis cauſa motus eſt ac ſibi: cauſa motus eſſe uideatur. His enim cauſa motus eſt: quæ non mouerentur: ni ipſa præſtaret. Illa uero ut moueatur non ſibi ipſa largitur: ſed eſſentiæ ſuæ eſt: q̄ mouetur. Ex hoc quæſtio quæ naſcitur abſoluta eſt: tunc enim forte concedam ut ad motus exercitium inſtrumenta quærantur: quando aliud eſt quod

digeries

mouet: aliud quod mouetur. in anima uero hoc nec ſcurrilis iocus ſine damno iracundiæ audebit expetere: cuius motus eſt in eſſentia: cũ ignis licet ex cauſa inter ſe latente moueatur: nullis tamen inſtrumentis ad ſuperna conſcendat. Multoq; minus hæc in anima quærenda ſunt: cuius motus eſſentia ſua eſt. In his etiam quæ ſequuntur: uir tantus & alias ultra cæteros ſæuus: ſimilis cauillanti ẽ. Si mouetur inqt anima inter cæteros motus: etiam de loco i locum mouet᷑. ergo modo: ait: corpus egredit᷑: mõ rurſus igredit᷑ & i hoc exercitio ſæpe uerſat᷑: qđ fieri nõ uidemus: nõ igitur aĩa mouetur. Contra hoc. Nullus eſt qui non ſine hæſitatione reſpondeat: non omnia quæ mouentur etiam de loco in locum moueri. Aptius deniq; in eum ſimilis interrogatio requirenda eſt. Moueri arbores dicis? quod cũ ut opinor annuerit: pari dicacitate ferietur. Si mouentur arbores: ſine dubio (ut tu dicere ſoles) inter alios motus etiam de loco in locum mouentur. Hoc autem uidemus per ſeipſas facere nõ poſſe. igitur arbores non mouẽtur: Sed ut hunc ſyllogiſmum additamento ſerium facere poſſimus poſtq̃ dixerimus: ergo arbores non mouentur. adiiciemus: ſed mouentur arbores. non igitur omnia quæ mouẽtur etiam de loco in locum mouentur. & ita finis in exitum ſanæ concluſionis euadet. Si ergo arbores fatebimur moueri quidẽ: ſed apto ſibi motu: cur hoc animæ negemus ut motu eſſentiæ ſuæ conueniente moueatur? Hæc & alia ualidæ dicerentur etiam ſi hoc motus genere moueri anima non poſſet. cum uero & corpus animet acceſſu: & a corpore certa conſtituti temporis lege diſcedat: quis eam neget etiam in locum (ut ita dicam) moueri? Quod autem nõ ſæpe ſub uno tempore acceſſum uariat & receſſum: facit hoc diſpoſitio archana & conſulta naturæ: quæ ad aĩalis uitam certis uinculis continendam tm̃ animæ iniecit corporis amorem: ut amet ultro quod iuncta ẽ: raroq; cõtingat: ut finita quoq; lege temporis ſui mœrens & inuita diſcedat. Hac quoq; obiectione (ut arbitror) diſſoluta: ad eas iterrogatiões quibus nos uidetur urgere ueniamus Si mouet iquit ſe anima: aliquo motus genere ſe mouet: dicendum ne eſt igitur aĩam ſe i locũ mouere? ergo ille locus aut orbis aut linea ẽ. An ſeparando ſeu cõſumendo mouetur? ſe ne auget: an minuit? aut proferatur in mediũ ait aliud motus genus: quo eam dicamus moueri. Sed omnis hæc iterrogationũ moleſta cõgeries: ex una eademq; defluit male conceptæ diffinitiõis aſtutia. Nã quia ſemel ſibi ꝓpoſuit omne quod mouetur: ab alio moueri. oĩa hæc motuũ genera in aĩa quærit: i quibus aliud ẽ qđ mouet: aliud qđ mouetur: cũ nihil hoꝝ cadere i aĩam poſſit: i qua nulla diſcretio eſt mouẽtis & moti. Quis eſt igitur dicet aliquis: aut unde itelligit᷑ aĩæ motus: ſi horum nullus eſt? ſciet hoc quiſquis noſce deſiderat: uel Platone dicẽte uel Tullio: Quin etiã cæteris q̃ mouẽtur: hic fons: hoc principium eſt mouendi. Quanta ſit aũt uocabuli huius expreſſio: quo aĩa fons motus uocatur:

tem profeſſis. Corrugato indicauere uultu plærięꝫ de conſidẽtibus: Euã geli interuentum ocio ſuo inamœnũ: minuſqꝫ placido cõuentui cõgruẽtem: Erat enim amarulenta dicacitate: & lingua proterue mordaci: procax ac ſecurus offenſaꝝ: quas ſine delectu cari uel non amici in ſe paſſim uerbis odia ferentibus prouocabat. Sed prætextatus ut erat in omnes æque placidus ac mitis: ut admitterentur: miſſis obuiis imperauit: quos Horus ingredientes Cõmodum cõſecutus comitabatur: uir corpore atqꝫ animo iuxta ualidus: qui poſt integer pugiles palmas: ad philoſophiæ ſtudia migrauit: ſectãqꝫ Anthiſtenis: & Crateis: atqꝫ ipſius Diogenis ſecutus inter cynicos nõ incelebris habeať. Sed Euangelus poſtq̃ cœtũ tantũ aſſurgentẽ ſibi ingreſſus offendit: caſus ne inquit hos omnes ad te Prætextate contraxit: an altius quiddã: cui remotis arbitris opus ſit cogitaturi ex diſpoſito conueniſtis? Quod ſi ita eſt (ut exiſtimo) abibo potius: q̃ me ueſtris miſcebo ſecretis: a quibus me amouebit uolũtas. licet fortuna fecíſſet irruere. Tum Vectius q̃uis ad omnẽ patientiã conſtanter animi tranquillitate firmus eſſet: nõ nihil tamen cõſultatione tam proterua motus. Si aũt me inquit Euangele: aut hæc innocentiæ lumina cogitaſſes. nullum inter nos tale ſecretũ opinareris: quod non uel tibi: uel & uulgo fieri dilucidũ poſſet: quia neqꝫ ego ſum immemor: nec hoꝝ queq̃ inſcium credo ſancti illius præcepti philoſophiæ: Sic loquendũ eſſe cũ hoibus: tãq̃ dii audiant: ſic loquendũ cũ diis: tanq̃ homines audiant. Cuius ſecunda pars ſancit: ne quid a diis petamus: quod uelle nos indecoꝝ ſit hominibus confiteri. Nos uero ut & honorẽ ſacris feriis haberemus: & uitaremus tamen torporem feriandi: atqꝫ ocium ĩ negotium utile uerteremus: cõuenimus: diem totum doctis fabulis uelut ex ſymbolo cõferendis daturi. Nam ſi per ſacra ſolẽnia riuos deducere religio nulla prohibet. Si ſalubri fluuio merſare oues fas & iura permittũt: cur nõ religionis honor putetur: dicare ſacris diebus ſacrũ ſtudiũ litteraꝝ? Sed quia uos quoqꝫ deoꝝ aliquis nobis additos uoluit: facite: ſi uolẽtibus uobis erit: diem cõmunibus & fabulis & epulis exigamus: quibus ut omnes hodie qui præſentes ſunt acquieſcant: impetratum teneo. Tunc ille: Superuenire fabulis non euocatos: haud equidem turpe exiſtimatur: ueꝝ ſponte irruere in conuiuiũ aliis præparatũ: nec ab Homero ſine nota: uel in fratre: memoratum eſt. Et uide ne nimiũ arroganter tres tibi uelis Menelaos contigiſſe: cum illi tanto regi unus euenerit. Tum omnes Prætextatum iuuantes orare: blandeqꝫ ad cõmune inuitare conſortiũ: Euãgelum quidẽ ſæpius & maxime: ſed nõnunq̃ cum eo pariter ingreſſos. Inter hæc Euangelus petitu omnium temperatus. M. Varonis inquit librũ uobis arbitror non ignotum ex ſatyris menippeis qui inſcribitur: Neſcis quid ueſper uehat. in quo conuiuaꝝ numerũ hac lege definit: ut neqꝫ minor q̃ gratiarum ſit: neqꝫ q̃ muſaꝝ numeroſior. Hic uideo excæpto rege conuiuii tot uos eſſe

Amarulẽtus

Commodũ

Ex diſpoſito

Loquẽdũ niſi qđ a diis & hoibus audiri poſſit.

Symbolum

Cõuiuantiũ qui eſſe debeat numerus.

hermolaũ barbaꝝ caſtig. 30

quot ſunt muſæ. Quid ergo perfecto numero quæritis? adiiciendos? Et Vectius hoc inquit præſentia ueſtra nobis præſtabit:ut & muſas impleamus:& gratias:quas ad feſtum deoꝝ omniũ principis æquum eſt conuenire. Quũ igit᷑ conſediſſent:Horus auienũ intuens:quẽ familiarius frequẽtare ſolitus erat:In hoc inquit Saturni cultu:quẽ deoꝝ principẽ dicitis:ritus uidetur ab ægyptioꝝ religioſiſſima gente in arcana templorum uſq; ad Alexãdri Macedonis occaſum defluiſſe:poſt quẽ tyrãnide Ptolemæoꝝ preſſi hos quoq; deos in cultũ recipere:alexandrinoꝝ more:apud quos præcipue colebãtur:coacti ſunt. Ita tamen imperio paruerũt:ut nõ omnino religionis ſuæ obſeruata cõfunderẽt. Nã quia nunq̃ fas fuit ægyptiis:pecudibus aut ſanguine:ſed precibus & thure ſolo placare deos: His aũt duobus aduenis hoſtiæ erant ex more mactãdæ:fana eoꝝ extra

Pomerium.

pomeriũ locauerũt:ut & illi ſacrificii ſolenni: ſibi cruore colerent᷑: nec tamen urbana templa pecudũ morte polluerent᷑. Nullum itaq; ægypti oppidũ intra muros ſuos aut Saturni aut Serapis fanum recipit. Horũ alterum uix ægereq; a uobis admiſſum audio:Saturnum uero uel maximo iter cæteros honore celebratis. Si ergo nihil eſt quod me hoc ſcire prohibeat:uolo in mediũ ꝓferat᷑. Hic Auienus in prætextatũ expectationẽ cõſulentis remittens:Licet oẽs ait:qui adſunt:pari doctrina polleant: ſacrorum tamẽ oĩum Vectius unice cõſcius põt tibi & originẽ cultus: q huic deo pendit᷑:& caſum feſti ſolennis aperire. Quod quũ prætextatus i alios refundere tentaſſet:oẽs ab eo impetrauerũt:ut ipſe diſſereret. Tũc ille ſilentio facto ita exorſus eſt.

Saturnaliorum origo.

s Aturnaliorum originem illam mihi in mediũ proferre fas eſt : non quæ ad arcanum diuinitatis naturam refertur:ſed quæ aut fabulis admiſta diſſeritur:aut a philoſophis in uulgus aperitur:Nam oCultas & manantes ex meri ueri fonte rationes ne in ipſis quidem ſacris enarrari ꝑmittitur. Sed ſiquis illas aſſequitur: continere intra conſcientiam tectas

Ianus rex italiæ.

iubetur. Vnde quæ ſcire fas eſt : Horus noſter licebit mecum recognoſcat. Regionem iſtam:quæ nunc uocatur Italia regno Ianus obtinuit. Qui(ut Higinius Protarchum Tralianum ſecutus tradit)cum Cameſe æq; indigena terram hanc ita participata potentia poſſidebat:ut regio

Cameſenæ. Ianiculum.

Cameſene:oppidum Ianiculum uocitaret᷑. Poſt ad Ianum ſolum regnũ redactum eſt:qui creditur geminam faciẽ prætuliſſe:ut quæ ante:quæq; poſt tergum eſſent:intueretur. Quod proculdubio ad prudentiam regis ſolertiamq; referendum eſt:qui & præterita noſceret:& futura proſpice-

Anteuorta. Poſtuorta.

ret:ſicut Anteuorta & Poſtuorta diuinitatis ſcilicet aptiſſimæ comites: apud romanos coluntur. Hic igitur Ianus cum Saturnum claſſe peruectum excœpiſſet hoſpitio:& ab eo edoctus peritiam ruris:ferum illum &

Saturnus ſuſceptus

rudem ante fruges cognitas uictum in melius redegiſſet:regni eum ſocietate munerauit. Quum primus quoq; æra ſignaret:ſeruauit & in hoc Sa

turni reuerentiam:ut quoniam ille naui fuerat aduectus:ex una quidem parte ſui capitis effigies:ex altera uero nauis exprimeretur: quo Saturni memoriam etiã in poſteros ꝓpagaret.Aes ita fuiſſe ſignatum hodieq; in telligitur in aleæ luſum:quum pueri denarios i ſublime iactantes: capita aut nauim luſu teſte uetuſtatis:exclamant.Hos una cõcordes regnaſſe: uicinaq; oppida opera cõmuni cõdidiſſe præter Maronẽ: qui refert:ianiculũ huic:illi fuerat ſaturnia nomen:etiã illud in promptu eſt:quod poſteri quoq; duos eis continuos menſes dicarunt:ut december ſacrũ Saturni:Ianuarius alterius uocabulũ poſſideret. Q uũ inter hæc ſubito Saturnus nõ comparuiſſet:excogitauit Ianus honoꝝ eius augmentum.Ac primũ terrã omnem ditioni ſuæ parentem Saturniam nominauit. Aram deinde cũ ſacris tanq̃ deo cõdidit:quæ Saturnalia nominauit. Tot ſæculis Saturnalia præcedunt Romanæ urbis ætatẽ.Obſeruari igitur cũ iuſſit maieſtate religionis:quaſi uitæ melioris autorem.Simulacrum eius indicio eſt:cui falcẽ inſigne meſſis adiecit.Huic deo inſertiones ſurculoꝝ: pomorũq; eductiones:& oíum eiuſcemodi fertiliũ tribuunt diſciplinas. Cyrenenſes etiã quũ rem diuinam ei faciunt.ficis recentibus coronãtur: placentaſq; mutuo miſſitant: mellis & fructuũ repertorem Saturnũ extimantes.Hunc romani etiã Sterculium uocant:ꝙ prius ſtercore fœcunditatem agris cõparauerit. Regni eius tempora feliciſſima feruntur.cum propter rerũ copiam:tum etiam ꝙ nondũ quiſq̃ ſeruitio uel libertate diſcriminabatur:Q uæ res intelligi poteſt:ꝙ Saturnalibus tota ſeruis licentia ꝑmittitur.Alia ſaturnalioꝝ cauſa ſic traditur. Q ui erant ab Hercule i Italia relicti(ut quidã ferunt)irato:ꝙ incuſtoditũ fuiſſet armentum:(ut nõnulli extimant)cõſulto eos relinquẽte:ut aram ſuam atq; ædem ab incurſiõibus tuerent̃.Illi quũ a latronibus infeſtarent̃: occupato edito colle:ſaturnios ſe nominauerunt:quo ante nomine etiã idem collis uocabatur.Et quia ſe eius dei ſenſerunt nomine ac religione tutos:inſtituiſſe Saturnalia feruntur:ut agreſtes uicinorũ animos ad maiorem ſacri reuerentiam ipſa indicti feſti obſeruatio uocaret. Nec illam cauſam quæ ſaturnalibus aſſignat̃ ignoro:ꝙ pelaſgi(ſicut Varro memorat) quũ ſedibus ſuis pulſi diuerſas terras petiſſent:confluxerunt plæriq; Dodonã:& incerti qnibus adhærerent locis:eiuſmodi accæpere reſponſum.

Aeris prima ſignatura a Iano cœpta

Decẽber Saturno ſacri. Ianuarius Iano.

Saturnia urbs. Saturnalia

Sterculius Saturnus

Seruis tota licentia ſaturnalibus permiſſa.

ϛειγετε μαιομενοι σικελων σατουρνιοναιαν
την δαβορει γενεων κοτυλην ουνασοσ οχειται
οισ αναμιχθεντεσ δεκατην εκϖεμϖετε φοιβω
και κεφαλασ αδη και τω ϖατρι ϖεμϖετε φωτα

Accæptaq; ſorte:quum latium poſt errores plurimos appuliſſent:in lacu Cutulienſi natam inſulam depræhenderunt:Ampliſſimus.n.ceſpes: ſiue ille cõtinens limus:ſeu paludis fuit:coacta cõpage uirgultis & arboribus in ſiluæ licentiã cõptus: iactantibus ꝑ omne mare fluctibus uagabatur:

Cutulienſis lacus.

ut fides ex hoc etiam̃ Delo facta ſit:quæ celſa mõtibus:uaſta campis: tñ per maria migrabat. Hoc igit̃ miraculo deprehenſo:has ſibi ſedes prædi ctas eſſe didicerunt:uaſtatiſq; ſicilientibus incolis occupauere regionem decima prædæ ſecundum reſponſum Apollini cõſecrata:erectis Diti ſa cello & Saturno ara:Cuius feſtum ſaturnalia nominauerũt. Q uũq; diu humanis capitibus Ditem:& uiroꝝ uictimis Saturnum placare ſe crede rent:propter oraculum in quo erat.

και κεφαλασ αΔη και Τω ϖατρι ϖεμϖετεφωτα

Herculẽ ferunt poſtea cum Geryonis pecore per Italiã reũertẽtem ſua ſiſſe illoꝝ poſteris:ut fauſtis ſacrificiis infauſta mutarent:inferentes Diti: non hominũ capita:ſed oſcilla ad humanã effigiem arte ſimulata. Et aras ſaturnias nõ mactando uiros ſed accenſis luminibus excolẽtes:quia non ſolũ uiꝝ:ſed & lumina φῶτα ſignificant. Inde mos per Saturnalia miſſi tandis cæreis cœpit. Alii cæreos nõ ob aliud mitti putant:ꝗ ꝙ hoc princi pe ab incomi & tenebroſa uita:quaſi ad lucem̃ & bonaꝝ artiũ ſcientiam editi ſumus. Illud quoq; in litteris inuenio:ꝙ quũ multi occaſione Satur nalioꝝ per auariciã a clientibus ambitioſe munera exigerent:idq; onus te nuiores grauaret:Publicius tribunus plebis tulit:ut nõ niſi cærei ditiori bus miſſitarent̃. Hic albinus Cecina ſubiecit: Q ualem nũc permutatio nem ſacrificii Prætextate memoraſti:inuenio poſtea cõpitalibus celebra tam:cũ ludi ꝑ urbem in cõpitis agitabant̃: Reſtituti ſcilicet a Tarquino ſupbo Laribus ac Maniæ ex reſponſo Apollinis:quo præceptũ eſt: ut ca pitibus ſupplicaret̃. Idq; aliq̃diu obſeruatũ:ut pro familiaꝝ ſoſpitate pue ri mactarent̃ Maniæ deæ matri Lariũ Q uod ſacrificii genus:Iunius Bru tus conſul pulſo Tarquino aliter conſtituit celebrandũ. Nam capitibus alli & papaueris ſupplicari iuſſit:ut reſponſo Apollini ſatiſfieret de noīe capitũ:remoto.ſ.ſcelere infauſtæ ſacrificationis. Factumq; eſt: ut effigies Maniæ ſuſpenſæ pro ſinguloꝝ foribus:periculũ ſi quod imineret familiis expiarent. Ludoſq; ex uiis compitorũ in quibus agitabant̃:cõpitalia ap pellitauerunt. Sed perge cætera. & prætextatus. Bene & oportune ſimilis emendatio ſacrificioꝝ relata eſt:Sed ex his cauſis quæ de origine huius feſti relatæ ſunt:apparet Saturnalia uetuſtiora eſſe urbe romana:adeo ut ante Romam in græcia hoc ſolẽne cœpiſſe. Lucius Accius in annalibus ſuis referat: his uerbis.

Oſcilla.

Cærei mitte bãtur in Sa turnalibus.

Maniæ deæ ſacrificia.

Cõpitalia.

Saturnalioꝝ uetuſtas.

Maxima pars grauium Saturno & maxime Athenæ
Conficiunt ſacra quæ cronia eſſe iterantur ab illis.
Q uũq; diem celebrant per agros urbeſq; fere omnes
Exercent epulis læti famuloſq; procurant
Q uiſq; ſuos:noſtriq; itidem:& mos traditus illhinc
Iſte:ut cum dominis famuli epulentnr ibidem.

Nũc de ipſo dei templo pauca referenda ſunt. Tullium Hoſtiliũ quum

bis de albanis de ſabinis tertio triumphaſſet:inuenio fanum Saturno ex uoto conſecrauiſſe.Saturnalia tunc primum romæ inſtituta. Q unauis Varro libro vi.qui eſt de ſacris ædibus:ſcribat ædem Saturni ad forũ faciendum locaſſe Lucium Tarquinum regem:Titum uero Largiũ dictatorem Saturnalibus eam dedicaſſe.Nec me fugit:Gelliũ ſcribere ſenatũ decreſſe:ut ædes Saturni fieret:eiq; rei Lucium Furium tribunum militũ præfuiſſe.Habet aram.& ante ſe cœnaculum.Illic græco ritu capite operto res diuina fit:quia primo a pelaſgis:poſt ab Hercule ita eã a principio factitatam putant.Aedem uero Saturni ærarium romani eſſe uoluerunt: ꝙ tempore quo inuoluit Italiam:fertur in eius finibus nullum eſſe futurum cõmiſſum:aut quia ſub illo nihil erat cuiuſq̃ priuatum. Nec ſignare ſolum:aut partiri limite campum fas erat:in medium q̃rebant:Ideo apud eum locaretur populi pecunia cõmunis ſub quo fuiſſent cunctis uniuerſa cõmunia.Illud non omiſerim:Tritonas cum buccinis faſtigio Saturni ædis ſuperpoſitos:quoniam ab eius cõmemoratione ad noſtram ætatem hiſtoria elata & quaſi uocalis eſt:ante uero muta & obſcura & incognita quod teſtantur caudæ Tritonum humi merſæ & abſconditæ.Cur autem Saturnus ipſe in compedibus uiſatur:Verius Flaccus cauſam ſe ignorare dicit.Verum mihi Apollodori lectio ſuggerit. Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo uinculo:& ſolui ad diem ſibi feſtum.i. mẽſe hoc decembri.Atq; inde prouerbium dictum:Deos laneos pedes habere.Significari uero decimo menſe ſemen in utero animatum in uitã grandeſcere:ꝙ donec erumpat in lucem:mollibus naturæ uinculis detinetur.Eſt porro idem κρονοσ καιχρονοσ.Saturnum enim in quantũ mythici fictionibus diſtrahuunt:in tantum phyſici ad quandam ueri ſimilitudinem reuocant.Hinc aiunt abſcidiſſe Cælii patris pudenda:quibus in mare deiectis:Venerem procreatam: quæ a ſpuma undæ coaluit ἀφροδιτη nomen accipit:Ex quo intelligi uolunt quũ chaos eſſet tempora non fuiſſe.Si quidem tempus eſt certa dimenſio:quæ ex cæli cõuerſione colligitur.Tempus cœpit inde.Ab ipſo natus putatur κρονοσ:qui (ut diximus)χρονοσ eſt.Q uũq; ſemina rerum omnium poſt cælum gignendarum de cælo fluerent:& elementa uniuerſa quæ mundo plenitudinem facerent:ex illis ſeminibus funderentur:ubi mundus omnibus ſuis partibus membriſq; perfectus eſt:Certo iam tempore finis factus eſt procedendi de cælo ſemina ad elementorum conceptionem:quippe quæ iam plena fuerant procreata.Animalium uero æternam propagationem ad Venerem generandi facultas ex humore tranſlata eſt : ut per coitum maris fœminæq; cuncta deinceps gignerentur.Propter abſciſſorum pudendorum fabulam:etiam noſtri eum Saturnum uocitauerũt ϖαρατην σαθην:quod membrum uirile declarat.ueluti Saturnum:Vnde ſatyros etiam ueluti ſathumos(ꝙ ſint in libidinẽ proni) appellatos opinantur.

Saturni fanũ

Saturni ædes Aerariũ romæ.

Tritones in faſtigio ædis ſaturni.

Saturnus cur uiſatur in cõpedibus.

prouerbiũ

Venus unde.

Tempus.

Saturnus un.

Satyri.

Falcē̃ ei quidam putant attributam:ꝙ tempus omnia metat exercet & incidat. Hunc aiunt filios ſuos ſolitum deuorare:eoſdḗq; rurſus euomere. Per quod ſimiliter ſignificat̃:eum tē̃pus eſſe:a quo uicibus cuncta gignantur abſumanturq; & ex eo denuo renaſcantur. Eundem a filio pulſum:quid aliud eſt:q̃ tempora ſeneſcentia ab his quæ poſt ſunt nata depelli: Vinctum autem:ꝙ certa lege naturæ connexa ſint tempora:uel ꝙ omnes fruges quibuſdam uinculis nodiſq; alternentur. Nam & falcem uolunt fabulæ in ſiciliam decidiſſe:quod ſit terra iſta uel maxime fertilis.

Ianus unde. & cur biftõs

Et quia Ianum cum Saturno regnaſſe memorauimus:De Saturno autē̃ quid mithici uel phyſici exiſtiment iam relatum eſt:De Iano quoq; quid ab utriſq; iactetur in medium proferemus Mythici referunt:regnante Iano omnium domos religione ac ſanctitate fuiſſe munitas:Icircoq; ei diuinos honores eſſe decretos:& ob merita introitus & exitus æditum eidem conſecratos. Xenon quoq; primo italicarum tradit: Ianum in italica primum diis templa feciſſe:& ritus inſtituiſſe ſacrorum: ideo eum in ſacrificiis præfationem meruiſſe perpetuam. Quidam ideo eum dictum bi frontem putant:ꝙ & præterita ſciuerit:& futura prouiderit. Sed phyſici eum magis conſecrant argumē̃tis diuinitatis. Nam ſunt qui Ianum eundem eſſe:atq; Apollinem:& Dianam dicant:& in hoc uno utrũq; exprimi numen affirment. Et.n.ſicut Nidus quoq; refert: apud græcos apollo colitur:qui θυραῖος uocatur:eiuſq; aras ante fores ſuas celebrant: ipſũ exitus & introitus demonſtrantes potentem. Idem Apollo apud illos & ἀγυιεύς nuncupatur:quaſi uiis præpoſitus urbanis. Illi enim uias quæ intra pomeria ſunt:ἀγυιάς appellant. Dianæ uero ut triuiæ uiarũ oĩum iidem tribuunt poteſtatē̃. Sed apud nos Ianum omnibus præeſſe ianuis nomen oſtendit:quod eſt ſimile θυραῖον. Nam & cum claui & cum uirga figuratur:quaſi omnium & portarum cuſtos:& rector uiarum. Pronũciauit Nigidius Apollinem Ianum eſſe:Dianamq; Ianam appoſita.d. littera quæ ſæpe.i.litteræ cauſa decoris apponitur:ut reditur redhibetur:redintegratur:& ſimilia.

Diana:

Ianum quidam ſolem demonſtrari uolunt:& ideo geminum quaſi utriuſq; ianuæ cæleſtis potentē̃:qui exoriens aperiat diē̃ occidens claudat.inuocariq; primũ quum alicui deo res diuina celebrat̃. ut per eum pateat ad illum cui immolatur acceſſus: quaſi preces ſupplicum per portas ſuas ad deos ipſe tranſmittat. Inde & ſimulacꝝ eius plerũq; fingitur manu dextra trecē̃torum:& ſiniſtra ſexaginta & quinq; numerum tenens:ad demonſtrandam anni dimenſionem:quæ præcipua eſt ſolis poteſtas. Alii mundum:ideſt cælum eſſe uoluerunt:Ianũq; ab eundo dictum:ꝙ mundus ſemper eat dum in orbem uoluitur:& ſex ſe initiũ faciens in ſe refertur. Vnde Cornificius etymorum libro tertio Cicero inquit:non Ianum:ſed Eanum nominat ab eundo. Hinc & phœnices ſacris in imaginem eius exprimentes:draconem finxerunt in orbem reda-

Eanus.

ctum:caudamq; ſuam deuorantem:ut appareat mūdū & ex ſeipſo ali:& in ſe reuolui.ideo & apud nos in quattuor partes ſpectat:ut demonſtrat ſimulacrum eius faleris aduectum.Caius Baſſus in eo libro quē de diis compoſuit: ianum bifrontem fingi ait:quaſi ſuperum atq; inferum ianitorem:eundem quadriformem quaſi uniuerſa climata maieſtate complexum.Saliorum quoq; antiquiſſimis carminibus deoꝝ deus canitur. M. etiam Meſſalla Cnei Domicii in conſulatu collega:idemq; per annos qnquaginta & quinq; augur:de iano ita icipit:Q ui cuncta fingit:eademq; regit:aquæ terræq; uim ac naturam grauem atque pronam i profundum dilabentem:ignis atq; animæ leuem in imenſum ſublime fugientem copulauit circundato cælo:quæ uis cæli maxima duas uis diſpares colligauit:in ſacriſq; inuocamus Ianum geminum.ianum patrem:Ianum iunonium:ianum conſiuium:ianum quirinum:ianum patultiū: & cluſiuiū. Cur geminū inuocemus:ſupra iam diximus.patrem:quaſi deorum deū. Iunonium:quaſi non ſolum menſis ianuarii:ſed menſium omnium ingreſſus tenentem:In ditione autem iunonis ſunt omnes kalendæ. Vnde & Varro libro quinto rerum humanarum ſcribit: Iano duodecim aras pro totidem menſibus dedicatas.Conſiuium a conſerendo ideſt a propagine generis humani:quæ a iano autore conſeritur. Q uirinum:quaſi belliorū potentem:ab haſta quam ſabini curim uocant. Patultium & cluſiuium quia bello caulæ eius patent:pace claudūtur. Huius autem rei hæc cauſa narratur.Q uum bello Sabino quod uirginum raptarū gratia cōmiſſum eſt:romani portam quæ ſub radicibus collis Viminalis erat:quæ poſtea ex uentu ianualis uocata eſt:claudere feſtinarent: quia in ipſam hoſtes irruebant:Poſtq̄ eſt clauſa:mox ſponte patefacta eſt quūq; iterum ac tertio idem cōtigiſſet:armati plurimi pro limine:quia claudere nequibāt: cuſtodes ſteterunt.Q uūq; ex altera parte acerrimo prælio certaretur:ſubito fama pertulit:fuſos a Tatio noſtros: quam ob cauſam romani qui aditum tuebantur:territi profugerunt.Q uūq; ſabini per portam patentem irrupturi eſſent:fertur ex æde Iani per hāc portam magnam uim torrentium:undis ſcatentibus erupiſſe: multaſq; perduellium cateruas aut exuſtas feruenti aqua:aut deuoratas rapida uoragine deperiiſſe.Ea re placitum:ut belli tempore uelut ad urbis auxilium profecto deo fores reſerarentur.Hæc de iano:Sed ut ad ſaturnalia reuertamur. Bellum ſaturnalibus ſumere:nefas habitum:pœnas a nocente iiſdem diebus exigere:piaculare eſt.Apud maiores noſtros ſaturnalia die uno finiebantur: qui erat ad quartūdecimum kalendas ianuarias.Sed poſtq̄.C. Cæſar huic menſi duos addidit dies ſextodecimo cœpta celebrari:Et re factum ē: ut quū uulgus ignoraret certum ſaturnaliorum diem:nonnulliq; a.C. Cæſare inſerto die:& alii uetere more celebrarent:plures dies ſaturnalia numerarentur.Licet & apud ueteres opinio fuerit:ſeptem diebus peragi ſaturnalia:

Iani uaria cognomia

Ianualis porta.

Saturnalium dies.

ſi opinio uocanda eſt:quæ idoneis firmatur autoribus. Nouius.n.ꝓbatiſſimus atellanarum ſcriptor ait:Olim expectata ueniunt ſeptem ſaturnalia. Mummius quoq;:qui poſt Nouium & Pomponium diu iacentem artem atellaniam ſuſcitauit:Noſtri inquit maiores uelut bene multa inſtituere:hoc optime a frigore fecere ſūmo dies ſeptem ſaturnalia. Sed Mallius ait. Eos qui ſe(ut ſupra diximus)Saturni nomine & religione defenderant:per triduū feſtos inſtituiſſe dies:& ſaturnalia uocauiſſe. Vnde & Auguſtus huius inquit rei opinionem ſecutus in legibus iudiciariis triduo ferias ſeruari iuſſit. Maſurius & alii uno die:ideſt.xiiii.kalēdas ianuarii affuiſſe ſaturnalia crediderunt: Quoꝝ ſententiā Feneſtella confirmat dicens. Aemyliā uirginem.xv.kalendarum ianuariarū eſſe damnatā:quo die ſit ſaturnalia gererentur:nec cauſam omnino dixiſſet. Deinde adiecit: Sequebanť eum diem ſaturnalia. Mox ait:Poſtero autē die qui fuit. xiii. kalēdaꝝ ianuariarū:Liciniam uirginem ut cauſam diceret iuſſam.ex quo oſtendit.xiii.kalendas ꝓfeſtum eſſe.xii.uero feriæ ſunt diuæ Angeroniæ cui pontifices in ſacello Volupiæ ſacrum faciūt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait:ꝙ angores ac animoꝝ ſolicitudines ꝓpiciata depellat:Maſurius adiicit:ſimulacrū eius deæ ore obligato atq; ſignato in ara Volupiæ propterea collocatum:ꝙ qui ſuos dolores anxietateſq; diſſimulant:perueniant patientiæ beneficio ad maximā uoluptatem. Iulius Modeſtus ideo ſacrificari huic deæ dicit:ꝙ populus romanus morbo q angina dicitur:præmiſſo uoto ſit liberatus.xi.autem kalend. feriæ ſunt Laribus dedicatæ:quibus ædem bello Antiochiæ Aemylius Regilius prætor in campo martio curandam uouit.x.kalend.feriæ ſunt iouis: quæ appellantur larentinalia:de quibus quia fabulari libet: hæ ſunt opiniones. Ferunt enim regnante Anco. Aedituum Herculis per ferias ociantem: deum Teſſeris prouocaſſe:ipſo utriuſq; manum tuente:adiecta conditione:ut uictus cœna ſcortoq; multaretur. Victore itaq; Hercule:illum Accam Larentiam nobiliſſimum id tempus ſcortum intra ædem incluſiſſe cum cœna.eamq; poſtero die diſtuliſſe rumorem: ꝙ poſt cōcubitum dei accæpiſſet munus:ne commodum primæ occaſionis quum ſe domum reciperet offerēdæ aſpernaretur. Eueniſſe itaq;:ut egreſſa mox templo a Carutio capto eius pulchritudine compellaretur: cuius uoluntatem ſecuta: ſumptaq; nuptiis:poſt obitum uiri:omnium bonorum eius facta compos quum decederet:populum romanum nuncupauit hæredem.

Et ideo ab Anco in uelabro loco celeberrimo urbis ſculpta eſt:ac ſolēne ſacrificium eidem conſtitutum:quo diis manibus eius per flaminem ſacrificaretur: Iouiq; feriæ conſecratæ: quia exiſtimauerunt antiqui animas a Ioue dari & rurſus poſt mortem eidem reddi. Cato ait: Larentiam meretricio quæſtu locupletatam poſt exceſſum ſuum populo romano agros turacem:ſemurium:lincerium:& ſoliniū reliquiſſe:& ideo ſepulcri

Mummus

Volupiæ ſacellum.

Angeronia.

Angina morbus.

Larentinalia.

Acca Larētia

Vide Geliū l vi cap vij

Feriæ cōſecrate Ioui

magnificentia & annuæ parentatiõis honore dignatam. Macer hiſtoria-
rum libro primo: Fauſtuli coniugem Accam Larentiam: Romuli & Re
mi nutricem fuiſſe confirmat. Hanc regnante Romulo Carutio cuidam
Tuſco diuiti denuptam: auctamqꝫ hæreditate uiri: quam poſt Romulo
quem educaſſet reliquit: & ab eo parẽtalia diemqꝫ feſtũ pietatis cauſa ſta
tutum. Ex his ergo omnibus colligi poteſt: & uno die ſaturnalia fuiſſe: &
non niſi. xiiii. kalendarũ ianuariaꝝ celebrata: quo ſolo die apud ædẽ Sa-
turni conuiuio ſoluto ſaturnalia clamitabantur: qui dies nunc opalibus Opalia
inter ſaturnalia deputatur: quum primum Saturno pariter & Opi fuerit
aſcriptus. Hanc autem deam Opem Saturni coniugem crediderunt: &
ideo hoc mẽſe ſaturnalia: itẽqꝫ opalia celebrari: ꝙ Saturnus eiuſqꝫ uxor: Opis.
tam frugum ꝗ fructuum repertores eſſe credantur. Itaqꝫ omni iam fœtu
agrorum coacto: ab hominibus hos deos coli: quaſi uitæ cultioris auto-
res: quos etiam nõnullis cælum: & terram eſſe perſuaſum ẽ. Saturnum- Saturnus uñ
qꝫ a ſatu dictum: cuius cauſa de cælo eſt. & terram Opem: cuius ope hu
manæ uitæ alimenta quæruntur: uel ab opere: per quod fructus frugeſqꝫ
naſcuntur: Huic deæ cedentes uota concipiunt. terrãqꝫ de induſtria tan-
gunt: demonſtrantes ipſam matrem terrã eſſe mortalibus appetendam.
Philochorus Saturno & Opi primum in attica ſtatuiſſe aram Cecropem
dicit: eoſqꝫ deos pro Ioue terraqꝫ coluiſſe. inſtituiſſeqꝫ ut patres familiaꝝ
& frugibus & fructibus iam coactis paſſim cum ſeruis ueſcerentur: cum
quibus patientiam laboris in colendo rure tolerauerant: delectari enim
deum honore ſeruorum contemplatu laboris. Hinc eſt ꝙ ex inſtituto pe
regrino: huic deo ſacrum aperto capite facimus. Abũde iam probaſſe nos Saturno qua
exiſtimo: ſaturnalia uno tãtum die: ideſt. xiiii. kalend. ſolita celebrari. Sed re apto capi- te ſacrificant
poſt in triduum propagata primum ex adiectis a Cæſare huic menſe die-
bus: deinde ex edicto Auguſti: quo trium dierũ ferias ſaturnalibus addi
xit. A. xvi. igitur cœpta in. xiiii. deſinunt: quo ſolo fieri ante conſueuerãt.
Sed ſigillariorum adiecta celebritas in ſeptem dies diſcurſum publicum Sigillaria
& læticiam religionis extendit. Tunc Euangelus: Hoc quidem inquit iã
ferre non poſſum. quod prætextatus noſter in ingenii ſui põpam & oſtẽ
tationem loquendi: uel paulo ante honori alicuius dei aſſignari uoluit:
ꝙ ſerui cum dominis ueſcerentur: quaſi uero curẽt diuina de ſeruis: aut
ſapiens quiſquã domi ſuæ contumeliam tam fœdæ ſocietatis admittat:
uel nunc ſigillaria: quæ luſum reptanti adhuc infantiæ oſcillis fictilibus Oſcilla
præbent: tentat officio religionis aſcribere. Et quia princeps religioſo-
rum putatur: nõnulla iam & ſuperſtitiõis admiſcet: quaſi uero nobis fas
non ſit Prætextato aliquando non credere. Hic quum omnes exhorruiſ-
ſent: Prætextatus renidens: Superſticioſum me Euangele: nec dignum
cui credatur exiſtimes uolo: niſi utriuſqꝫ tibi rei fidem aſſerta ratio mon-
ſtrauerit. Et ut primum de ſeruis loquamur: ioco ne an ſerio putas eſſe

hominum genus: quod dii imortales nec cura ſua nec ꝓuidētia dignentur? an forte ſeruos in hominū numero eſſe nō pateris? Audi igit quanta indignatio de ſerui ſupplicio cælum penetrauerit.

Atronii hiſtoria de ſeruo punito.

a Nnno enim poſt Romam conditam quadringenteſimo quadrageſimoquarto: Atronius quidam maximus: ſeruum ſuum uerberatum patibuloq; conſtrictum ante ſpectaculi cōmiſſionem per circum egit: Ob hanc cauſam indignatus Iuppiter: Annio cuidam per quietem imperauit: ut ſenatui nunciaret: non ſibi placuiſſe plenum crudelitatis admiſſum: Quo diſſimulante: filium ipſius mors repentina conſumpſit: ac poſt ſecundam denunciationem: ob eādem negligentiam: ipſe quoq; in ſubitam corporis debilitatē ſolutus eſt. Sic demum ex cōſilio amicorū lectica delatus ſenatui rettulit. & uix cōſumato ſermone: ſine mora recuperata bona ualitudine curia pedibus egreſſus ē. Ex ſenatus itaq; conſulto: & meuia lege ad propiciandum Iouem additus eſt illis circenſibus dies: iſq; inſtauraticius dictus eſt: non a patibulo: ut quidam putant græco nominæ ἀπὸ τοῦ σταυροῦ: ſed a redintegratione: ut Varroni placet: qui inſtaurare ait eſſe inſtar nouare. Vides quanta de ſeruo ad deorum ſummum cura peruenerit? Tibi autem unde i ſeruos tantū & tam imane faſtidium? quaſi non ex iiſdem tibi & conſtent & alantur elementis: eundemq; ſpiritū ab eodem principio carpāt. Vis tu cogitare eos quos ius tuum uocas: iiſdem ſeminibus ortos: eodem frui cælo: æq; uiuere: æque mori. Serui ſunt: imo homines. Serui ſunt: immo cōſerui. Si cogitaueris tantūdem in utroſq; licere fortunæ: tam tu illū uidere liberꝝ potes: q̄ ille te ſeruū. Neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœpit: qua Crœſus: qua Darii mater: qua Diogenes: qua Platon ipſe. Poſtremo quid ita nomē ſeruitutis horremus? Seruus ē qdem: ſed neceſſitate: Sed fortaſſe libero aio ſeruus eſt. Hoc illi nocebit: ſi oſtenderis: quis non ſit: Alius libidini ſeruit: alius auaritiæ: alius ambitioni: oēs ſpei: oēs timori. Et certe nulla ſeruitus turpior: q̄ uolūtaria. At nos iugo a fortuna impoſito ſubiacentem tāquā miſerum uilemq; calcamus. Quod uero nos noſtris ceruicibus inſerimus: non patimur repræhendi. Inuenies inter ſeruos aliquem pecunia fortiorem: inuenies dominum ſpe lucri oſcula alienorum ſeruorum manibus infigentem. Nō ergo fortuna homines æſtimabo: ſed moribus. Sibi quiſq; dat mores: conditionem caſus aſſignat: quēadmodum ſtultus eſt qui empturus equum non ipſum inſpicit: ſed ſtratum eius ac frenos: ſic ſtultiſſimus eſt: qui hoiem aut ex ueſte: aut ex cōditione quæ modo ueſtis nobis circūdata ē: æſtimandū putat. Nō eſt mi Euangele: q̄ amicū tātum in foro & in curia quæras. Si diligenter attēderis: iuenies & domi. Tu modo uiue cū ſeruo clæmēter: comiter quoq;: & i ſermonē illū: & nōnunq̄ in neceſſariū admitte cōſiliū: Nam & noſtri maiores oēm dominis iuidiā: oēm ſeruis cōtumeliam detrahētes do-

Inſtauraticius dies
Inſtaurare

Seruoꝝ cōditio quāti facienda.

Seruitus turpis

Seruorū non ſpernendum conſilium

tiriū uocat lact. [illegible]

minum patremfamilias:ſeruos familiares appellauerunt. Colant ergo te potius ſerui tui(mihi crede)q̃ timeant. Dicet aliquis nunc me dominos de faſtigio ſuo deiicere:& quodãmodo ad pilleũ ſeruos uocare:quos debere dixi magis colere q̃ timere. Hoc qui ſenſerit:obliuiſcetur id dominis parũ non eſſe:quod diis ſatis eſt:deinde qui colitur etiã amatur:non poteſt amor cum timore miſceri: Vnde putas arrogantiſſimũ illud manaſſe ꝓuerbium:quod iactatur. Totidem nobis hoſtes eſſe quot ſeruos. Non habemus illos hoſtes:ſed facimus:quum in illos ſuperbiſſimi:contumelioſiſſimi:crudeliſſimi ſumus:& ad rabiem nos cogunt peruenire delitiæ: ut quicquid nõ ex uoluntate reſpõdit: irã furoremq; euocet. Domini enĩ nobis animos induimus tyrãnorum:& non quantum decet: ſed quantũ licet exercere uolumus ĩ ſeruos. Nam(ut cætera crudelitatis genera præteream)ſunt qui dum ſe menſæ copiis & auiditate diſtendunt: circũſtantibus ſeruis mouere labra:nec in hoc quidem ut loquant̃ licere ꝑmittũt. Virga murmur omne compeſcitur. & ne fortuita quidẽ ſine uerberibus excæpta ſunt. Tuſſis:ſternutamentũ : ſingultus magno malo luitur. Sic fit ut iſti de domino loquantur:quibus coram domino loqui nõ licet. At illi quibus nõ tantum præſentibus dominis:ſed cũ ipſis ſermo erat:quorum os non conſuebatur:parati erant pro domino porrigere ceruicem & periculum iminens in caput ſuum uertere. In cõuiuiis loquebantur: ſed in tormentis tacebant. Vis exercitas in ſeruili pectore uirtutes recenſeamus? Primus tibi Vrbinus occurrat: qui quum iuſſus occidi in reatino lateret:latebris proditis:unus ex ſeruis annulo eius & ueſte inſignitus in cubiculo ad quod irruebant qui perſequebantur:pro domino iacuit:militibuſq; ingredientibus ceruicem præbuit:& ictum tanq̃ Vrbinus excæpit: Vrbinus poſtea reſtitutus monumentum ei fecit: titulo ſcriptionis qui tantum meritum loqueretur addito. Aeſopus Libertus Demoſthenis conſcius adulterii: quod cũ Iulia patronus admiſerat: tortus diutiſſime perſeuerauit nõ ꝓdere patronum: donec aliis coarguentibus cõſciis: Demoſthenes ipſe fateretur. & ne extimes ab uno facile celari poſſe ſecretum:Labienũ ope libertoꝝ latentẽ ut indicarẽt liberti nullo tormẽtorũ genere cõpulſi ſunt. Ac ne qs liberto dicat:hanc fidẽ beneficio potius libertatis acceptæ:q̃ ingenio debuiſſe:accipe ſerui in dominũ benignitatem:quum ipſe a domino puniretur. Antiũ enim Reſtionẽ proſcriptum ſolumq; nocte fugientem:diripientibus bona eius aliis ſeruis: compeditus iſcripta fronte quũ poſt dãnationẽ dñi aliena eẽt ſolutus cuſtodia:fugiẽtẽ ꝑſecutus ẽ:hortatuſq; ne ſe timeret ſcientẽ cõtumeliã ſuã fortunæ ĩputãdã eſſe:nõ dño:abditũq; miniſterio ſuo aluit. Quũ deĩde pſequentes adeſſe ſenſiſſet:ſenẽ quẽ caſus obtulit iugulauit:& in conſtructã pyram coniecit:qua accenſa occurrit eis qui Reſtionem quærebant dicens: damnatum ſibi pœnas luiſſe: multo acrius a ſe uexatum q̃ ipſe uexarat:

Familiares

Hoſtes totidem quot ſerui.

Seruorum fidelitas

Vrbinus

Aeſopus

Reſtio

Cepio

& fide habita: Reſtio liberatus eſt. Cepionẽ quoq; qui in Auguſti necem fuerat animatus: poſtꝗ̃ detecto ſcelere dãnatus eſt: ſeruus ad Tyberim in ciſta detulit: peruectumq; hoſtiam in agrum laurentem ad uillam patris nocturno itinere perduxit. Cumis deinde nauigatiõis naufragio una expulſum dominũ Neapoli diſſimulanter occuluit: exceptuſq; a centurione: nec pretio nec minis ut dominum proderet potuit adduci. Aſinio etiã Pollione acerbe cogente patauinos ut pecuniam & arma conferrent: dominiſq; ob hoc latẽtibus: præmio ſeruis cum libertate propoſito: qui dominos ſuos proderent: conſtat ſeruorum nullũ uictum præmio dominũ prodidiſſe. Audi in ſeruis nõ fidem tantum. ſed & facundum bonæ inuentionis ingenium. Quum præmeret obſidio Grumentum: ſerui relicta domina ad hoſtes tranſfugerunt. Capto deinde oppido: impetum in domũ habita conſpiratione fecerunt: & extraxerunt dominam: uultu pœnam minante: ac uoce obuiis afferente: ꝙ tandem ſibi data eſſet copia crudelem dominam puniendi: raptamq; quaſi ad ſupplicium obſequiis plenis pietate tutati ſunt. Vide in hac fortuna etiam magnanimitatem exitum mortis ludibrio præferentem. Cluentium Pelignum italicenſem comprehenſum a cohortibus ſuis: ne Pompeio traderetur: ſeruus eius occidit: ac ſe ne domino ſuperſtes fieret interemit. C. Gracchum ex Auentino fugientem Euporus ſeruus: uel (ut quidam tradunt) Philocrates: dum aliqua ſpes ſalutis erat: indiuulſus comes qua potuit ratione tutatus eſt. Super occiſum deinde animam ſciſſis proprio uulnere uiſceribus effudit. Ipſum publium Scipionem Aphricani patrem: poſtꝗ̃ cum Annibale conflixerat: ſaucium in equum ſeruus impoſuit: & cæteris deſerentibus ſolus in caſtra perduxit. Parũ fuerit dominis præſtitiſſe uiuentibus? Quid ꝙ in his quoq; exigẽdæ uindictæ reperitur animoſitas? Nam Seleuci regis ſeruus quũ ſeruiret amico eius a quo dominus fuerat interemptus: cœnantem in ultionem domini confodit. Quid ꝙ duas uirtutes ꝗ̃ inter nobiles quoq; unicæ claræ ſunt: in uno uideo fuiſſe mãcipio: imperiũ regẽdi pitiã: & imperiũ contẽnendi magnanimitatẽ? Anaxilaus enĩ Meſſenius qui Meſſanã in Sicilia condidit: fuit Rhegynoꝶ tyrãnus. Is cum paruos relinqueret liberos: Mycitho ſeruo ſuo cõmendaſſe contentus ẽ. Is tutelã ſancte geſſit: iperiũq; tam clæmẽter obtinuit: ut Rhegyni a ſeruo regi nõ dedignarent. Perductis deinde in ætatẽ pueris: & bona & imperiũ tradidit: Ipſe paruo uiatico ſũpto ꝓfectus ẽ. & olympiæ cũ ſumma tranqllitate cõſenuit. Quid ẽt in cõe ſeruilis fortuna ꝓfuerit: non paucis docet. Bello punico quũ deeſſent q ſcriberent: ſerui ꝓ dominis pugnaturos ſe polliciti in ciuitatẽ recæpti ſunt: & uolones (qa ſpõte hoc uoluerunt) appellati. Ad cãnas quoq; uictis romanis: octomilia ſeruoꝶ empta militauerũt. Quũq; minoris captiui redimi poſſent: maluit ſe reſpu. ſeruis in tãta tempeſtate cõmittere. Sed & poſt calamitatem apud Thraſu-

Aſinius pollio.

Grumentum

Cluentius pelignus. Italicenſem.

C. Gracchus.

Scipio liberatus a ſeruo

Anaxilaus

Mycitho

Volones

menum notæ cladis accæptã: libertini quoq; in ſacramentũ uocati ſunt.
Bello ſociali cohortium.xii. ex libertinis conſcriptarum opera memorabi
lis uirtutis apparuit. Cæſarẽ quum milites in amiſſo℞ locũ ſubſtitueret:
ſeruos quoq; ab amicis accæpiſſe:& eo℞ forti opera uſum eſſe comperi-
mus:Cæſar Auguſtus in germania & illyrico cohortes libertinorũ com-
plures legit:quas uoluntarias appellauit. Ac ne putes hæc in noſtra tan-
tum contigiſſe repu. Bory ſtenidæ oppugnante Zopyrione:ſeruis libera
tis: dataq; ciuitate peregrinis:& factis tabulis nouis hoſtem ſuſtinere po
tuerunt. Cleomenes lacedæmonius quum mille & quingenti ſoli lacedæ
monii qui arma ferre poſſent:ſuperfuiſſent: ex ſeruis manumiſſis bellato
rum nouem milia conſcripſit. Athenienſes quoq; cõſumptis publicis opi
bus:ſeruis libertatem dederunt. Ac ne in ſolo uirili ſexu extimes iter ſer-
uos extitiſſe uirtutes:accipe ancillarum factum non minus memorabile:
ac ne quo utilius reipublicæ in ulla nobilitate reperias. Nonis iuliis diem
feſtum eſſe ancillarum: tam uulgo notum ẽ:ut nec origo:nec cauſa cele-
britatis ignota ſit. Iunoni enim caprotinæ die illo Liberæ pariter ancillæq;
ſacrificant:ſub arbore caprifico:in memoriam benignæ uirtutis:quæ an-
cillarũ animis pro conſeruatione publicæ dignitatis apparuit. Nã poſt
urbem captam:quum ſedatus eſſet gallicus motus: res uero publica eẽt
ad tenue deducta:finitimi opportunitatem inuadẽdi romani nominis au
cupati:præfecerunt ſibi Poſthumium Liuiũ fidenatium dictatorẽ: Q ui
mandatis ad ſenatum miſſis poſtulauit:ut ſi uellent reliquias ſuæ ciuita-
tis manere:matreſſfamiliæ ſibi:& uirgines dederẽtur. Q uũq; patres eẽnt
in ancipiti deliberatione ſuſpẽſi:ancilla nomine Tutela: ſeu Philotis:pol
licita eſt:ſe cum cæteris ancillis ſub nomine dominarũ ad hoſtes ituram:
habituq; matrumfamilias & uirginũ ſumpto: hoſtibus cum proſequen-
tium lachrymis ad fidem doloris ingæſtæ ſunt: Q uæ cum a liuio in ca-
ſtris diſtributæ fuiſſent: uiros plurimo uino prouocauerũt: diem feſtum
apud ſe eſſe ſimulantes:quibus ſoporatis: ex arbore Caprifico quæ ca-
ſtris erat proxima:ſignũ romanis dederunt:Q ui quum repentina incur-
ſione ſuperaſſent: Memor beneficii ſenatus: omnes ancillas manu iuſſit
emitti:dotemq; eis ex publico fecit:& ornatum quo tunc erant uſæ geſta
re conceſſit:diemq; ipſum nonas caprotinas nuncupauit:ab illa caprifico
ex quã ſignum uictoriæ cæperunt: ſacrificiumq; ſtatuit annua ſolẽnitate
celebrandum: Cui lac quod ex caprifico manat propter memoriam facti
præcedentis adhibetur. Sed nec ad philoſophãdum ineptum uel impar
ſeruile ingenium fuit. Phædron ex cohorte ſocratica: Socrati & Platoni
per familiaris adeo:ut Plato eius nomini librum illum diuinũ de immor
talitate animæ dicaret: ſeruus fuit: forma atq; ingenio liberali. Hunc Ce
bes Socraticus: hortante Socrate emiſſe dicitur: habuiſſeq; in philoſo-
phiæ diſciplinis: atq; is poſtea philoſophus illuſtris emerſit: ſermoneſq;

Serui quãdo & quibus bellis recæpti ſunt i militiã

Ancilla℞ dies feſtus.

Tutela ſeu philotis ancilla.

Pulchre geſtum ancillarum pro po. Ro.

Nonæ caprotinæ

Phædron.

eius de Socratē admodum elegantes leguntur. Alii quoq; non pauci
Menippus ſerui fuerunt:qui poſt philoſophi clari extiterūt. Ex quibus ille Menip-
Polus pus fuit:cuius libros.M.Varro in ſatyris æmulatus ē: quas alii cynicas:
Perſeus ipſe appellauit menippeas.Sed & Philoſtrati ꝑipatetici ſeruus Polus:&
Mys Zenonis ſtoici ſeruus:qui Perſeus uocatus ē: Et Epicuri: cui Mys no-
Diogenes men fuit:philoſophi nō incelebres illa ætate uixerunt.Diogenes etiā Cy
nicus:licet ex libertate in ſeruitutem uenū ierat: quem quū emere uellet
Xeniades corinthius:& quid artificii nouiſſet percontatus eſſet:noui in-
quit Diogenes hominibus liberis impare.Tūc Xeniades reſpōſum eiuſ-
Epictetus dem miratus:emiſit manu:filioſq; ſuos ei tradēs: accipe inqt liberos me-
os quibus imperes. De Epicteto aūt philoſopho nobili: ꝙ is quoq; ſer-
uus fuit:recentior eſt memoria:q̄ ut poſſit inter oblitterata neſciri: cuius
etiā de ſe ſcripti duo uerſus ferunt̄:ex quibus aliud latenter itelligas:nō
oino diis exoſos eſſe:qui in hac uita cū erumnaꝝ uarietate luctant̄:ſed eē
arcanas cauſas:ad quas paucoꝝ potuit ꝑuenire curioſitas.

Δουλοσ εϖικτητοσ γενομην και σωματι πηροσ.
και ϖενιην ἶροσ και φιλοσ αθανατοισ.

Habes(ut opinor)aſſertū:non eſſe faſtidio diſpiciendum ſeruile nomē:
Sigillaria quum & Iouem tetigerit cura de ſeruo:& multos ex his fideles ꝓuidos:
fortes:& philoſophos etiam extitiſſe cōſtiterit. Nunc de ſigillaribus: ne
ridēda me potius extimes:q̄ ſancta dixiſſe:paucis recenſendū eſt.Epica-
Sublicius pons dus refert:Herculem occiſo Geryone:quū uictor per Italiā armenta du-
xiſſet:ponte qui nūc ſublicius dicitur ad tempus iſtructo:hominū ſimu-
lacra pro numero ſociorū: quos caſu peregrinationis amiſerat: in fluuiū
demiſiſſe: ut aqua ſecūda in mare deuecta pro corporibus defunctorum
ueluti patriis ſedibus redderentur: & inde uſum talia ſimulacra fingendi
inter ſacra manſiſſe.Sed mihi huius rei illa origo uerior extimatur:quam
paulo ante memini rettuliſſe.Pelaſgos poſtq̄ felicior interpretatio capi-
ta nō uiuentiū:ſed fictilia & φωτοσ æſtimationē non ſolum hominē ſed
etiam lumen ſignificare docuiſſet:cœpiſſe ſaturno cereos potius accēde
re:& in ſacellum Ditis aræ ſaturni cohærens oſcilla quædam pro ſuis ca
Sigilla pitibus ferre. Ex illo traditum: ut cærei ſaturnalibus miſſitarentur: & ſi-
gilla arte fictili fingerentur:ac uenalia pararentur:quæ homies pro ſe atq;
pro ſuis piaculum pro Dite ſaturno facerent.Ideo ſaturnalibus taliū cō-
merciorum celebritas cœpta ſeptē occupat dies: quos tantū feriatos fa-
cit eſſe:non feſtos oēs. Nam medio ideſt.xiii.kalend. feſtum ꝓbauimus:
& aliis hoc aſſertionibus ab his probatum eſt: qui rōnem anni menſium
dierūq; & ordinationē a Cæſare digeſtā plenius rettulerunt.

q Vumq; hic finem loquendi facere uellet:ſubiecit Aurelius Sym-
Anni ordo machus:Perge mi Prætextate eloquio tam dulci: de anno quoq;
ediſſertare:anteq̄ experiaris moleſtiam cōſulentis. ſiquis forte de præſen-

tibus ignorat:quo ordine uel apud priſcos fuerit: uel certioribus poſtea regulis inouatus ſit:ad quod diſcendum ipſe mihi uideris audientiū animos incitaſſe: de diebus menſi additis diſſerendo. Tum ille eodem. ductu orandi reliqua contexit. Anni certus modus apud ſolos ſemꝑ ægyptios fuit:Aliarum gentiū diſpari numero:pari errore nutabat. Et ut con tentus ſim:referendo paucarum morem regionum: Arcades annum ſuū tribus menſibus explicabant:Acarnanes ſex:Græci reliqui trecentis.liiii. diebus annum proprium computabant:Non igitur mirum in hac uarietate Romanos quoqꝫ olim autore Romulo:annum ſuum decē habuiſſe menſibus ordinatū:quia annus a martio incipiebat: & cōficiebatur diebus.ccc.iiii.ut ſex quidem mēſes.i.aprilis iunius ſextilis ſeptēber nouember decēber:tricenū eſſent dierū:quattuor uero martius maius quintilis october tricenis & ſingulis expedirentur: qui hodieqꝫ ſeptimanas habēt nonas:cæteri quintanas.Septimanas autē habētibus ab idibus reuertebantur kalendæ ad diem ſeptimūdecimum. Verum habentibus quintanas ad.xviii.remeabat initium kalend.

Tricenū dierum.
Septimanæ nonæ
Quintanæ nonæ

Hæc fuit Romuli ordinatio:q primū anni menſē genitori ſuo Marti dicauit:quē mēſem anni primū fuiſſe uel ex hoc maxie ꝓbatur:ꝙ ab ipo qntilis qntus eſt:& deinceps pro numero noiabant̃. Huius etiā die prima:ignē nouū Veſtæ aris accēdebant:ut icipiēte anno: cura denuo ſeruādi nouati ignis incipet.Eodē quoqꝫ igrediēte mēſe: tā in regia curiiſqꝫ: atqꝫ flaminū domibus laureæ ueteres nouis laureis mutabantur.Eodem quoqꝫ mēſe & publicæ & priuatim ad annā Perēnā ſacrificatū itur:ut annare pannareqꝫ cōmode liceat.Hoc mēſe mercedes exoluebāt magiſtris: quas cōpletus annus deberi fecit.Comitia auſpicabātur. uectigalia locabāt.Et ſeruis cœnas apponebāt matronæ:ut domini ſaturnalibus.Illæ ut principio anni ad promptū obſequium honore ſeruos inuitarent:hi quia gratiā perfecti operis exoluerent.

Martius primus menſis
Annare & pannare.
Magiſtris mercedes mēſe martio exoluebantur
Seruis cœnæ apponebātur

Secūdū mēſem noiauit aprilē:ut qdā putāt cū aſpiratiōe: q̄ſi aphrilē a ſpuma quā græci uocat αφρον: uñ orta uenus credit̃. Et hāc Romuli aſſerūt fuiſſe rōnē:ut primū qdē menſē a patre ſuo Marte.Secūdum ab Aenæ matre Venere noiaret.Et hi potiſſimū āni pricipia ſeruarēt:a quibus eſſet Romani nois origo:quū hodie quoqꝫ i ſacris Martē patrē: Venerē genitricē uocemus.Alii putāt Romulū uel altiorē prudētia:uel cer ti numinis ꝓuidētia:ita primos ordinaſſe mēſes: ut quum ꝑcedēs Marti eſſet dicatus:deo plærūqꝫ hoium necatori: ut Homerus ait: naturæ conſcius αρες ἄρεσ βροτ ὀλοιγε μιάιφονε τει χεσιβἄντα:ſecūdus Veneri dicaretur:quæ uim eius:q̄ſi benefica leniret. Nā & in.xii.zodiaci ſignis:quorū certa certorū numinū domicilia credūtur:quum primum ſignum aries marti aſſignatus ſit: ſequēs mox Venerem: ideſt taurus accæpit.& rurſus e regione ſcorpius ita diuiſus eſt: ut deo eſſet utriqꝫ cō-

Aprilis mēſis

munis. Nec exiſtimatur cæleſti ratione carere ipſa diuiſio. Siquidem aculeo uelut potentiſſimo telo pars armata poſterior domicilium Martis eſt: priorem uero partem: cui ζυγος apud græcos nomen eſt: nos libram uocamus: Venus accæpit: quæ uelut iugo cōcordi iungit matrimonia: amiciciaſq; componit. Sed Cingius in eo libro quem de faſtis reliquit: ait imperite quoſdam opinari aprilem mēſem antiquos a Venere dixiſſe: quū nullus dies feſtus: nullumq; ſacrificium inſigne Veneri per hūc menſem a maioribus inſtitutum ſit. Sed ne in carminibus quidem ſaliorum: Veneris ulla: ut cæterorum cæleſtium: laus celebratur. Cingio etiam Varro conſentit: affirmans nomē Veneris ne ſub regibus quidem apud Romanos: uel latinū: uel græcum fuiſſe: & ideo non potuiſſe menſem a Venere nominari: ſed quum fere ante æquinoctium uernum triſte ſit cælum & nubibus obductum: ſed & mare nauigātibus clauſum: terræ etiā ipſæ aut aqua aut pruina aut niuibus contegātur: eaq; omnia uerno. ideſt hoc menſe aperiantur: arbores quoq;: nec minus cætera quæ continet terra: aperire ſe in germen incipiant: ab his omnibus menſem aprilem dici merito credendum: quaſi aperilem: ſicut apud athenienſes ανθεςηριον idē menſis uocatur: ab eo quod hoc tempore cuncta floreſcant. Non tamen negat Verrius Flaccus hoc die poſtea conſtitutum: ut matrone Veneri ſacrū facerēt: cuius rei cauſam quia huic loco nō conuenit: ꝑtereūdūē.

Veneris nomen.

Maius mēſis.

Maium Romulus tertium poſuit: de cuius nomine inter autores lata diſſenſio eſt. Nam Fuluius nobilior in faſtis: quos in æde Herculis muſarum poſuit: Romulum dicit poſtq̄ populum in maiores iunioreſq; diuiſit: ut altera pars conſilio: altera armis rempub. tueretur: in honorem utriuſq; partis: hunc maium: ſequentem iunium menſem uocaſſe. Sunt qui hunc menſem ad noſtros faſtos a tuſculanis tranſiſſe cōmemorent: apud quos nunc quoq; uocatur deus Maius. qui eſt Iuppiter: a magnitudine. ſ. ac maieſtate dictus. Cingius menſem nominatum putat a Maia: quam Vulcani dixit uxorem. Argumentoq; utitur: ꝙ flamen uulcanalis kalend. maiis huic deæ rem diuinam facit. Sed Piſo uxorem Vulcani Maieſtam: non Maiam dicit uocari. Contendunt alii Maiam Mercurii matrem mēſi nomē dediſſe: hinc maxime probantes: ꝙ hoc menſe mercatores omnes Maiæ pariter Mercurioq; ſacrificant. Affirmāt quidam: quibus Cornelius Labeo conſentit: hanc Maiam cui menſe maiores diuina celebratur: terrā eſſe: hoc adeptam nomen a magnitudine: ſicut & mater magna in ſacris uocatur: aſſertionemq; extimatiōis ſuæ etiā hinc colligūt: ꝙ ſus prægnās ei mactatur: quæ hoſtia eſt propria terræ. & Mercuriū ideo illi in ſacris adiūgi dicūt: quia uox naſcēti homini terræ cōtactu datur. Scimus aūt Mercuriū uocis & ſermonis potētem. Autor eſt ɔornelius Labeo: huic Maiæ ideſt terræ ædē kalēd. maiis dedicatā: ſub nomine bonæ deæ: & eandē eſſe Bonam deam & terram: ex ipſo ritu

Maia uel maieſta uxor Vulcani

Sus mactatur Maiæ

facile reperies:ſi rei inuiſibilis motum ſine authore:atq; ideo ſine initio: ac ſine fine prodeuntem & cætera mouentē mente concipias:cui nihil ſi milius de uiſibilibus: q̄ fons potuerit reperiri:q ita principiū eſt aquæ:ut cum de ſe fluuios & lacus procreet:a nullo naſci ipſe dicat̃.Nā ſi ab alio naſceretur:nō eſſet ipſum principium.Et ſicut fons nō facile ſemper de- prehendit̃:ab ipſo tamen qui fundunt̃:aut nilus eſt:aut eridanus:aut hi ſter:aut thanais.Et ut illoꝝ rapacitatē uidēdo admirans & intra te tanta- rum aquaꝝ originem requirens cogitatione recurris ad fontem:& hunc oēm motū intelligis de primo ſcaturiginis manare principio:ita cum cor poꝝ motum ſeu diuina ſeu terrena ſint conſiderādo quærere forte autho rem uelis:mens tua ad animā quaſi ad fontem recurrat.cuius motū etiā ſine corporis miniſterio teſtantur cogitationes: gaudia:ſpes:timores. Nā motus eius eſt boni maliq; diſcretio:uirtutum amor:cupido uitiorum:ex quibus effluunt omnes inde naſcentium rerum meatus.Motus eni eius eſt quicquid iraſcimur:& in feruorem mutuæ colliſionis armamur:unde paulatim procedens rabies fluctuat prælioꝝ.Motus eius eſt:ꝙ in deſide ria rapimur:ꝙ cupiditatibus alligamur:Sed hi motus ſi ratione gubernē tur:proueniunt ſalutares:ſi deſtituantur in præceps & rapiuntur & rapi- unt.Didiciſti motus animæ:quos modo ſine miniſterio corporis : modo per corpus exercet:Si uero ipſius mundanæ animæ motus requires:cæ- leſtem uolubilitatem & ſpæraꝝ ſubiacentiū rapidos impetus intuere:or tum occaſumue ſolis:curſus ſyderꝝ uel recurſus:quæ omnia anima mo- uente proueniunt:Immobilē uero eam dicere:quæ mouet omnia Ariſto teli nō conuenit:qui quantus in aliis ſit:probatum eſt: ſed illi tantū quē uis naturæ:quem ratio manifeſta non moueat:Edocto igitur atq; aſſerto animæ motu Aphricanus qualiter exercitio eius utendum ſit:in hæc uer ba mandat & præcipit:Hanc tu exerce optimis in rebus.Sunt autē opti mæ curæ de ſalute patriæ:quibus agitatus & exercitatus animus ueloci- us in hanc ſedem & domum ſuam peruolabit : Idq; ocyus faciet:ſi iam tum quum erit incluſus in corpore eminebit foras:& ea quæ extra erunt contemplans q̄maxime ſe a corpore abſtrahet.Nāq; eorum qui ſe corpo ris uoluptatibus dederunt:earumq; ſe quaſi miniſtros præbuere:impul- ſuq; libidinum uoluptatibus obedientium:deorū & hominum iura uio- lauere:corporibus elapſi circum terram ipſam uoluantur: nec hunc in lo cum niſi multis agitati ſæculis reuertunt̃.In ſuperiore huius operis par- te diximus alias ocioſas:alias negocioſas eſſe uirtutes: illas philoſophis: has rerum publicarum rectoribus conuenire:utraſq; tamen exercentem facere beatum.Hæ uirtutes interdum diuiduntur:nonnunq̄ uero miſcē- tur: quum utrarumq; capax & natura & inſtitutione animus inuenitur. Nam ſi quis ab omni quidem doctrina habeatur alienus:in repu. tamen & prudens & temperatus:& fortis & iuſtus ſit:hic a feriatis remotus emi

net:tamen actualium uigore uirtutum quibus nihilominus cælum cedit in præmium. Siquis uero inſita quiete naturæ nõ ſit aptus ad agendum: ſed ſolum optima conſcientiæ dote ereptus ad ſupera: doctrinæ ſuppellectilem ad exercitium diuinæ diſputationis expendat: ſectator cæleſtium: deuius caducorum: his quoq; ad cæli uerticem ocioſis uirtutibus ſubuehetur: Sæpe tamen euenit ut idem pectus & agendi & diſputandi perfectione ſublime ſit: & cælum utroq; adipiſcatur exercitio uirtutũ. Romulus nobis in primo genere ponat᷑: cuius uita uirtutes nunq̃ deſeruit: ſemper exercuit: In ſecundo Pythagoras qui agendi neſcius fuit artifex diſſerendi & ſolas doctrinæ & conſciẽtiæ uirtutes ſecutus eſt. Sit in tertio ac mixto apud græcos Lycurgus & Solon: inter romanos Numa: Catones ambo: multiq; alii qui & philoſophiam hauſerunt altius: & firmamẽtum reipu. præſtiterunt. Soli enim ſapientiæ otio deditos: ut abunde græcia tulit: ita roma nõ neſciuit. Quoniam igitur Aphricanus noſter quem modo auus præceptor inſtituit: ex illo genere eſt quod & de doctrina uiuendi regulam mutuatur: & ſtatum publicum uirtutibus fulcit: ideo & perfectionis geminæ præcepta mandantur: ſed ut in caſtris locato & ſudanti ſub armis primum uirtutes politicæ ſuggeruntur: his uerbis. Sunt autẽ optimæ curæ de ſalute patriæ quibus agitatus & exercitatus animus uelocius in hanc ſedem & domum ſuam peruolabit. Deinde quaſi non minus docto q̃ forti uiro philoſophis apta ſubduntur: cum dicitur: Idq; ocyus faciet: ſi iam tunc cum erit incluſus in corpore eminebit foras. & ea q̃ extra erũt contemplans q̃maxime ſe a corpore abſtrahet. Hæc enim illius ſunt præcepta doctrinæ: quæ illam dicit mortem philoſophantibus appetendam. Ex qua fit adhuc in corpore poſiti corpus ut alienam ſarcinã (inquantum patitur natura) deſpiciant: & facile nunc atq; opportune uirtutes ſuadet: poſtq̃ quanta & q̃diuina præmia uirtutibus debeantur: edixit. Sed quia inter leges quoq; illa imperfecta dicitur: in qua nulla deuiantibus pœna ſancitur: ideo in concluſione operis pœnam ſancit extra hæc præcepta uiuentibus: quem locum Hermagoras ille platonicus copioſius executus eſt: ſæcula infinita dinumerans quibus nocentum animæ in eaſdem pœnas ſæpe reuolutæ: ſero de tartaris emergere permittuntur: & ad naturæ ſuæ principia quod eſt cælum tandem impetrata purgatiõe remeare. Neceſſe eſt enim omnem animam ad originis ſuæ ſedem reuerti. ſed quæ corpus tanq̃ peregrinæ incolunt cito poſt corpus uelut ad patriam reuertuntur: Quæ uero corporum illecebris ut ſuis ſedibus inhærent: quanto ab illis uiolentius ſeparãtur: tanto ad ſupera ſerius reuertuntur. Sed iam finem ſomnio cohibita diſputatione faciamus: hoc adiecto quod concluſionem decebit. quia cum ſint totius philoſophiæ tres partes: moralis: naturalis: & rationalis. & ſit moralis quæ docet morum elimatam perfectionem. naturalis quæ de diuinis corporibus diſputat. ra-

Moralis ps. naturalis. & rõnalis.

tionalis cum de incorporeis ſermo eſt:quæ mens ſola complectitur:nullam de tribus Tullius in hoc ſomnio prætermiſit.nã illa ad uirtutes amoremq; patriæ:& ad cõtẽptum gloriæ adhortatio: quid aliud cõtinet niſi ethicæ philoſophiæ inſtituta moralia:Cum uero uel de ſpærarum modo uel de nouitate:ſiue magnitudine ſyderų: deq; principatu ſolis : & circis cæleſtibus:cinguliſq; terreſtribus: & oceani ſitu loquitur : & harmoniæ superũ pandit arcanũ:phyſicæ ſecreta cõmemorat:ac cũ de motu & immortalitate animæ diſputat:cui nihil conſtat ineſſe corporeum : cuiuſq; eſſentiã nullius ſenſus:ſed ſola ratio depræhendit:illic ad altitudinẽ philoſophiæ rationalis aſcendit. Vere igit̃ pronunciandũ eſt:nihil hoc opere perfectius:quo uniuerſa philoſophiæ continetur integritas.

Finit expoſitio in ſomnium Scipionis.

MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLAris & Illuſtris Conuiuiorum Primi Diei Saturnaliorum Liber Primus. Ad Euſtachium Filium.

M VLTAS VARIASQ VE res in hac uita nobis Euſtachi fili natura cõciliauit. ſed nulla nos magis:q̃ eorum qui e nobis eſſent procreati charitate deuinxit:eãq; noſtrã in his educandis atq; erudiendis curam eſſe uoluit:ut parentes:neq; ſi id quod cuperent ex ſententia cederet:tantum ulla alia ex re uoluptatis:neq; ſi contra eueniret: tantum mœroris capere poſſint.Hinc eſt ꝙ mihi quoq; inſtitutione tua nihil antiquius æſtimat̃: Ad cuius perfectionẽ cõpendia longis anfractibus anteponẽda ducens:moræq; ois impatiens non operior:ut per hæc ſola ꝓmoueas:quibus ediſcẽdis grauiter ipſe inuigilas:ſed ago:ut ego quoq; tibi legerim. & quicquid mihi uel te iam in lucem edito:uel anteq̃ naſcereris:in diuerſis ſeu græcæ ſeu romanæ linguæ uoluminibus elaboratum eſt:id totum ſit tibi ſcientiæ ſuppellex: & quaſi de quodam litterarum penu ſi quando uſus uenerit : aut hiſtoriæ quæ in librorum ſtrue latens clam uulgo eſt: aut dicti factiue memorabilis reminiſcendi:facile id tibi inuentu atq; depromptu ſit. Nec indigeſtæ tanq̃ in aceruum cõgeſſimus digna memoratu:ſed uariarũ rerum diſparilitas authoribus diuerſa:confuſa tẽporibus:ita in quoddam digeſta corpus eſt:ut quæ indiſtincte atq; promiſcue ad memoriæ ſubſidium annotaueramus.in ordinem inſtar membrorum cohærentia conuenirent.Nec mihi uitio uertas:ſi res quas ex lectione uaria mutuabor:ipſe ſæpe uerbis quibus ab ipſis authoribus enarratæ ſunt explicabo: quia præſens opus non eloquentiæ oſtentationem:ſed noſcendorum congeriem pollicetur.

Et boni conſulas oportet:ſi noticiam uetuſtatis modo noſtris non obſcu re:modo ipſis antiquorum fideliter uerbis recognoſcas: prout quæq; ſe uel enatranda uel tranſferenda ſuggeſſerint: Apes enim quodãmodo de bemus imitari:quæ uagantur:& flores carpunt:deinde quicquid attule re:diſponunt:ac per fauos diuidunt:& ſuccum uarium in unum ſaporẽ: miſtura quadam & proprietate:ſpiritu ſui mutant. Nos quoq; quicquid diuerſa lectione quæſiuimus:cõmittemus ſtilo:ut in ordinem eodem di gerente coaleſcat. Nam & in animo melius diſtincta ſeruantur: & ipſa di ſtinctio non ſine quodam fermento:quo cõditur uniuerſitas:in unius ſa poris uſum uaria libamenta confundit:ut etiam ſi quid apparuerit unde ſumptum ſit:aliud tamen eſſe q̃ unde ſumptum noſcetur:appareat. Q đ in corpore noſtro uidemus ſine ulla opera noſtra facere naturam. Alimẽ ta quæ arripimus q̃diu in ſua qualitate perſeuerant:& ſolida innatant:ma le ſtomacho oneri ſunt:at quum ex eo quod erant mutata ſunt:tum de mum in uires aut ſanguinem tranſeunt. Idem in his quibus aluntur in genia præſtemus:ut quæcunq; hauſimus non patiamur integra eſſe: nẽ aliena ſint:ſed in quandam digeriẽ concoquant̃. Alioquin in memoriam ire poſſunt:non in genium. Ex omnibus colligamus:unde unum̃ fiat ex omnibus:ſicut unus numerus fit ex ſingulis. Hoc faciat noſter aius: oĩa quibus eſt auditus abſcondat:ipſum tamen oſtẽdat quod effecit. Vt qui odora pigmẽta cõficiunt:ante oĩa curãt:ut nullius ſint odoris ꝓpria quæ cõdiẽtur:cõfuſuri uidelicet oĩum ſuccos odoraminũ in ſpiramẽtũ unũ. Vides q̃ multoꝝ uocibus chorus cõſtet: una tñ ex oĩbus reddit̃. Aliqua eſt illic acuta. aliqua grauis. aliqua media. accedũt uiris fœminæ. interpo nitur fiſtula. Ita ſinguloꝝ illic latent uoces:oĩum apparẽt. & fit cõcentus ex diſſonis. Tale hoc præſens opus uolo. Multæ ĩ illo artes. multa præce pta ſunt. multaꝝ ætatũ exẽpla:ſed in unũ cõſpirata. In quibus ſi neq; ea quæ iã tibi cognita ſunt aſperneris:nec quæ ignota ſunt uites: inuenies plurima quæ ſint aut uoluptati legere:aut cultui legiſſe: aut uſui memi niſſe. Nihil. n. huic operi inſertum puto:aut cognitu inutile: aut difficile perceptu:ſed omnia:quibus ſit ingenium tuum Vegetius:memoria ad miniculatior:oratio ſolertior:ſermo incorruptior:niſi ſicubi nos ſub alio ortos cælo latinæ linguæ uena non adiuuet. Q uod ab hiſce( ſi tamẽ qui buſdam forte nõnũq̃ tempus uolũtaſq; erit iſta cognoſcere)petitũ impe tratũq; uolumus:ut æqui boniq; cõſulãt:ſi in noſtro ſermone natiua ro mani oris elegãtia deſideret̃. Sed næ ego incautus ſum:qui uenuſtatẽ re præhenſionis incurram a. M. quondã Catone ꝓfectæ in Aulum Albinũ qui cũ Lucio Lucullo cõſul fuit. Is Albinus res romanas oratione græca ſcriptitauit. In eius hiſtoriæ primo ſcriptũ eſt ad hanc ſententiã:Nemine ſuccenſere ſibi cõuenire:ſi quid in illis libris parum cõpoſite aut minus eleganter ſcriptum foret:Nam ſum inquit homo romanus natus in latio

Digeriem.

Chorus.

Adminicu latior.

A. Albinus.

& eloquium græcũ a nobis alieniſſimum eſt:Ideoq; ueniam malæ exiſti-
mationis ſiquid eſſet erratum poſtulauit. Ea cũ legiſſet.M. Cato:Næ tu
inquit Aule nimiũ nugator es:quum maluiſti culpam deprecari:q̃ culpa
uacare.Nam petere ueniam ſolemus: aut quũ imprudentes errauimus. Depcari.
aut quũ noxam imperio cõpellentis admiſimus. Te inquit: oro: quis
perpulit:ut id committeres:quod priuſq̃ faceres:peteres uti ignoſceret? Noxa.
Nunc argumentum quod huic operi dedimus uelut ſub quodam prolo
gi habitu dicemus.

Argumentũ totius operis. Caput primum.

s Aturnialibus apud Vectium prætextatum nobilitatis Romanæ proceres doctiq; alii congregãtur:& tempus ſolẽniter celebratum deputant colloquio liberali:conuiuia quoq; ſibi mutua comitate præbẽtes:nec diſcedentes a ſe niſi ad nocturnam quietem. Nam per omne ſpacium feriarum:meliorem diei partem ſeriis diſputationibus occupantes: cœnæ tempore cõuiuales ſermones agitãt:ita ut nullũ diei tẽpus : docte aliquid uel lepide proferendi uacuũ relinquatur.Sed erit in menſa ſermo iucundior:ut habeat uoluptatis amplius: ſeueritatis minus. Nam cum apud alios quibus ſunt diſcreta conuiuia:tum in illo Platonis ſympoſio non auſteriore:aliqua de re conuiuarum ſermo:ſed cupidinis uaria & lepida deſcriptio eſt:in quo quidem Socrates non arctioribus ut ſolet nodis urget atq; implicat aduerſarium:ſed eludendi magis q̃ decertandi modo:appræhenſis dat elabendi prope atq; effugiẽdi locum. Oportet enim uerſari in cõuiuio ſermones:ut caſtitate integros:ita appetibiles uenuſtate.Matutina erit robuſtior diſputatio:quæ uiros & doctos & præclariſſimos deceat.Neq; enim Cottæ:Lælii:& Scipiones ampliſſimis de rebus: quoad romanæ litteræ erunt:in ueterum libris diſputabunt. Prætexatos uero Flauianos:Albinos:Symachos:& Euſtachios:quorũ ſplendor ſimilis:& nõ inferior uirtus eſt:eodẽ modo loqui aliquid licitũ non erit. Nec mihi fraudi ſi : uni aut alteri ex his quos cœtu coegit matura ætas:poſteriori ſæculo prætextati ſint:quod licito fieri Platonis dialogi teſtimonio ſunt.Quippe Socrate ita Parmenides antiqor:ut huius pueritia uix illius apprehenderit ſenectutem:& tamen inter illos de rebus arduis diſputatur.Inclytum dialogũ Socrates habita cũ Timæo diſputatione cõſumit:quos conſtat eodẽ ſæculo non fuiſſe.Paralus uero & Xãthippus: quibus Pericles pater fuit cum Protagora apud Platonẽ diſſerunt ſecundo aduẽtu athenis morante:quos multo ante infamis illa peſtilẽtia Athenis abſumpſerat.Annos ergo coeuntiũ miti in digitos(exẽplo Platonis nobis ſuffragante)non couuenit. Quo aũt facilius quæ ab oibus dicta ſunt:apparere ac ſecerni poſſent:Deciũ de Poſthumiano qui nã ille ſermo:aut inter quos fuiſſet ſciſcitantem fecimus.Et ne diutius lectoris deſideria moremur:iam Decii & Poſthumiani ſermo palam faciet:quæ hu-

ius colloquii uel origo fuerit:uel ordo proceſſerit.

De die uel uario modo diſtinguendi diem ac noctē. Cap. ii.

Indulget.

t Entanti mihi Poſthumiane aditus tuos: & moliſſima cōſultādi tē pora:quum modo adſunt feriæ:quas indulget magna pars menſis Iano dicati.Cæteris.n.ferme diebus:qui cauſis opportuni perorandis ſūt hora omnino reperiri nulla poteſt:quin tuorum clientiū negocia uel defendas in foro:uel domi diſcas.Nunc aūt(ſcio te enim nō ludo ſed ſerio feriari) ſi ē cōmodum reſpōdere id quod rogatum uenio:tibi ipſi quantum arbitror non iniucundū:mihi uero gratiſſimū feceris. Requiro aūt abs te id primum:Interfueris ne conuiuio per pluſculos dies cōtinua comitate renouato:atq; ſermoni quē prædicare in primis: quēq; apud omnes maximis ornare laudibus diceris:quem quidē ego ex parte audiſſem: niſi poſt illa cōuiuia Roma profectus Neapoli moraretur. Aliis uero nuper interfui admirantibus memoriæ tuæ uires uniuerſa quæ tunc dicta ſunt per ordinem ſæpe referētis.Hoc unum Deci nobis ut & ipſe:quantum tua ſinit adoleſcentia uidere:& ex patre Albino audire potuiſti : in omni uitæ curſu optimum uiſum eſt:ut quantum ceſſare a cauſarum defenſione licuiſſet:tantum ad eruditorum hominum tuiq; ſimilium cōgreſſum aliquem ſermonem que conferrem:Neq; enim recte inſtitutus animus requieſcere aut utilius aut honeſtius uſq̄ poteſt:q̄ in aliqua oportunitate docte ac liberaliter colloquendi:interrogandiq; & reſpondendi comitate.Sed quod nam iſtud conuiuium? An uero dubitandum eſt: quin id dicas:quod doctiſſimis procerum cæteriſq; nuper apud Vectium prætextatū fuit:& diſcurrens poſt inter reliquos grata uiciſſitudo uariauit? De hoc ipſo quæſitum uenio:& explices uelim:quale illud conuiuium fuerit:a quo te abfuiſſe propter ſingularem omnium in te amicitiam non opinor. Voluiſſem equidem:neq; id illis ut exiſtimo ingratū fuiſſet : ſed quum eſſent amicorum complures mihi cauſæ illis diebus pernoſcēdæ: ad cœnam tum rogatus:meditandi non edendi illud mihi tempus eſſe reſpondi:hortatuſq; ſum:ut alium potius nullo inuolutum negocio:atque cura liberum quærerent:Ita factum eſt:Nam facundum & eruditum uirum Euſebium rhetorem inter græcos præſtantem omnibus:ideſt noſtra ætate profeſſis:doctrinæ latialis haud inſcium:prætextatus meum in locum inuitari imperauit. Vnde igitur illa tibi nota ſunt:quæ tam iocunde & comiter ad inſtituendam uitam exemplis(ut audio)rerum copioſiſſimis:& uariæ doctrinæ ubertate prolata digeſta ſunt? Quum ſolſticialis dies qui ſaturnaliorum feſta:quibus illa conuiuia celebrata ſunt: conſecutus eſt:forēſi cura uacuus lætiore animo eſſem domi:Eo Euſebius cū paucis e ſectatoribus ſuis uenit.Statimq; uultu renidens:Per magna me inquit abs te Poſtuhumiane cum ex aliis:tum hoc maxime gratia fateor obſtrictum:q, a prætextato ueniam poſtulando mihi in cœna uacuefeci

ſti locum.Itaq; intelligo:non ſtudium tantum tuum:ſed ipſam quoq;:ut aliquid abs te mihi fiat cõmodi: conſentire atq; aſpirare fortunã. Vis ne inq̃ reſtituere id nobis:quod debitum tã benigne ac tam libenter fateris? noſtrũq; hoc ocium quo perfrui raro admodũ licet:eo ducere:ut his qui bus interfueris tunc tu:nũc nos intereſſe uideamur? Faciã inquit ut uis. Narrabo aũt tibi:non cibũ aut potum:tametſi ea quoq; ubertim caſteq; affuerunt:ſed & quæ uel in cõuiuiis:uel maxime extra menſam ab iiſdẽ per tot dies dicta ſunt in quantũ potero animo repetã. Quæ quidẽ ego quum audirem:ad eorum mihi uitam qui beati a ſapientibus dicerentur: accedere uidebar. Nã & quæ pridie q̃ adeſſem inter eos dicta ſunt:Auie no mihi inſinuante:cõperta ſunt:& omnia ſcripto mandaui:ne quid ſub traheret obliuio:Quæ ſi ex me audire geſtis:caue exiſtimes diem unã re-ferendis:quæ per tot dies ſunt dicta:ſufficere. Quemnam igitur:& inter quos:aut unde ortum ſermonẽ Poſthumiane fuiſſe dicebat? Ita præſto ſum indefeſſus auditor.Tum ille.Declinãte inquit in ueſperum die:quẽ ſaturnale feſtum erat inſecutu℞:quũ Vectius prætextatus domi conue-nire ſe geſtiẽtibus copiã faceret:eo uenerunt Aurelius Symmachus:& Cecinna Albinus:cũ ætate:tũ etiã moribus ac ſtudiis inter ſe coniunctiſ ſimi.Hos Seruius inter grãmaticos doctores recens profeſſus:iuxta do-ctrinã:mirabilis & amabilis:uerecũdia terrã intuens:& uelut latenti ſimi lis ſequebat̃.Quos quũ proſpexiſſet:obuiãq; proceſſiſſet:ac perblande ſalutauiſſet:conuerſus ad Furiũ Albinũ qui tũ forte cũ Auieno aderat: Vis ne ait mi Albine cũ his quos aduenĩſſe peropportune uides: quoſq; iure ciuitatis noſtræ lumina dixerimus:eã rem de qua inter nos naſci cœ perat ſermo:cõmunicemus? Quidni maxime uelim Albinus ĩquit. Nec enim ulla alia de re:q̃ de doctis quæſtionibus colloqui : aut a nobis : aut ab his:poteſt eſſe iucundius.Quũq; cõſediſſent:Tũ Cecinna.Quid nã id ſit mi prætextate:tã & ſi adhuc neſcio:dubitare tamen non debeo:eſſe ſcitu optimũ:quũ & nobis ad colloquendũ cauſam attulerit:& nos eius expertes eſſe non ſinatis.At qui ſcias inquit oportet:eũ inter nos ſermo-nem fuiſſe:ut quũ dies craſtinus feſtis ſaturno dicatis initium dabit:qñ ſaturnalia incipere dicamus.i.quando craſtinũ diem initium ſumere exi-ſtimemus.& inter nos quidẽ parua quædam de hac diſputatione libaui-mus.Ve℞ quia te quicquid in libris latet:ueſtigãre notius eſt:q̃ ut per ue recũdiam negare poſſis:pergas uolo in medium ꝓferre quicquid de hoc quod quærimus edoctum tibi comprehænſumq; eſt. Tũ Cecinna:Quũ Edoctum uobis qui me in hunc ſermonem adducitis: nihil ex omnibus quæ uete-ribus elaborata ſũt:aut ignoratio neget:aut obliuio ſubtrahat: ſuperfluũ uideo inter ſcientes nota proferre. Sed ne quis me exiſtimet dignatione conſultationis grauari:quicquid de hoc mihi tenuis memoria ſuggeſſe-rit:paucis reuoluam.Poſt hæc quum omnes paratos ad audiendum ere-

ctoſq; uidiſſet:ita exorſus eſt. Marcus Varro in rerũ humanarum libro: quem de diebus ſcripſit:Homines inquit qui ex media nocte ad proximam mediam noctem his horis uigintiquattuor nati ſunt:uno die nati dicuntur:Quibus uerbis ita uidetur dierum obſeruationem diuiſiſſe: ut qui poſt ſolis occaſum ante mediam noctem natus ſit:illo quẽ mox nox conſecuta eſt:Contrauero qui in ſex noctis horis poſterioribus naſcitur: eo die uideatur natus:qui poſt eam noctem diluxerit. Atheniẽſes autem aliter obſeruare idem Varro in eodem libro ſcripſit: eoſq; a ſolis occaſu ad ſolem iterum occidentem:omne id medium tempus unum diem eſſe dicere.Babylonios porro aliter.A ſole.n.exorto ad exortum eiuſdem incipientem id ſpatium unius diei nomine uocare. Vmbros uero unum & eundem diem eſſe dicere: a meridie ad in ſequentem meridiem: Quod quidem inquit Varro nimis abſurdum eſt.Nam qui kalendis horis ſexta apud umbros natus eſt:dies eius natalis uideri debebit & kalẽdarum dimidiatus.& qui poſt kalendas erit uſq; ad horam eius diei ſextam.Populum autem romanum ita uti Varro dixit:dies ſingulos annumerare a media nocte ad mediam proximam multis argumentis oſtenditur.Sacra ſunt enim romana partim diurna partim nocturna:Et ea quæ diurna ſũt: ab hora ſexta noctis ſequentis nocturnis ſacris tempus impenditur:Ad hoc.Ritus quoq; & mos auſpicandi eandem eſſe obſeruationem docet. Nam magiſtratus:quando uno die eis & auſpicandum eſt:& id agendum ſuper quo proceſſit auſpicium:poſt mediam noctem auſpicant̃: & poſt exortum ſolẽ agunt:Auſpicatiq;:& egiſſe eadẽ die dicuntur. Præterea tribuni plebis quos nullũ diẽ integrũ abeſſe Roma licet:quum poſt mediã noctẽ ꝓficiſcunt̃:& poſt primã facẽ ante mediã noctem ſequentem reuertunt̃:nõ uident̃ abfuiſſe die:quoniã ante horã noctis ſextã regreſſi:partẽ aliquã illius in urbe conſumũt.Quintũ quoq; Mutiũ iuriſconſultũ dicere ſolitũ legi nõ eſſe uſurpatũ mulierẽ:quæ quũ kalendis ianuariis apud uirũ matrimonii cauſa eẽ cœpiſſet:ad diẽ quartũ kalẽdas ianuarias ſequẽtes uſurpata eſſet:Non.n.poſſet impleri trinoctium:quo abeſſe a uiro uſurpandi cauſa ex duodecim tabulis deberet: quoniam tertiæ noctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent:qui inciperet ex kalẽdis. Virgilius quoq; id ipſum oſtendit:ut hominem decuit poeticas res agentem recondita atq; opera ueteris ritus ſignificatione.

Diei principii uariæ opiniones

Vſurpare.

Torquet(inquit)medios nox humida curſus:
Et meſæuus equis oriens afflauit anhelis:

His enim uerbis diem quem Romani ciuilem appellauere a ſexta noctis hora oriri admonet.Idem poeta quando nox quoq; incipiat expreſſit in ſexto.Quum enim dixiſſet:

Hac uice ſermonum roſeis aurora quadrigis
In medium ætherio curſu traiecerat axem: Mox ſuggeſſit uates.

Nox ruit ænea:nos flēdo ducimus horas.

Sed ita obſeruantiſſimus ciuiliū diffinitionū diei & noctis initia deſcri/pſit. Qui dies ita diuiditur. Primū tēpus diei dicitur mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinium. Inde cōticinium: quū & galli cōticeſcunt: & homines etiā tum quieſcunt. Deinde diluculū.i. quum incipiat dinoſci dies. Inde mane: dum dies clarus. Mane aūt dictum: aut ꝙ ab inferioribus locis.i.a manibus exordium lucis emergat: aut (quod uerius mihi uidetur) ab omine boni nominis. Nam & lanobini mane pro bono dicunt: ſicut apud nos quoq; cōtrarium eſt imane: ut imanis bellua: uel immane facinus: & hoc genus cætera: non pro bono. Deinde a mane ad meridiē: hoc eſt ad medium diei. Inde iam ſupra uocatur tēpus occiduū: & mox ſuprema tempeſtas: hoc eſt diei nouiſſimum tempus: ſicut expreſſum eſt in duodecim tabulis. Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto. Deinde ueſpera: quod a græcis tractum ē. illi enim εσπεραν a ſtella heſpero dicūt: unde & heſperia italia (ꝙ occaſui ſubiecta ſit) nominatur. Ab hoc tempore prima fax dicitur: deinde concubia. & inde intempeſta: quæ non habet idoneum tempus rebus gerendis. Hæc eſt diei ciuilis a romanis obſeruata diuiſio: Ergo noctu futura quum media eſſe cœperit: auſpicium ſaturnaliorum erit: quibus die craſtini mos inchoandi eſt. Hic quum oēs quaſi uetuſtatis promptuarium: Albini memoriam laudauiſſent: ꝑtextatus Auienum uidens Furio inſuſurrantē: quid nā hoc mi Auiene inquit: quod uni Albino indicatum clam cæteris eſſe uelis? Tum ille. Moueor quidem autoritate Cecinnæ: nec ignoro errorem in tantam nō cadere doctrinam: aures tamē meas iſta uerboꝝ nouitas ꝑculit: quū noctu futura: & die craſtini magis: q̄ futura nocte: & die craſtino dicere (ut regulis placet) maluit. Nā noctu non appellatio: ſed aduerbiū eſt. Porro futura qđ nomen ē: non poteſt cum aduerbio cōuenire: Nec dubiū eſt: hoc inter ſe eſſe noctu & nocte: quod diu & die. Et rurſus die: & craſtini non eodem caſu ſunt: & niſi caſus idem nomina in eiuſmodi elocutione nō iungit. Saturnaliorum deinde cur malimus q̄ ſaturnalium dicere opto dignoſcere. Ad hæc cum Cecinna renidens taceret: & Seruius a Symmacho rogatus eſſet: quid nam de his exiſtimaret: licet inquit in hoc cœtu nō minus doctrina q̄ nobilitate reuerēdo: magis mihi diſcendum ſit: q̄ docendum: fabulabor tamen arbitrio iubētis: & inſinuabo primum de ſaturnalibus: poſt de cæteris: unde ſit ſic eloquendi non nouitas ſed uetuſtas. Qui ſaturnalium dicit: regula innititur. Nomina enim quæ datiuum pluralem in.bus.mittunt: nunq̄ genitiuum eiuſdem numeri ſyllaba creuiſſe patiuntur. ſed aut totidem habet: ut monilibus monilium ſedilibus ſedilium: aut una ſyllaba minus eſt: ut carminibus carminum: luminibus luminum. Sic ergo ſaturnalibus rectius ſaturnalium q̄ ſaturnaliorum. Sed qui ſaturnaliorum dicunt: autoritate magnorum muniuntur uirorum:

Diei ciuilis diuiſio

Promptuariū

Noctu Nocte

Inſinuare

*Saturnaliũ & ſaturnaliorũ*

Nam & Saluſtius in.iii.bacchanaliorum ait. Et Maſurius faſtoꝝ ſecũdo: Vinaliorum inquit dies Ioui ſacer eſt: nõ ut quidam putant Veneri: & ut ipſos quoq; grãmaticos in teſtimonium citem: Verrius Flaccus in eo libello qui Saturnus inſcribitur: Saturnaliorum inquit dies apud græcos quoqꝫ feſti habentur. & in eodem libro. Dilucide me inquit de conſtitutione ſaturnaliorum ſcripſiſſe arbitror. Item Iulius Modeſtus de feriis. Saturnaliorum inquit feriæ. & in eodem libro. Antias inquit agonaliorũ repertorem Numã Pompiliũ refert: Hæc tamen inquies autoritas quæro an poſſit aliqua ratione defendi? Plane: quatenus alienum non eſt cõmitti grãmaticum cũ ſua analogia: tentabo ſuſpicionibus eruere: quid ſit: quod eos ſolita enunciatione detorſerit: ut mallẽt ſaturnaliorum: q̃ ſaturnalium dicere. Ac primũ exiſtimo ꝙ hæc nomina quæ ſunt feſtorum dierum neutralia: carentqꝫ numero ſingulari: diuerſæ conditionis eſſe uoluerunt ab his nominibus quæ utroqꝫ numero figurãtur. Compitalia enim:

*Vinalia*

& Bacchanalia: & Agonalia: & Vinalia: & reliqua his ſimilia: feſtorũ dierum nomina ſunt. nec ſingulariter nominantur: aut ſi ſingulari numero dixeris: non idem ſignificabis: niſi adieceris feſtum: ut Bacchanale feſtũ: & Agonale feſtum: & reliqua: ut iam non poſitiuum ſit: ſed adiectiuum: quod græci επιθετον uocant. Animatiq; ſunt ergo ad faciendam diſcretionem in genitiuo caſu: ut ex hac declinatione exprimerent nomen ſolennis diei: ſcientes in nõnullis ſæpe nominibus datiuo in bus. exeunte: nihilominus genitiuum in.rum. finiri: ut domibus domorũ: duobus duorum: ambobus amborum. Ita & uiridia quum ἀντιεϖιθετὸυ accipiuntur: genitiuum in.ium. faciunt: ut uiridia prata. uiridium pratorũ. Quũ uero ipſam loci uiriditatem ſignificare uolumus: uiridiorum dicimus: ut quum dicitur formoſa facies uiridiorum. Tunc enim uiridia quaſi poſitiuum ponitur: nõ accidens. Tanta autem apud ueteres fuit licentia huius genitiui: ut Aſinius Polio Vectigaliorum frequenter uſurpet: ꝙ Vectigal non minus dicatur q̃ uectigalia. Sed & quũ legamus: Læuaqꝫ ancile gerebat: tamen & anciliorum relatum eſt. Vidẽdum ergo ne magis uarietas delectauerit: q̃ ut adamuſſim uerũ ſit. feſtorum dierum nomina ſic uocata. Ecce enim & præter ſolẽnium dierũ uocabula: alia quoqꝫ ſic declinata reperimus: ut præcedens ſermo patefecit uiridiorum: & uectigaliorum: & anciliorum. Sed & ipſa feſtorum nomina ſecundum regulam declinata apud ueteres reperio. Siquidem Varro ferialium diem ait a ferendis in ſepulchra epulis dici: non dixit feraliorum. Et alibi floralium:

*Ferialium dies*

non floraliorum ait: quum idem nõ ludos florales illic: ſed ipſum feſtum floralia ſignificaret. Maſurius etiam ſecundo feſtorũ liberalium Dies inquit a põtificibus agonium martiale appellatur. Et in eodẽ libro. Eã noctem deiceps quæ in ſequentẽ diem qui ẽ lucariũ: nõ dixit lucarioꝝ. Itẽqꝫ liberaliũ multi dixerũt: nõ liberaliorũ. Vnde ꝓnunciandũ eſt: ueteres

induliſſe copiæ per uarietatem:ut dicebant exanimos & exanimes: iner mes & inermos:tum hilaros atq; hilares. Et ideo certum eſt:licito & ſatur nalium & ſaturnaliorum dici:quum alterum regula cū authoritate:alteꝝ & ſi ſola:ſed multorū defendit authoritas. Reliqua aūt uerba quæ Auie no noſtro noua uiſa ſunt:ueterum nobis ſunt teſtimoniis aſſerenda. En-nius enim niſi cui uidetur inter noſtræ ætatis politiores munditia reſpuē dus:noctu concubia dixit his uerbis. Exanimus & exanimis Hilaris Hilarus

Qua galli furtim noctu ſumma arcis adorti:
Mœnia concubia uigileſq; repente cruentant.

Quo in loco animaduertendum eſt: non ſolum ꝙ noctu concubia: ſed etiam ꝙ qua noctu dixerit. Et hoc poſuit in annalium ſeptimo: In quo-rum.iii.clarius quidem idem dixit.

Hac noctu filo pendebit hetruria tota.

Claudius etiā quadrigarius annali.iii. Senatus aūt de noctu conuenire: noctu multa domū dimitti. Nō eſſe ab re puto hoc in loco id quoq; ad-monere:quod decē uiri in.xii. tabulis inuſitatiſſime nox pro noctu dixe-rūt. Verba hæc ſunt. Si nox furtū factū ſit:ſi im aliquis occiſit:iure cæſus eſto. In qbus uerbis id etiā notandū eſt ꝙ ab eo qd is nō eum caſu accu-ſatiuo ſed im dixerūt. Sed nec die craſtini a doctiſſimo uiro ſine ueterū authoritate ꝓlatum eſt: qbus mos erat modo die quinti: modo die qnte pro aduerbio copulate dicere:cuius indiciū eſt: ꝙ ſyllaba ſecūda corripi tur:quæ natura ꝓducitur:quū ſolū dicit̃ die. quod aūt diximus extremā iſtius uocis ſyllabā tum p.e.tū per.i.ſcribi: conſuetū id ueteribus fuit: ut his litteris plerūq; in fine idifferēter uterent̃:ſicut priſtine & priſtini: ꝓ-cliue ꝓcliui. Venit ecce illius uerſus Pōpiniani in mentē:qui ē ex attela nia quæ Meuia inſcribitur. Die craſtini

Dies hic ſextus quum nihil egi: die quarte moriar fame.

Die priſtine eodē mō dicebat̃ qđ ſignificabat die priſtino.i.priore:quod nūc pridie dicit̃:cōuerſo cōpoſitiōis ordine:qſi priſtino die Nec inficias eo: lectū apud ueteres die q̄rto: ſed iuenit̃ hoc de trāſacto: nō de futuro poſitū:Nā Gneus Martius hō impēſe doctus in mimiambis ꝓ eo dicit: qđ nudius q̄rtus nos dicimus in his uerſibus: Nuꝑ die q̄rto ut recordor & certe aquariū urceū unicū domi fregit. Hoc igit̃ intererit:ut die quar-to qdē de p̄terito dicamus:die aūt quarte de futuro. Veꝝ ne de die craſti ni nihil rettuliſſe uideamur. ſuppetit cecilianū illud ex libro hiſtoriaꝝ ſe cūdo. Si uis mihi equitatū dare: & ipſe cū cætero exercitu me ſequi: die qnti Romæ i capitolio curabo tibi cœnā coctā. Tūc Symmachus: Cæci lius tuus inqt & hiſtoriā & uerbū ex originibus. M. Catōis accæpit:apud quē ita ſcriptū ē. Igit̃ dictatorē Carthaginēſiū magiſter equitū monuit: Mitte romā mecū equitatum:die quinti in capitolio tibi cœna cocta erit. Et prætextatus: Exſtimo non nihil ad demonſtrandam conſuetudinem Die priſtine Die priſtino Die quarte Die quarto

ueterum etiam & prætoris uerba conferre: quibus more maiorum ferias concipere ſolet: quæ appellantur compitalia. Ea uerba hæc ſunt: Die no

Compitalia

ni poſt kalendas iañ. quiritibus compitalia erunt. Tum Auienus aſpiciens Seruium: Curius inquit & Fabricius: & Coruncanus antiquiſſimi uiri: uel etiam his antiquiores Horatii illi tergemini: plane ac dilucide cum ſuis fabulati ſunt. neq; auruncorum aut ſicanorum aut pelaſgorum: qui primi coluiſſe in Italia dicuntur: ſed ætatis ſuæ uerbis loquebantur. Tu autem proinde quaſi cum matre Euandri nunc loquere: Vis nobis uerba multis iam ſæculis oblitterata reuocare? ad quorum congeriem præſtantis quoq; uiros quorum memoriam continuus legendi uſus inſtruit incitaſti. Sed antiquitatem uobis placere iactatis ꝙ honeſta & ſobria & modeſta ſit. Viuamus ergo moribus præteritis: p̃ſentibus uerbis loquamur. Ego enim id quod a. C. Cæſare excellentis ingenii ac prudentiæ uiro in primo de analogia libro ſcriptum eſt: habeo ſemper in memoria atq; in pectore: ut tãquã ſcopulum: ſic fugiam infrequens atq; inſolens uerbum. Mille deniq; uerborum talium eſt: quæ quum in ore priſce autho-

Exauthorare

ritatis crebro fuerint: exauthorata tamẽ a ſequenti ætate repudiataq; ſũt. horum copiam proferre nunc poſſem: ni tempus iam noctis ꝓpinquantis neceſſariæ diſceſſionis nos admoneret. Bona uerba quæſo prætextatus morali (ut aſſolet) grauitate ſubiecit: ne inſolenter parentis artium antiquitatis reuerentiam uerberemus: cuius amorem tu quoq; dum diſ-

Mil'e uerborum eſt

ſimulas: magis prodis: Quũ enim dicis mille uerborum eſt: quid aliud ſermo tuus niſi ipſam redolet uetuſtatem? Nam licet. M. Cicero in oratione quam pro Milone concæpit ita ſcriptum reliquerit: Ante fundum Clodii quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facile mille hominum uerſabatur ualentium: non uerſabãtur: quod in libris minus accurate ſcriptis reperiri ſolet. Et in ſexta in Antonium: Qui inquã in illo anno inuentus eſt: qui Lucio Antonio mille nummum ferret expenſum: Licet Varro quoq; eiuſdem ſæculi homo in ſeptimodecimo humanarum

Plus

dixerit: plus mille & centũ annorum eſt: tamen fiduciam ſic componendi non niſi ex antecedentium authoritate ſumpſerũt. Nam Quadrigarius in. iii. annalium ita ſcripſit. Ibi occiditur mille hominum. Et Lucilius in. iii. ſatyrarum.

Ad portam mille: a porta eſt ſex inde ſalernum.

Alibi uero & declinationẽ huius nois executus ẽ. Nã i. xv. libro ita dicit.

Hunc milli paſſum qui uicerit atq; duobus:
Campanus ſonipes ſucceſſor nullus ſequatur.
Maiore ſpacio ac diuerſus uidebitur ire. Idem in libro nono.
Tu milli nummum potes uno quærere centum.

Milli paſſum dixit pro mille paſſibus: & milli nummum dixit pro mille nũmis: aperteq; oſtendit mille & uocabulũ eſſe & ſingulari numero dici

& caſum etiam capere ablatiuum eiuſq; pluratiuum eſſe milia. Mille enĩ Milia
non ex eo ponitur quod græce χιλια dicũtur: ſed quod χιλιας. Et ſi-
cut una chilias & duæ chiliades ita unũ mille & duo milia ueteres certa
atq; directa ratione dicebant. & heus tu: his ne tam doctis uiris: quorum
.M. Cicero & Varro imitatores ſe gloriantur: adimere uis in uerborũ co-
mitiis ius ſuffragandi: & tãq̃ ſexagenarios maiores de põte deiicies? Plu De põte deii-cere.
ra de hoc diſſereremus: ni nos inuitos ab inuito diſcedere hora cogeret. Abacus
Sed uultis ne diem ſequentẽ: quem oẽs plæriq; abaco & latrũculis con- Latrunculi
terunt: nos iſtis ſobriis fabulis a primo lucis in cœnæ tẽpus: Ipſam quo-
q; cœnam nõ obrutam poculis: nõ laſciuientem ferculis: ſed quæſtioni-
bus doctis pudicam & mutuis ex lecto relationibus exigamus? Sic enim
ferias præ omni negocio fœtas cõmodi ſenſerimus: nõ animũ ut dicitur Fœtas
remittentes: nam remittere inquit Muſonius animũ: quaſi amittere eſt: Remittere animum
ſed demulcentes eum paulũ: atq; laxantes iocundis honeſtiſq; ſermonũ
illectationibus: quod ſi ita decernitis: diis penatibus meis huc cõuenien
do gratiſſimum feceritis. Tum Symmachus: Nullus qui quidem ſe di-
gnum hoc conuentu meminerit: ſodalitatẽ hanc: uel ipſum conuentus
regem repudiabit. Sed ne quid ad perfectionẽ cœtus deſideretur: iuitan
dos ad eundem cõgreſſum conuictumq; cenſeo: Flauianũ: qui quãto ſit
mirando uiro & uenuſto patre præſtantior nõ minus morũ ornatu uitæ-
q; grauitate: q̃ copia profundæ eruditionis: aſſeruit. ſimulq; Poſthumia-
num: qui forum defenſionum dignatione nobilitat: & Euſtachion: qui
tantus in omni philoſophiæ genere eſt: ut ſolus nobis repræſentet trium
philoſophorum ĩgenia: de quibus noſtra antiquitas gloriata eſt. Illos di- Gloriari de.
co quos athenienſes quondã ad ſenatũ legauere impetratũ: uti mulctam
remitteret: quam ciuitati eorum fecerat propter Oropi uaſtationem: Ea Mulcta
mulcta fuerat talentũ fere quingentũ: Erãt iſti philoſophi Carneades ex
Academia: Diogenes ſtoicus: Critolaus peripateticus: quos ferunt ſeor-
ſum queq;: oſtentãdi gratia: per celeberrima urbis loca magno hominum
cõuentu diſſertauiſſe. Fuit (ut relatum ẽ) facundia Carneades uiolẽta & Carneades Critolaus
rapida: Scita & tereti Critolaus: Modeſta Diogenes etiã ſobria. Sed in ſe Diogenes
natum ĩtroducti ĩterprete uſi Cælio ſenatore. At hic noſter quum ſectas
omnis aſſecutus: ſed probabiliorem ſecutus ſit: omniaq; hæc ĩter græcos
genera dicendi ſolus impleat: ĩter nos tamẽ ita ſui locuples ĩterpres eſt: ut
neſcias qua lingua facilius uel ornatius expleat operam diſſerendi. Pro-
bauere omnes Quinti Aurelii iudiciũ: quo edecumatos elegit ſodales: Edecumati
atq; his ita cõſtitutis: primum a prætextato ſimul: deinde a ſe diſcedẽtes
domum quiſq; ſuam regreſſi ſunt.

P Oſtero die ad ædes Vectii matutini omnes inter quos pridie con-
uenerat: affuerunt: quibus prætextatus in bibliothecam receptis:
in qua eos opperiebatur: præclarũ inqt diem mihi fore uideo: quum &

uos adeſtis:& affuturos ſe illi quos ad conuentus noſtri ſocietatem roga ri placuit:ſpoponderunt. Soli poſthumiano antiquior uiſa eſt inſtruendarum cura defenſionũ:in cuius abnuentis locũ. Euſebium graia & doctrina & facundia clarũ rhetorem ſurrogauit:

Inſinuare

inſinuauitq; oibus: ut exorto die:ſe nobis

Indulgerent

indulgerent:quando quidẽ nullis hodie officiis publicis occupari fas eſſet. togatus certe:uel trabeatus:paludatuſue:ſeu prætextatus hac die uidet̃ nullus. Tũ Auienus:ut ei interpellãdi mos erat. Quũ ſacrũ mihi ait:ac reipu.nomen prætextate tuũ inter uocabula diuerſi habitus refers:

Admoneri quæſtionis

admoneor non ludicræ ut extimo quæſtionis:quũ enim ueſtitus togæ:uel trabeæ: ſeu paludamenti : nullum de ſe proprii nominis uſum fecerit:quæro abs te: cur hoc de ſolo prætextæ habitu uſurpauerit uetuſtas:aut huic nomini quæ origo contigerit?

Prætextatus unde.

i Nter hæc Auieni dcã:Flauiãus & Euſtachius:par ĩſigne amiciciæ: ac minio poſt Euſebius ĩgreſſi alacriorẽ fecere cœtũ:Accæptaq; ac reddita ſalutatiõe:cõſederũt:pcũctãtes qd nã offẽderint ſermocinatiõis. Tũ Vectius popportune affuiſtis mihi inqt

Aſſertor

aſſertorẽ q̃renti. Mouet.n. mihi Auienus noſter nominis quæſtionem: & ita originem eius flagitat: tanq̃ fides ab eo generis exigenda ſit. Nam quum nullus ſit qui appelletur ſuo nomine uel togatus: uel trabeatus: uel paludatus: cur prætextatus nomen habeatur poſtulat in medium proferri. Sed & cum poſti inſcriptum ſit delphici templi:& unius e numero ſeptem ſapientum eadem ſit iſta ſententia γνωθι σε αὐτον quid in me ſcire exiſtimandus ſim: ſi nomen ignoro: cuius mihi nunc & origo & cauſa dicenda eſt? Tullius Hoſtilius rex romanorum tertius debellatis hetruſcis:Sellam currulem: lictoreſq;:& togam pictam:atq; prætextam: quæ inſignia magiſtratuum

Prætexta.

hetruſcorũ erant: primus ut Romæ haberentur inſtituit. Sed prætextã illo ſæculo puerilis non uſurpabat ætas. Erat enim ut cætera quæ enume

Tarquinus.

raui: honoris habitus: Sed poſtea Tarquinius Demarati exulis Corinthii filius Priſcus:quem quidam Lucumonem uocitatum ferunt: rex tertius ab Hoſtilio: quintus a Romulo:de Sabinis egit triumphum:Quo bello filium ſuum annos quattuordecim natum: ꝙ hoſtem manu perculſerat: & pro contione laudauit:& bulla aurea prætextaq; donauit:inſigniens puerum ultra annos fortem: præmiis uirilitatis & honoris. Nã ſicut prætexta magiſtratuum:Ita bulla geſtamen erat triumphantiũ: quã

Bulla

in triumpho præ ſe gerebant: incluſis intra eam remediis: quæ crederent aduerſus inuidiam ualentiſſima. Hinc deductus mos:ut prætexta & bulla in uſum puerorum nobilium uſurparentur : ad omen & uota conciliandæ uirtutis ei ſimilis: cui primis in annis munera iſta ceſſerunt. Alii putant: eundem priſcum:quum is ſtatum ciuium ſolertia prouidi principis ordinaret: cultũ quoq; ingenuorũ puerorꝫ inter pcipua duxiſſe: Inſtituiſſeq;:ut patricii bulla aurea cũ toga:cui purpura prætexitur: uterẽtur:

dũtaxat illi: quorũ patres curulẽ geſſerant magiſtratum. Cæteris aũt: ut prætexta tantũ uterentur indultũ. Sed uſq; ad eos: quoꝝ parentes equo ſtypendia iuſta meruiſſent. Libertinis uero nullo iure uti ꝑtextis licebat: ac multo minus peregrinis: qbus nulla eſſet cũ romanis neceſſitudo. ſed poſtea libertinoꝝ quoq; filiis ꝑtexta cõceſſa ẽ: ex cauſa tali: quã. M. Lælius augur refert: qui bello punico ſcũdo duumuiros dicit ex ſenatuſconſulto: ꝓpter multa ꝓdigia: libros ſybillinos adiſſe: & iſpectis his: nũciaſſe in capitolio ſupplicandũ: lectiſterniũq; ex collata ſtype faciendũ: ita ut libertinæ quoq; quæ lõga ueſte uterentur: in eã rem pecuniã ſubminiſtrarẽt. Acta igit̃ obſecratio: pueris igenuis: itẽq; libertinis: ſed & uirginibus patrimis matrimiſq; ꝓnunciantibus carmẽ. Ex quo cõceſſum: ut libertinoꝝ quoq; filii: qui ex iuſta dũtaxat matrefamilias nati fuiſſent: togã prætextam & lorum in collo pro bullæ decore geſtarẽt. Verrius Flaccus ait: Quũ populus ro. peſtilentia laboraret: eſſetq; reſponſum: id accidere: ꝙ dii deſpicerent̃: Anxiam urbẽ fuiſſe: quia nõ itelligeret̃ oraculũ: eueniſſeq;: ut circenſiũ die: puer de cœnaculo pompã ſuperne deſpiceret: & matri referret: quo ordine ſecreta ſacroꝝ in arca pilẽti cõpoſita uidiſſet: Qui quũ rẽ geſtã ſenatui nunciaſſet: placuiſſe uelari loca: qua pompa ueheretur: atq; ita peſte ſedata: puerũ: qui ambiguitatẽ ſortis abſolueratː togæ & ꝑtextæ uſum munus impetrauiſſe. Vetuſtatis peritiſſimi referunt: In raptu ſabinarũ: unam mulieꝝ nomine Herſiliã: dum adhæreret filiæ: ſimul raptam. Quã quũ Romulus Hoſto cuidã ex agro latino: qui in Aſylũ eius confugerat: uirtute cõſpicuo uxorem dediſſet: natum ex ea puerum: anteq̃ ulla alia ſabinarum partũ ederet: eumq;: ꝙ primus eſſet in hoſtico procreatus Hoſtum Hoſtilium a matre uocitatum. & eundem a Romulo bulla aurea ac prætexta inſignibus honoratũ. Is enim quum raptas ad conſolandum uocaſſet: ſpopondiſſe fertur: ſe eius infanti quæ prima ſibi ciuem romanum eſſet enixa: illuſtre munus daturum.

n Onnulli credũt igenuis pueris attributũ: ut cordis figurã i bulla añ pectus annecterẽt: quã iſpiciẽtes ita demũ ſe hoies cogitarẽt ſi corde ꝑſtarent. Togã quoq; prætextã his additã: ut ex purpuræ rubore: ingenuitatis pudore regerentur. Diximus unde prætexta: adiecimus & cauſas quibus exiſtimatur conceſſa pueritiæ: Nũc idem habitus quo argumẽto tranſierit in uſum nominis: paucis explicandũ eſt. Mos antea ſenatoribus fuit: in curiã cum ꝑtextatis filiis introire. Quũ in ſenatu res maior quæpiã cõſultaret̃: eaq; in diẽ poſterũ ꝓlata eẽt: placuit ut hãc rẽ: ſuꝑ qua tractauiſſent: ne q̃s enunciaret: priuſq̃ decreta eſſet. Mater Papyrii pueri: qui cũ parente ſuo in curia fuerat: percõtatur filiũ: quidnã in ſenatu egiſſent patres. Puer reſpõdit tacendũ eſſe: neq; id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior. Secretũ rei: & ſilentiũ pueri eius animũ ad exquirendũ euerberat. Quærit igitur cõpreſſius uiolentiuſq;. Tũ puer ur-

Indulgere

Lectiſterniũ

Libertinis datum eſt geſtare lorum

Patrimis. matrimis.

Herſilia

Hoſtus Hoſtilius

Bullæ quæ figura ſit.

Puericia

Prætextata ueſtis

Papyrius puer. de papyrio hec leges a. gell. lib. primo cap. xxiij

gente matre: lepidi atq; feſtiui mendacii conſiliũ capit. Actũ in ſenatu di
xit: utrũ uideretur utilius: magiſq; ex repu. eſſe: Vnus ne ut duas uxores
haberet: an ut una apud duos nupta eſſet. Hoc ubi illa audiuit: aio cõpa
ueſcit: domo trepidans egreditur: ad cæteras matronas affert. Poſtridieq;
ad ſenatũ copioſæ matrũ familias cateruæ cõfluunt: lachrymantes atq;
obſecrantes orant: una potius ut duobus nupta fieret: q̃ uni duæ. Sena-
Intemperies
tores ingredientes curiã: quæ illa mulierũ intẽperies: & quid ſibi poſtula
tio iſthæc uellet: mirabantur. Et nõ ut paruæ rei prodigiũ: illã uerẽdi ſe-
xus ĩpudicã inſaniã paueſcebant. Puer Papyrius publicũ metum demit.
Nã in mediũ curiæ progreſſus: quid ipſi mater audire iſtitiſſet: quid ma
trĩ ipſe ſimulaſſet: ſicuti fuerat enarrat. Senatus fidẽ atq; ingenium pueri
exoſculatur: conſultũq; facit: uti poſt hac pueri cũ patribus in curiã non
introeant præter illum unum Papyriũ: eiq; puero poſtea cognomẽtum
honoris gratia: decreto inditum prætextatus: ob tacendi loquendiq; in
Scipio unde:
prætextata ætate prudentiam. Hoc cognomentũ poſtea familiæ noſtræ
in nomen hæſit. Non aliter dicti Scipiones: niſi q; Cornelius qui patrem
luminibus carentem probaculo gerebat: Scipio cognominatus: nomen
ex cognomie poſteris dedit. Sic Meſſala tuus Auiene dictus cognomen
Meſſala uñ.
to Valerii Maximi: qui poſtq̃ Meſſanã urbem Siciliæ nobiliſſimã cæpit:
Meſſala cognominatus ẽ. Nec mirũ ſi ex cognominibus nata ſunt nomi
na: quum contra & cognomina ex propriis ſint tracta nominibus: ut ab
Aemylio Aemylianus: a Seruio Seruiliãus. Hic ſubiecit Euſebius: Meſ
ſala & Scipio: alter de pietate: de uirtute alter: ut refers cognomina reppe
rerunt. Sed Scropha & Aſina: quæ uiris non mediocribus cognomenta
ſunt: uolo dicas unde contigerint: quũ contumeliæ q̃ honori propiora ui
deantur. Tũ ille: Nec honor: nec iniuria: ſed caſus fecit hæc nomina. Nã
Aſinæ cognomen cur corneliis ſit.
aſinæ cognomentũ Corneliis datum eſt: quoniam princeps corneliæ gen
tis empto fundo: ſeu filia data marito: quum ſponſores ab eo ſolenniter
poſcerentur: aſinam cum pecuniæ onere produxit in forũ: quaſi pro ſpon
ſoribus p̃ſens pignus. Tremellius uero ſcropha cognominatus ẽ euen-
Scrophæ cognomẽ unde cæptum
tu tali. Is Tremellius cum familia atq; liberis in uilla erat: ſerui eius quũ
de uicino ſcropha erraret: ſurreptam conficiunt: Vicinus aduocatis cu-
ſtodibus omnia circũuenit: ne qua hæc efferri poſſit. Iſq; ad dominũ ap-
Pecus de ſcropha
pellat reſtitui ſibi pecudem. Tremellius qui ex uillico rem comperiſſet:
Centones
ſcrophæ cadauer ſub centonibus collocat: ſuper quos uxor cubabat.
Quæſtio
Quæſtionem uicino permittit. Quum uentum eſt ad cubiculum: uer-
ba iurationis concipit: nullã eſſe in uilla ſua ſcrophã: niſi illã inquit quæ
in centonibus iacet: lectulũ monſtrat. Ea facetiſſima iuratio Tremellio
Famulitium
ſcrophæ cognomen dedit. Dũ iſta narrantur unus e famulitio cui puin
cia erat: admittere uolentes dominũ conuenire: Euangelũ adeſſe nũciat
cum Dyſario: qui tunc Romæ præſtare uidebantur cæteris medẽdi ar-

occultiore ſacrorum doceri poſſe cõfirmat. Hanc eandem etiã Bonam: Fau namq;:Opem:& Fatuam pontificum libris indigitari. Bonam: quod omniũ nobis ad uictum bonorum cauſa eſt.Faunam quod omni uſui animantium fauet.Opem quod ipſius auxilio uita conſtet:Fatuam afando.quod(ut ſupra diximus)infantes partu editi non prius uocem edunt:q̃ attigerint terram. Sunt qui dicant hanc deam potentiã habere Iunonis: ideoq; regale ſceptrum in ſiniſtra manu ei additum:Eandem alii Proſerpinam credũt:porcaq; ei rem diuinam fieri:quia ſegetem quã Ceres mortalibus tribuit:porca depaſta eſt.Alii χθονιαν εκατην.Boeotii Semelam credunt:nec non eandem Fauni filiam dicunt:obſtitiſſeq; uoluntati patris in amorem ſuũ lapſi:ut & uirga myrtea ab eo uerberaretur:Quum deſiderio patris nec uino ab eodem preſſa ceſſiſſet:Transfiguraſſe ſe tamen in ſerpentem pater creditur:& coiſſe cum filia.Horum omnium hoc proferunt indicii. quod uirgam myrteam in templo haberi neſas ſit:quod ſuper caput eius extendatur uitis:qua maxime eam pater decipere tentauit:quod uinum i templum eius non ſuo nomine ſoleat inferri:ſed uas in quo uinum inditum ſit mellariũ nominetur:& uinum lac nuncupetur:ſerpenteſq; in templo eius nec terrentes nec timentes indifferenter appareant. Quidam medeam putãt:quod in ædem eius omne genus herbarum ſit:ex quibus antiſtites dant plerumq; medicinas:& quod templũ eius uirum introire non liceat:propter iniuriam: quam ab ingrato uiro Iaſone perpeſſa eſt.Hæc apud græcos θεοσ γυναικεια dicitur:quã Varro filiã Fauni tradidit.adeo pudicam ut extra γυναικονιτιν nunq̃ ſit egreſſa:nec nomen eius in publico fuerit auditum: nec uirum unq̃ uiderit:uel a uiro uiſa ſit:propter quod nec uir templũ eius ingreditur. Vnde & mulieres in italia ſacro Herculis non licet intereſſe: quia Herculi(quum boues Geryonis per italiæ agros duceret)ſitienti reſpondit mulier.aquã ſe nõ poſſe præſtare:quod fœminarum deæ celebraretur dies:nec ex eo apparatu uiris guſtare fas eſſet:Propter quod Hercules facturus ſacrum deteſtatus eſt præſentiã fœminarum:& Potitio ac Pinario ſacrorum cuſtodibus iuſſit:ne mulierem intereſſe permitterent. Ecce occaſio nominis:quo Maiam eſſe eandem:& terrã:& Bonam deam diximus: coegit nos de bona dea quæcunq; comperimus protuliſſe.

Fauna & ops & Fatua.

Semela.

Vinũ non adhibetur in ſacris bõæ deæ.

Sacris Herculis nõ interſunt mulieres.

Potitius: & pinarius cuſtodes ſacrorũ herculis.

Iunius maium ſequitur:aut ex parte populi ut ſupra diximus nominatus: aut(ut Cigius arbitratur)quod Iunõius apud latios an̄ uocitatus.diuq; apud aricinos præneſtinoſq; hac appellatione in faſtos relatus ſit:adeo ut ſicut Niſus in cõmẽtariis faſtorum dicit:apud maiores quoq; noſtros hæc appellatio mẽſis diu manſerit.Sed poſt detritis quibuſdã litteris:ex iunonio Iunius dictus ſit.Nã & ædes Iunonis monetæ kal.Iuniis dedicata ẽ. Nõnulli putauerũt Iuniũ mẽſem a Iunio Bruto: qui primus Romæ cõſul factus eſt:nominatũ:quod hoc menſe.i. kalen.iuniis: pulſo Tarquino ſacrum Carnæ deæ in celo mõte uoti reus fecerit. Hanc deã uitalibus hu

Iunius mẽſis

Iunonis monetæ ædes.

Carna dea.

manis præeſſe credũt.ab ea deniq; petitur ut iecinora & corda:quæq; ſũt intrinſecus uiſcera ſalua conſeruet.Et quia cordis beneficio cuius diſſimulatione Brutus habebatur idoneus:emẽdationi publici ſtatus extitit: hanc deam quæ uitalibus præeſt:templo ſacrauit. Cui pulte fabatia & larido ſacrificatur:q̧ uires maxime his rebus corporis roborentur. Nam &

Fabariæ calendæ.

kalend.iuniæ fabariæ uulgo uocant̃:quia hoc mẽſe adultæ fabæ diuinis rebus adhibentur.

Iulius mẽſis.

Sequitur Iulius qui quũ ſecũdum Romuli ordinationem martio anni tenente principium:quintilis a numero uocaretur:nihilominus tamen etiã poſt præpoſitos a Numa Ianuarium ac februarium:retinuit nomen: quum nõ uideretur iã quintus eſſe: ſed ſeptimus. Sed poſtea in honorẽ Iulii Cæſaris dictatoris legẽ ferẽte.M.Antonio Marci filio cõſule: Iulius appellatus eſt:q̧ hoc mẽſe ad quartũ idus q̃ntilis Iulius ꝓcreatus ſit.

Auguſtus menſis

Auguſtus deinde eſt:qui ſextilis antea uocabat̃: donec honori Auguſti daret̃ ex ſenatuſconſulto:cuius uerba ſubieci.Q uum imperator Cæſar Auguſtus menſe ſextili:& primũ conſulatũ inierit:& triũphos tres intulerit in urbem:& ex Ianiculo legiões deductæ ſecutæq; ſint eius auſpicia ac fidem:& ægyptus hoc menſe in poteſtatem populi romani redacta ſit:finiſq; hoc menſe bellis ciuilibus impoſitus ſit:atq; ob has cauſas hic menſis huic imperio feliciſſimus ſit ac fuerit:placere ſenatui:ut hic mẽſis auguſtus appellet̃.Idem plebiſcitum factum ob eandem rem Sexto Pacubio tribuno plebem rogante.

September qui & germanicus.

Menſis ſeptember principalem ſibi retinet appellationem:ex germanici appellatione.

October qui & Domitianus.

Octoberem uero ſuo nomine Domitianus inuaſerat. Sed ubi infauſtum uocabulum ex omni ære uel ſaxo placuit eradi:menſes quoq; uſurpatione tyrãnicæ appellationis exuti ſunt. Cautio poſtea principum cæterorum diri ominis infauſta uitantium:mẽſibus a ſeptembri uſq; ad decembrem priſca nomina reſeruauit.Hæc fuit a Romulo annua ordinata dimenſio:qui(ſicut ſupra iam diximus)annum.x. menſium:dierum uero.iiii.& trecentorum habendum eſſe conſtituit:menſeſq; ita diſpoſuit:ut quattuor ex his tricenos & ſingulos:ſex uero tricenos haberent dies.Sed quum is numerus neq; ſolis curſui:neq; lunæ rõnibus conueniret: nonnunq̃ uſuueniebat:ut frigus anni æſtiuis menſibus:& contra calor hyemalis proueniret.Q uod ubi contigiſſet:tantum dierum ſine ullo menſis nomine patiebantur aſſumi:quantum ad id anni tempus adduceret:quo cæli habitus inſtanti menſi aptus inueniretur.

Anni diuiſio per numã.

s Ed ſecutus Numa:quantum ſub cælo rudi & ſeculo adhuc impolito ſolo ingenio magiſtro compræhendere potuit:uel quia græcorum obſeruatione forſan inſtructus eſt:quinquãginta dies addidit ut i trecentos.liiii.dies:quibus.xii.lunæ curſus confici credidit:annus exten

deretur:atque his.l.a ſe additis:adiecit alios ſex retractos illis menſibus ſex:qui triginta habebant dies:ideſt de ſingulis ſingulos: factoſq;.l. &.vi. dies in duos nouos menſes pari ratione diuiſit:ac de duobus priorem Ianuarium nuncupauit:primũq; anni eſſe uoluit:tanq̃ bicipitis dei mẽſem reſpicientem ac proſpicientem trãſacti anni finem futuriq; principia.Secundum dicauit Februo deo:qui luſtrationũ potens creditur.Luſtrari autem eo menſe ciuitatem neceſſe erat:quo ſtatuit ut iuſta diis manibus ſoluerentur.Numæ ordinationem finitimi mox ſecuti:totidem diebus totidemq; mẽſibus ut Põpilio placuit annum ſuum computare cœperũt. Sed hoc ſolo diſcrepabant q; mẽſes undetricenum:tricenumq; in numero alternauerunt.Paulo poſt Numa in honorem imparis numeri ſecretũ hoc & ante Pythagoram parturiente natura:unum adiecit diem:quẽ Ianuario dedit:ut tam in anno:q̃ in menſibus ſingulis:præter unum februarium:impar numerus ſeruaretur:nam quia.xii.menſes:ſi ſinguli aut pari aut impari nũero putarentur:conſumationem parem facerent:unus pari numero inſtitutus unius amputationem imparem fecit.Ianuarius igit̃: aprilis:Iunius:ſextilis:ſeptember:nouember:december: undetricenis cenſebantur diebus:& quintanas nonas habebãt:ac primo idus in omnibus ad.xvii.kalend:computabantur.Martius uero:maius:quintilis:& october dies tricenos:ſingulos poſſidebant.Nonæ in his ſeptimanæ erant.Similiterq; poſt idus.x.&.vii.dies in ſingulis uſq; ad ſequentes kalend.cõputabãtur.ſed ſolus februarius.xx.&.viii.retinuit dies:quaſi inferis & diminutio:& par numerus conueniret.

Februus deus.unde Februarius mẽſis.

Menſes quot dies habent.

q Vum ergo romani ex hac diſtributione Pompilii ad lunæ curſum ſicut græci annum proprium cõputarent:neceſſario & intercalare menſem inſtituerunt more græcorũ. Nam & græci quum animaduerterent temere ſe.ccc:liii.diebus ordinaſſe annum:quoniam apparet de Solis curſu qui.ccc.lxv.diebus & quadrante zodiacum conficit:deeſſe ãno ſuo.xi.dies & quadrãtem:intercalares ſtatuta ratione commenti ſunt:ita ut octauo quoq; anno.lxxxx.dies:ex quibus tres menſes tricenum dierũ compoſuerunt.intercalarent:Id græci fecerunt:quoniam erat operoſum atq; difficile:omnibus annis.xi.dies & quadrantem intercalare.itaq; maluerunt hũc numerum octies multiplicare:& nonaginta dies qui naſcuntur:ſi quadrans cum diebus.xi.octies cõponatur:inſerere:in tres menſes ut diximus diſtribuendos.Hos dies υπερβαινοντας:Menſes uero εμβολισμοις appellabant.Hunc ergo ordinem romanis quoq; imitari placuit:ſed fruſtra:quippe fugit eos diem unum ſicut ſupra admonuimus additum a ſe ad græcum numerum:in honorem imparis numeri.Eare per octennium cõuenire numerus atq; ordo nõ poterat. Sed nundum hoc errore cõperto:per octo annos nonaginta quaſi ſupfundendos græcoꝝ exemplo computabant dies.Alterniſq; annis binos uicenos:alternis

Intercalatio.

ternos uicenoſq; intercalares expenſabant intercalatiōibus.iiii. Sed octa uo quoq; anno intercalatores octo affluebāt dies ex ſingulis:quibus uer tentis anni numerū apud romanos ſuper græcū abundaſſe iam diximus. Hoc quoq; errore iam cognito: hæc ſpecies emendationis inducta eſt. Tertio quoq; octennio ita intercalandos diſpenſabant dies:ut non nona ginta:ſed.lxvi.intercalerent:compenſatis.xxiiii.diebus pro illis:qui p toti dem annos ſupra græcorum numeꝝ creuerant. Omni aūt intercalationi menſis februarius deputatus eſt:qm̄ is ultimus anni erat:Quod etiam ipſum de græcoꝝ imitatione faciebant. Nam & illi ultimo anni ſui mēſi: ſuperfluuos interſerebāt dies:ut refert Glaucippus:qui de ſacris atheniē ſium ſcripſit. Verum una re a græcis differebāt:nam illi confecto ultimo menſe:romani nō confecto februario:ſed poſt.xx.&.iii.diem intercalabāt terminalibus ſcilicet iā peractis. Deinde reliquos februarii mēſis dies:qui erant quinq;:poſt intercalationē ſubiungebant (credo) uetere religionis ſuæ more:ut februariū omnino martius ſequeretur.

Nūdinæ

SEd quū ſæpe eueniret ut nundinæ modo in anni principem diem: modo in nonas caderēt (utrūq; autem pernicioſum reipublicæ pu tabatur) remediū quo hoc auerteretur excogitatū eſt:Quod aperiemus: ſi prius oſtēderimus:cur nundinæ uel primis kaléd. uel nonis omnibus cauebantur. Nam quotiēs incurrente anno dies cœpit qui adiectus eſt nundinis:omnis ille annus infauſtus caſibus luctuoſus fuit:maximeque lepidiano tumultu opinio iſta firmata eſt.

Nonæ

Serui Tu. in certus dies natalis.

NOnis aūt conuētus uniuerſæ multitudinis uitādus exiſtimatᷣ:quo niam populus romanus: exactis etiā regibus: diem hūc nonarum maxime celebrabat:quē natalem Serui Tullii exiſtimabāt:quia quū in certū eſſet:quo mēſe Seruius Tullius natus eſſet:nonis tamē natum eē cōſtaret:oēs nonas celebri noticia frequētabāt. Veritos ergo qui diebus præerant ne quid nundinis collecta uuiuerſitas ob regis deſideriū noua ret:cauiſſe ut nonæ a nundinis ſegregarētur. Vnde dies ille quo abūdare annum diximus:eoꝝ eſt ꝑmiſſus arbitrio:qui faſtis præerāt:ut quū uel lēt:dūmodo eū in medio terminalioꝝ:uel mēſis intercalaris ita locarent: ut a ſuſpecto die celebritatem auerterēt nundinarum: Atq; hoc eſt quod quidam ueterū rettulerunt:Non ſolū mēſem apud romanos:uerum etiā diē intercalarem fuiſſe. Quando aūt primū intercalatū ſit:uarie referᷣ: & Macer quidē Licinius eius rei originē Romulo aſſignat. Antias libro. ii. Numā Pompiliū ſacroꝝ cauſa id inueniſſe cōtendit. Iunius Seruium Tulliū regē primū intercalaſſe cōmemorat:a quo & nūdinas inſtitutas Varroni placet. Tuditanus refert libro.iii. magiſtratuū decēuiros qui.x. tabulis.ii.addiderunt.de intercalādo populū rogaſſe. Caſſius eoſdē ſcri bit autores. Flauius id egiſſe. M.conſulē dicit ab urbe cōdita anno quin genteſimo ſexageſimoſecundo:inito mox bello ætolico:Sed hoc arguit

Intercalatio quando pri mū facta.

Nundinæ a quo inſtitutæ

Varro ſcribēdo:antiquiſſimā legem fuiſſe inciſam in colūna ærea a Lu-
cio Pinario & Furio cōſulibus:cui mētio intercalaris aſcribit᷑. Hæc de in
tercalandi principio ſatis relata ſint. Verum fuit tempus quū propter ſu
perſtitionem intercalatio omnis omiſſa eſt. Nonnunq̄ uero per gratiā ſa-
cerdotum:qui quum publicanis proferri:uel imminui cōſulto anni dies
uolebant:modo auctio:modo retractio dierum proueniebat:& ſub ſpe-
cie obſeruatio emergebat maior confuſionis occaſio.

Sed poſtea.C.Cæſar omnē hanc inconſtantiā tempoꝝ uagam adhuc & incertā in ordinem ſtatutæ definitionis coegit:adnitente ſibi.M.flauio ſcriba:qui ſcriptos dies ſingulos ita ad dictatorem rettulit:ut & ordo eorum inueniri facillime poſſet:& inuēto certus ſtatos pſeueraret: Ergo.C. Cæſar exordium nouæ ordinationis initurus:dies oēs qui confuſionem adhuc poterant facere conſumpſit:eaq; re factū eſt:ut annus confuſiōis ultimus in quadringētos quadraginta tres dies protēderet᷑. poſt hoc imitatus ægyptios ſolos diuinaꝝ reꝝ oium conſcios:ad numerū ſolis:q diebus.ccc.lxv.& quadrāte curſum conficit:annum dirigere contēdit. Nam ſicut lunaris annus menſis ē:quia luna paulo minus q̄ mēſem in zodiaci circuitiōe cōſumit:ita ſolis annus hoc dieꝝ numero colligēdus ē: quem peragit:dū ad id ſignū ſe denuo uertit:ex quo digreſſus ē. unde ānus uertens uocat᷑:& habet᷑ magnus:quū lunæ annus breuis putet᷑. Hoꝝ Virgilius utrūq; cōplexus eſt. Interea magnū ſol circūuoluitur annum.

Anni correctio a.C.Cæſare facta. Sibi.

Annus cōfuſionis.

Annus lunaris.

Annus uertens.

Hinc Ateius Capito annū a circuitu temporis putat dictum quia ueteres an pro circum ponere ſolebant:ut Cato in originibus oratorum:An terminum:ideſt circum terminū:& ambire pro circumire. Iulius ergo cæſar decem dies obſeruationi ueteri ſupadiecit:ut annū trecēti &.lxv. dies quibus ſol luſtrat zodiacum:efficerent:& ne quadrans deeſſet: ſtatuit ut quarto quoq; anno:ſacerdotes qui curabant:mēſibus ac diebus unū intercalarent diem:eo ſcilicet menſe ac loco:quo etiam apud ueteres mēſis intercalabat᷑:ideſt ante quinq; ultimos februarii menſis dies:idq; biſſextū cenſuit nominandū. Dies aūt decē quos ab eo additos diximus:hac ordinatione diſtribuit. In ianuariū & ſextilem & decembrem binos dies inſeruit. In aprilē aūt iuniū ſeptembrē nouembrē ſingulos. Sed neq; menſi februario addidit diem:ne deum inferū religio imitaretur. Et martio maio quintili octobri ſeruauit primum ſtatum:q; ſatis pleno erant numero: ideſt dierum ſingulorum tricenorumq;. Ideo & ſeptimanas nonas ſicut Numa conſtituit:quia nihil in his Iulius mutauit. Sed ianuarius: ſextilis december:quibus Cæſar binos dies addidit:licet tricenos ſingulos habere poſt Cæſarē cœperint:quintanas tamen habent nonas:& ab idibus illis ſequētes kaled.in undeuiceſimum reuertuntur:quia Cæſar quos addidit dies neq; ante nonas neq; ante idus inſerere uoluit:ne nonarum aut iduum religionē:quæ ſtatuto erat die:nouella comperēdinatione corrū-

Annus unde

Biſſextus.

Compendinatio.

peret.Sed nec poſt idus mox uoluit inſerere:ne feriarum quarũq; uiolaretur indictio.Sed peractis cuiuſq; mẽſis feriis:locum diebus aduenis fecit.Et ianuario quidẽ dies quos dicimus quartum & tertiũ kalendas februarias dedit:Aprili.vi.kalendas maias:Iunio.iii.kalendas iulias:Auguſto quartũ & tertium kalendas ſeptembris: Septembri tertium kalendas octobris:Nouembri tertiũ kalend.decembris:decembri uero quartum & tertium kalend.ianuarias.Ita factum eſt:ut quũ omnes hi mẽſes quibus dies addidit ante hanc ordinationem:habuiſſent menſis ſequẽtis kalẽdas ad ſeptimũ decimum reuertentes:poſtea ex augmento additorum dierũ: hi qui duos accæperunt ad nonũ decimum:qui uero unum ad octauum decimũ haberent reditum kalendarũ. Feriarum tamen cuiuſq; mẽſis ordo ſeruatus eſt. Nam ſi cui fere tertius ab idibus dies feſtus aut feriatus fuit:& tunc ad ſextũdecimum dicebat᷑:Etiam poſt augmentum dierum: eadem religio ſeruata eſt:ut tertio ab idibus die celebraretur.licet ab incremento non iam ad decimũ ſextũ kalendas:ſed ad ſeptimũdecimũ ſi unus aut ad.xviii.ſi duo ſunt additi:diceretur: Nam ideo nouos dies circa finẽ cuiuſq; menſis inſeruit:ubi finem omniũ quæ in menſe erant reperit feriarum:Adiectoſq; omnis a ſe dies faſtos notauit:ut maiorem daret actionibus libertatem.& nõ ſolum nullum nefaſtum:ſed nec comitialem queq̃ de adiectis diebus inſtituit:ne ambitionẽ magiſtratuum augeret adiectio. Sic annum ciuilem Cæſar habitis ad lunam dimẽſionibus conſtitutum: edicto palam poſito publicauit.& hucuſq; error ſtare potuiſſet:ni ſacerdotes ſibi errorem nouum ex ipſa emendatione feciſſent.Nam quũ oporteret diem qui ex quadrantibus confit:quarto quoq; anno cõfecto:anteq̃ quintus inciperet:intercalare:illi quarto nõ peracto:ſed incipiente:intercalabant.Hic error.vi.&.xxx.annis pmanſit:quibus annis intercalati ſũt dies.xii.quum debuerint intercalari nouem.

Faſti dies.

Confit

Anni correctio ab auguſto fcã.

Sed hunc quoq; errorem ſero depræhenſum correxit Auguſtus: qui annos.xii.ſine intercalari die tranſigi iuſſit:ut illi tres dies:qui p ãnos.xxx &.vi.uitio ſacerdotalis feſtinationis excreuerant:ſequẽtibus ãnis.xii.nullo die intercalato deuorarent᷑.Poſt hoc unũ diẽ: ſecundũ ordinationem Cæſaris:quinto quoq; incipiente anno:intercalari iuſſit.& omnẽ hũc ordinem æreæ tabulæ ad æternã cuſtodiã inciſione mãdauit. Tũc Horus: Dies quidem hic inquit intercalaris anteq̃ quintus annus incipiat inſerẽdus:cum ægypti matris artium ratione conſentit:ſed in illorum mẽſibus explicandis uidetur operoſum:quos tricenum dierum omnes habent:eo q; explicitis.xii.menſibus ideſt trecentis.lx.diebus exactis: tunc inter auguſtum atq; ſeptembrem reliquos quinq; dies anno ſuo reddunt: adnectentes quarto quoq; anno exacto intercalarem:qui ex quadrantibus cõfit.At hic nõ a primo in ultimũ menſis diem ad incremẽtum continuum numerus accedit:ſed poſt kalendas dirigitur in nonas. inde ad quaſdam

idus deflecti audio. Poſt rurſus ni fallor:immo ut nunc quoq; rettuliſti:
in ſequentes kalendas.Q uæ omnia quid ſibi uelint ſcire equidem uellẽ.
Nam illud ne conſequi poſſe me ſpero ut uocabula compræhendã: quæ
ſingulis apud uos diebus adduntur:dum alios faſtos uariiſq; alios nomi
nibus nuncupatis.Nundinas quoq; ueſtras neſcire me fateor:de quibus
obſeruatio tam diligens tã cauta narratur.Hæc nec mihi erubeſcẽdum ẽ
ignorare peregrino:a te uero Prætextate diſcere nec ciuem puderet. Tũc
prætextatus: Non ſolum tibi inquit Hore quũ ſis ægypto oriundus:ſed
ne nobis quidem quibus origo romana eſt:erubeſcendum puto quære-
re:quod quæſitu dignum oẽs ueteres putauerunt.Nam de kalendis:no-
nis:& idibus:deq; feriarũ uariis obſeruationibus innumeros autores cu-
ra quæſtionis exercuit:Et ideo nos quæ de his ab omnibus dicta ſunt in
unum breuiter colligemus.Romulus quũ ingenio acri quidem:ſed agre
ſti ſtatum proprii ordinaret imperii:initium cuiuſq; menſis ex illo ſume-
bat die:quo nouã lunam contigiſſet uideri:quia non continuo euenit:ut
eodẽ die ſemper appareat:ſed modo tardius modo celerius ex certis cau-
ſis uideri ſolet.Sic contigit:ut dum tardius apparuit præcedẽti mẽſi plu
res dies:aut quum celerius:pauciores darent̃:& ſingulis quibuſq; men- Menſis initiũ
ſibus perpetuam numeri legem primus caſus addixit. Sic factum eſt: ut factum a Ro
alii triginta & unum:alii undetriginta ſortirentur dies:omnibus tamẽ mẽ mulo.
ſibus ex die nonarum idus nono die repræſentari placuit:& inter idus ac
ſequentes kalendas conſtitutũ eſt.xvi.dies eſſe numerandos: ideo mẽſis
uberior duos illos quibus augebatur dies inter kalendas ſuas & nonas
habebat.Hinc aliis quintus a kalẽdis dies:aliis ſeptimus nonas facit Cæ
ſar tamen(ut ſupra diximus)ſtata ſacra cuſtodiẽs: nec ĩ illis menſibus q
bus binos adiecit dies:ordinem uoluit mutare nonarum:quia pactis toti
us menſis feriis:dies ſuos rei diuinæ cautus inſeruit.Priſcis ergo tempori
bus anteq̃ faſti a Cn.Flauio ſcriba inuitis patribus:in omniũ noticiã pro-
derent̃: põtifici minori hæc ꝓuincia delegabat̃:ut nouæ lunæ primũ ob
ſeruaret aſpectũ:uiſamq; regi ſacrificulo nũciaret:itaq; ſacrificio a rege &
minore pontifice celebrato:idẽ pontifex calata ideſt uocata in capitoliũ
plebe:iuxta curiã calabram:quæ caſæ Romuli proxima eſt: quod nume Curia cala-
ro dies a kalendis ad nonas ſupeſſent:ꝓnũciabat:& quintanas quidem bra.
dicto quinquies uerbo καλῶ ſeptimanas repetito ſepties prædicabat.
Verbũ aũt καλῶ græcũ eſt.i.uoco. Et hũc diem qui ex his diebus q ca Calendæ unũ.
larentur primus eſſet:placuit kalẽdas uocari.Hinc & ipſi curiæ:ad quam
uocabant̃:calabræ nomẽ datum eſt:& claſſi:ꝙ omnis ĩ eam populus uo Calabra cu
caretur.Ideo aũt minor põtifex numerũ dierum qui ad nonas ſupeſſent ria & claſſis
calando prodebat:ꝙ primus nouam lunam oportebat nonarum die po- unde.
pulares qui in agris eſſent:confluere in urbem accæpturos cauſas feriaꝝ
a rege ſacroꝝ:ſciturosq;:quod eſſet eo menſe faciendum. Vnde quidam Nonæ unde.

hinc nonas extimant dictas: quaſi nouæ initium obſeruationis:uel qđ ab eo die ſemper ad idus nouem dies putentur:ſicut apud thuſcos nonæ plures habebantur:ꝙ hi nono quoq; die regem ſuum ſalutabant:& de ꝓ priis negociis conſulebant.

Idus unde. I Duum porro nomẽ a Thuſcis:apud quos is dies itis uocat̃ ſum ptum eſt.Item autem illi interpretabãtur Iouis fiduciam:Nã quũ
Lucetius Iuppiter. Iouem accipiamus lucis autorem:unde & Lucetium ſalii in carminibus
Dieſpiter. canunt:& cretenſes Διατηνημεραν uocant:ipſi quoq; Romani Dieſpitrem appellant:ut diei patrem.Iure hic dies Iouis fiducia uocat̃:cuius lux cum ſolis occaſu nõ finitur:ſed ſplendorem diei & noctis cõtinuat il luſtrante luna:quod ſemp in plenilunio.i.medio menſe fieri ſolet. Diem
Iouis fiducia. uero qui uel nocturnis caret tenebris:Iouis fiduciam thuſco nomĩe uoca
Iouis feriæ. uerunt:unde & oẽs idus Iouis ferias obſeruandas ſanxit antiquitas. Alii putant idus:ꝙ ea die plena luna uideat̃:a uidendo uidus appellatas:mox litterã.u.detractã.Sicut cõtra quod græci ιδειν dicunt:nos.u.littera ad dita uidere dicimus.Nõnullis placet:idus dictas uocabulo græco απο του ειδους:quod eo die plenã ſpeciem luna demonſtret. Sunt qui exi ſtimẽt idus a boue iduli dictas:quam hoc nomine uocãt thuſci.& oibus idibus Ioui ĩmolatur a flamine:Nobis illa ratio nominis uero propior exi
Iduare. ſtimat̃:ut idus uocemus diẽ: qui diuidit mẽſem.Iduare.n.hetruſca ligua
Vidua unde idus Ioui cõſecratæ. diuidere eſt:unde uidua quaſi ualde idua.i.ualde diuiſa aut uidua.i.a uiro diuiſa:Vt aũt idus oẽs Ioui:ita oẽs kalendas Iunoni tributas & uaronis & pontificalis cõſirmat autoritas.Quod etiã laurentes patriis religio
Iuno calendaris. nibus ſeruant:qui & cognomen deæ:ex cerimoniis addiderũt: kalendarẽ Iunonẽ uocãtes.Sed & oibus kalendis a mẽſe martio ad decembrẽ huic deæ kalendaꝝ die ſupplicant.Romæ quoq; kalendis oibus:prærerq̃ põ tifex minor:in curia calabra rem diuinã Iunoni facit.Etiã regina ſacroꝝ.i. regis uxox porcã uel agnã in regia Iunoni immolat:a qua etiã Ianum iu
Ianus Iunonius. nonium cognominatũ diximus.ꝙ illi deo ois ingreſſus:huic deæ cuncti kalẽdarum dies uident̃ aſcripti.Quũ.n.initium mẽſium maiores noſtri ab exortu lunæ ſeruauerint:iure Iunoni kalendas addixerunt:lunã ac iunonem eãdem putantes:uel qa luna ꝑ aerẽ meat:unde & græci lunã αρ
Artemis luna τεμιν nũcupauerũt quaſi αεροτομην ꝙ aera ſecat.Iuno aũt aeris arbitra eſt:una merito initia menſiũ.i.kalendas huic deæ cõſecrauerunt. Nec hoc prætermiſerim:quod nuptiis copulãdis:kalẽdas:nonas:& idus reli gioſas.i.deuitãdas cõſuerũt.Hi.n.dies ꝑter nonas feriati ſũr.feriis ãt uim cuiq̃ fieri piaculare ẽ:ideo tũc uitant̃ nuptiæ:ĩ quibus fieri uis uirginibus uidet̃.Sed Veriũ Flaccũ iuris põtificii peritiſſimũ: dicere ſolitum refert Varro:quia feriis tergere ueteres foſſas liceret:nouas facere ius nõ eẽt:iõ magis uiduis q̃ uirginibus idoneas eſſe ferias ad nubẽdũ.Subiiciet aliqs Cur ergo nonis ſi feriatus dies nõ eſt:ꝓhibet̃ celebritas nuptiaꝝ? Huius

quoq; rei in aperto cauſa eſt.Nam quia primus nuptiarum dies uerecundiæ datur:poſtridie autẽ nuptam in domo uiri dominiũ incipere oportet adipiſci:& rem facere diuinam.Omnes aũt poſtriduani dies ſeu poſt kal. ſeu poſt nonas:iduſue:ex æquo atri ſunt: ideo & nonas ĩhabiles nuptiis eſſe dixerunt:ne nupta aut poſtera die libertatẽ auſpicaretur uxoriã. aut atro ĩmolaret:quo nefas eſt ſacra celebrari. Sed quia nos ad cõmemorationem dierum ordo deduxit:de hoc quoq; quod Hori noſtri conſultatio continet: pauca dicenda ſunt.

Poſtriduani dies qui & atri.

n Vma ut in mẽſes annũ:ita in dies menſem queq; diſtribuit:dieſq; oẽs aut feſtos:aut ꝓfeſtos:aut interciſos uocauit.Feſti diis dicati ſunt.profeſti hominibus ob adminiſtrandam rem priuatã publicamq; conceſſi. interciſi deorum hominũq; cõmunes ſunt.

Dierum diuiſio.
Feſti dies.
Profeſti dies.
Interciſi dies.

Feſtis inſunt ſacrificia: epulæ:ludi:feriæ.Profeſtis faſti:comitiales:comperendini:ſtati: præliares.Interciſi in ſe nõ in alia diuidunt̃.Illoꝝ enim dierum quibuſdam horis fas eſt:quibuſdam fas non eſt ius dicere. Nam quum hoſtia cæditur fari:nefas eſt.Intercæſa & porrecta fari licet.Rurſus quũ adoletur:nõ licet.Ergo de diuiſione feſtorum & profeſtorum dierũ latius diſſerendum eſt: Sacra celebritas ẽ: uel quum ſacrificia diis offerũtur: Vel quum diis diuinis epulatiõibus celebratur:Vel quũ ludi in honorẽ agũtur deorum:Vel quum feriæ obſeruant̃.Feriaꝝ autẽ publicarum genera ſunt quattuor.Aut enim ſtatiuæ ſunt: aut cõceptiuæ: aut imperatiuæ: aut nũdinæ.

Feriæ & earũ genera.

Et ſunt ſtatiuæ uniuerſi populi cõmunes certis & cõſtitutis diebus ac menſibus:& in faſtis ſtatis obſeruationibus annotatæ:in q̄bus præcipue ſeruantur agonalia: carmentalia : lupercalia.

Statiuæ feriæ

Conceptiuæ ſunt: quæ quot annis a magiſtratibus uel ſacerdotibus cõcipiũtur in dies: uel certos:uel etiam ĩcertos:ut ſunt Latinæ:ſementinæ:Paganalia:Compitalia.

Cõceptiuæ feriæ.

Imperatiuæ ſunt:quas cõſules uel prætores pro arbitrio poteſtatis indicunt.

Impatiuæ feriæ.

Nundinæ ſunt paganorum.i.ruſticorum:q̄bus cõueniunt negotiis ꝓpriis uel mercibus prouiſuri.

Nundinæ.

Sunt præterea feriæ propriæ familiaꝝ: ut Claudiæ familiæ:uel Aemyliæ: ſeu Iuliæ:ſiue Corneliæ: & ſi quas ferias ꝓprias quæq; familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſeruat. Sunt ſingulorũ:ut nataliũ:fulgurumq; ſuſceptiones. Item funerũ atq; expiationum.Apud ueteres quoq; quiſq; qui nominaſſet ſalutem ſemoniam: ſeiam:ſegetiam:tutilinam:ferias obſeruabat. Item Flaminica quotiens tonitrua audiſſet: feriata erat: donec placaſſet deos.Affirmabant autem ſacerdotes pollui ferias:ſi indictis concæptiſq;:opus aliquod fieret. Præterea regem ſacrorum: flamineſq; non licebat uidere feriis opus fieri: & iõ per præconem denunciabant:ne quid tale ageretur: & præcepti negligẽs mulctabat̃. Præter mulctam uero:affirmabãt eum qui talibus diebus imprudens aliquid egiſſet:porco piaculũ dare debere: prudentẽ expiare nõ poſſe Scæuola pontifex aſſeuerabat.Sed Vmbro negat eum pollui: qui

opus uel ad deos ptinēs:ſacrorūue cauſa feciſſet:uel aliqd ad urgentē uitæ utilitatē reſpiciēs actitaſſet. Scæuola deniq; cōſultus quid feriis agi liceret:reſpōdit:quod ꝑtermiſſum noceret. Quaꝓpter ſi bos in ſpecus decidiſſet:eumq; paterfamilias adhibitis opis liberaſſet: nō eſt uiſus ferias polluiſſe: nec ille qui trabem tecti fractā fulciēdo ab iminēti uindicauit ruina. Vnde & Maro oium diſciplinaꝝ peritus:ſciēs lauari ouem:aut lanæ purgandæ:aut ſcabiæ curādæ gratia:ꝓnūciauit. tūc ouem p ferias licere merſari:ſi hoc remedii cā fieret:Balantūq; gregē fluuio merſare ſalubri:Adiiciēdo enim ſalubri:oſtēdit auertēdi morbi gratia tantūmodo nō etiā ob lucrū purgādæ lanæ cauſa fieri cōceſſum. Hæc de feſtis & q inde naſcūtur:q etiā nefaſti uocātur. Nūc de ꝓfeſtis:& qui ex his ꝓcedūt loquamur.i.faſtis:comitalibus:compendinis:ſtatis:ꝑliaribus. Faſti ſūt quibus licet fari ꝑtori tria uerba ſolēnia:do:dico:addico. His contrariis ſunt nefaſti. Comitiales ſunt quibus cū populo agi licet. Et faſtis qdē lege agi pōt:cū populo nō pōt:comitialibus utrūq; pōt. Cōperēdini quibus uadimoniū licet dicere. Stati qui iudicii cā cū pegrio īſtituūtur: ut Plautus in Gurguliōe:Status cōdictus cū hoſte iterceſſit dies: hoſtem nūc more uetere ſignificat pegrinū. Præliares ab iuſtis nō ſegregauerim:ſiquidē iuſti ſunt cōtinui.xxx.dies quibus exercitui impato uexillū ruffi coloris in arce poſitū eſt. Præliares aūt oēs quibus fas ē res repetere:uel hoſtē laceſſere. Nā cū latiaꝝ hoc ē latinaꝝ ſolēne cōcipit̄:itē diebus ſaturnaliorum: ſed & quū mūdus patet:nefas ē ꝑliū ſumere. Quare nec latinaꝝ tēpore: quo publice quōdam iduciæ iter Romanū populū latioſq; firmatæ ſūt: ichoari bellū decebat:Nec Saturni feſto:q ſine ullo tumultu bellico credit̄ impaſſe:Nec patēte mūdo:qđ ſacrū Diti patri & Proſerpinæ dicatū ē:meliuſq; occluſa Plutōis fauce eundū ad ꝑliū putauerūt. Vñ & Varro ita ſcribit: Mūdus quom patet: deoꝝ triſtiū atq; iferū q̄ſi ianua patet: ꝓpterea nō modo ꝑliū cōmitti: ueꝝ ēt delectū rei militaris cā habere: ac militē ꝓficiſci:nauē ſoluere:uxorē liberꝝ quærēdoꝝ cā ducere: religioſū eſt: Vitabāt ueteres ad uiros uocādos:ēt dies: qui eēnt notati rebus aduerſis Vitabāt etiā feriis:ſicut Varro i augurū libris ſcripſit i hæc uerba: Viros uocare feriis nō oportet.ſi uocauit piaculū eſto. Sciendū eſt tamē eligēdi ad pugnādū diem romanis tūc fuiſſe licentiā:ſi ipſi iferrent bellū at quū exciperent:nullū obſtitiſſe diē:quo minus uel ſalutē ſuā: uel publicā defenderēt dignitatē. Quis eni obſeruatiōi locus quū eligēdi facultas nō ſupſit? Dies aūt poſtriduanos ad oia maiores noſtri cauēdos putarūt:quos etiā atros:uelut iſauſta appellatiōe:dānarunt. Eoſdē tamen nōnulli cōmunes:uelut ad emendationem nominis uocitauerunt. Horum cauſam Gellius annalium libro. xv. & Caſſius Hemina hiſtoriarū libro .ii.referunt. Anno ab urbe condita trecenteſimo ſexageſimo tertio: a tribunis militū Virgulo Manlio: Eolio poſthumio collegiſq; eorū:i ſenatu

Faſti
Neſaſti
Comitiales.
Comperēdini.
Stati
Vadimoniū
Plautus
Præliares
Latiaꝝ
Dies poſtriduani

tractatum: quid eſſet: ꝑpter quod totiens inter paucos annos male eēt af
flicta reſpu. & ex præcepto patrum Lucinium Aquiniū auruſpicem i ſe-
natum uenire iuſſum religionum requirendaꝝ gratia: dixiſſe: Quintum
Sulpicium tribunum militum ad aliam aduerſum gallos pugnaturum:
rem diuinam dimicandi gratia feciſſe poſtridie idus quintilis. Item apud
cremeram: multiſq; aliis temporibus & locis poſt ſacrificiū die poſtero ce
lebratum: male ceſſiſſe cōflictum. Tūc patres iuſſiſſe: ut ad collegiū pon
tificum de his religionibus referretur: pōtificeſq; ſtatuiſſe: poſtero die oēs
kalendas: nonas: idus: atros dies habendos: ut hi dies neq; præliares: neq; Atri dies.
puri: neq; comitiales eſſent. Sed & Fabius Maximus Seruilianus ponti-
fex in libro. xii. negat oportere atro die parētare: quia tūc quoq; Ianū Io-
uēq; præfari neceſſe ē quos nominari atro die nō oportet. Ante diē quo-
q; quartū kalendas uel nonas uel idus: tāq̄ inominalē diē plæriq; uitant.
Eius obſeruatiōis an religio ulla ſit tradita: quæri ſolet. Sed nos nihil ſup
ea re ſcriptum iuenimus: niſi quod Quintus Claudius annaliū quinto:
cladem illā uaſtiſſimā pugnæ cānenſis factā refert ante diē quartū nonas
ſextilis. Ad rem ſane militarē nil attinere notat Varro: utrū faſtus uel ne-
faſtus dies ſit: ſed ad ſolas hoc actiōes reſpicere priuatas. Quod aūt nū-
dinas ferias dixi: pōt argui: quia Titus de feriis ſcribens: nūdinarum dies
nō inter ferias rettulit: ſed tantū ſolēnes uocauit. Et quod Iulius Mode-
ſtus affirmat: Meſſalla augure cōſulente pōtifices annūdinaꝝ romanarū
nonarumq; dies feriis tenerētur: reſpōdiſſe eos: nūdinas ſibi ferias nō ui-
deri. Et quod Trebatius i libro primo religionū ait: nūdinis magiſtratum Nundinæ an feriatæ ſint.
poſſe manumittere: iudiciaq; adiicere. Sed cōtra Iunius Cæſar. xvi. auſpi
ciorum libro negat nūdinis cōtionem aduocari poſſe. i. cum populo agi:
ideoq; nūdinis romanoꝝ haberi comitia nō poſſe. Cornelius etiā Labeo
primo faſtorum libro: nūdinis ferias eſſe ꝓnunciat. Cām uero huius ueri
tatis apud Granium Licinianum libro. ii. diligens lector iueniet. Ait enim
nundinas Iouis ferias eſſe: ſiquidem flamminica omnibus nundinis i re-
gia Ioui arietem ſoleat immolare. Sed lege hortenſia effectum: ut faſtæ
eſſent: uti ruſtici qui nundinādi cauſa in urbem ueniebant lites compo- Nundinandi cauſa
nerent: Nefaſto enim die prætori fari non licebat. Ergo qui ferias dicūt:
a mendacio uindicantur: patrocinio uetuſtatis: qui contra ſentiunt: æſti-
matu ætatis quæ legem ſecuta eſt: uera depromunt. Harum originem
uina uir ſciẽtia: de coitu uenereo ita exiſtimabat. partẽ eſſe quandã morbi
teterrimi: quẽ noſtri comitialẽ dixerũt. Nãq; ipſius uerba hæc traduntur:
τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν. i. coitum eſſe paruum mor
bum comitialem.

ocundi uoluptate diſerit et lact. cap. xxiiii et uoluptatib. idẽ et ... iiii. cap. xi.

*[Margin: Coitus q̃d ẽ.]*

## MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLA- ris & illuſtris Saturnaliorum. Liber. iii.

(u)Iolatum quum ſe noſcet Aeneas multa cæde pol-
lutum: ait.
Tu genitor cape ſacra manu patrioſq; penates.
Me bello e tanto digreſſum & cæde recenti
Attractare nefas: donec me flumine uiuo
Abluero. Poſt Caietæ quoq; nutricis ſepulturam: quo potiſſimum nauigans appellitur. quam ad eã partem per quã fluuio thyberinus amœno in mare prorũpit: ut cõfeſtim in ipſo Italiæ limine fluuiali unda ablutus: poſſet q̃ puriſſime Iouẽ phrygiãq; ex ordine matrem inuocare. Quid ꝙ Euandrũ aditurus per thyberim nauigat: ꝙ eũ eſſet reperturus Herculi ſacra celebrantem: ut ſic purificatus ſacris poſſet hoſpitalibus intereſſe? Hinc & Iuno ipſa cõquerit̃: nõ magis ꝙ Aeneã cõtigiſſet & contra ſuũ uelle in Italiam ꝑuenire: q̃ ꝙ optato potiretur thybridis aluco: quia ſciret eum hoc amne purificatum poſſe ſacra etiam ſibi rite perficere. Nam ne ſupplicari quidem ſibi ab eo uellet. Nunc (quoniam purificationem ad ſacra ſuperorum pertinentem deorum in Virgiliana obſeruatione monſtrauimus) uideamus utrũ etiã circa inferorũ deorum cultum proprietatem moris idem poeta ſeruauerit Conſtat diis ſuperis ſacra facturum corporis ablutione purgari: Quum uero inferis litandum eſt: ſatis actum uidetur: ſi aſperſio ſola contingit. De ſacris igitur ſuperorum ait Aeneas: donec me flumine uiuo abluero. At Dido quum ſacra diis inferis inſtituit: ait.
Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem.

*[Margin: Ablutio in ſacris ſuperorũ.]*

*[Margin: Aſperſio in ſacris inferorũ.]*

Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha. Et alibi.
Sparſerat & latices ſimulatos fontis auerni.
Nec non quũ Miſenum ſepulturæ mandari refert idẽ. Ter ſocios pura circũtulit unda:Spargens rore leui.Sed & quũ facit. Aeneã apud infe/ros ramũ Proſerpinæ conſecraturum: ita infert.
Occupat Aeneas aditum:corpuſq; recenti.
Spargit aqua. Verborum proprietas tam poetæ huic familiaris eſt: ut ta/lis obſeruatio in Virgilio eſſe iam deſinat: nullis tamẽ magis ꝑprie uſus eſt:q̃ ſacris uel ſacrificalibus uerbis.Et primũ nõ omiſerim in quo plæri/q; falluntᷣ:Extaq; ſalſos porricit in fluctus:nõ ut quidam proiicit: exiſti/mantes dixiſſe Virgilium proiicienda exta:qui adiecit in fluctus ſed non ita eſt.Nam ex diſciplia haruſpicũ & ex præcepto põtificum uerbũ hoc ſolẽne ſacrificantibus ẽ:ſicut Veranius ex primo libro Pictoris ita diſſer/tationẽ huius uerbi executus ẽ:Exta porriciũto diis tãto in altaria:arãue: focũue:eoue quo exta dari debebũt.Porricere ergo nõ proiicere ꝑprium ſacrificii uerbũ eſt.Et quia dixit Veranius in aram focũue eoue quo exta dari debebunt: nũc pro ara & pro foco mare accipiendum ẽ:quũ ſacrifi/cium diis maris dicatur. Ait enim. Porricere
Dii quibus imperium eſt pelagi:quorum æquora curro.
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras uoti reus:extaq; ſalſos
Porriciam in fluctus:& uina liquentia fundam.
Ex his docetᷣ in mare rite potuiſſe porrici exta:nõ proiici.Cõſtituam an/te aras uoti reus.Hæc uox ꝑpria ſacroꝝ ẽ:ut reus uocetur: qui ſuſcepto uoto ſe numinibus obligat.dãnatus aũt qui ꝓmiſſã uota iam ſoluit. Sed de hoc non opus eſt a me plura proferri:quũ uir doctiſſimus Euſtachius paulo ante hanc partem plenius executus ſit. Reus Dãnatus

e St ꝓfundã ſciam huius poetæ in uno ſæpe repire uerbo:qđ fortui to dictũ uulgus putaret. Multifariã eni legimus q; litare ſola non poſſit oratio: niſi is qui deos ꝑcatur:etiã aram manibus appræhẽdat.In/de Varro diuinaꝝ libro qnto dicit aras primũ anſas dictas:q; eſſet neceſ/ſarium a ſacrificantibus eas teneri.Anſis aũt teneri ſolere uaſa quis dubi tetᷣ Cõmutatione ergo litterarũ aras dici cœptas:ut Valeſios & fuſios di ctos prius: nunc Valerios & Furios dici.Hæc oia illo uerſu poeta execu tus ẽ:Talibus orãtẽ dictis:araſq; tenẽtẽ Audiit oĩpotẽs. Nõ ne eo addi tũ credideris:nõ qa orabat tm̃:ſed qa & aras tenebat auditumᷣ Nec non quũ ait. Talibus orabat dictis:araſq; tenebat.Itẽ Tãgo aras medios ignes & numina teſtor:eandem uim nois ex appræhenſione ſignificat. Tãgere aras. Ara Anſa

i Dem poeta tã ſcientia ꝓfundus:q̃ amœnus igenio: nõnulla de ue teribus uerbis: q̃ ad ꝓprietatẽ ſacroꝝ nouerat ꝑtinere: ita interpre tatus eſt: ut mutato uerbi ſono integer intellectus maneret. Nam primo

pontificii libro apud Pictorem uerbum hoc poſitum eſt:uitulari.De cu-
ius uerbi ſignificatu Titius ita rettulit. Vitulari eſt uoce lætari. Varro ēt
in libro qntodecimo rex̄ diuinax̄ ita refert:ꝙ pontifex in ſacris quibuſdā
uitulari ſoleat:quod græci ϖαια νιζειν uocāt.Has tot interp̄tationis am
bages q̄ paucis uerbis docta Maronis elegantia expreſſit: Lætūq; choro
pæana canētes.Nam ſi uitulari eſt uoce lætari:quod ē ϖαιανιζειν:non
ne in cantu læti ϖαιανοσ enarratio uerbi perfecta ſeruata eſt?Et ut huic
uocabulo diutius īmoremur: Hylus libro quē de diis cōpoſuit ait. Vitu
Vitula dea lam uocari deā:quæ læticiæ præeſt.Piſo ait uitulam uictoriā nominari.
Cuius rei hoc argumentū ꝓfert: ꝙ poſtridie nonas iulias re bene geſta:
Populifugia. quū pridie populus a thuſcis in fugam uerſus ſit:unde populifugia uo-
cantur:poſt uictoriā ſequentē certis ſacrificiis fiat uitulatio. Quidā no-
men eius animaduerſum putant:ꝙ potens ſit uitæ tolerandæ. Ideo huic
deæ pro frugibus fieri ſacra dicūtur: qa frugibus uita humana toleratur:
Vnde hoc eſſe animaduertimus: ꝙ ait Virgilius: Quum faciam uitula
pro frugibus ipſe uenito:ut uitula dixerit pro uitulatione : quod nomen
eſſe ſacrificii ob læticiam facti ſuperius expreſſimus. Meminerimus ta-
men ſic legendū per ablatiuū:Quum faciam uitula pro frugibus.i. quū
faciam rem diuinam:non oue:non capra:ſed uitula.tāq̄ dicat:quum uitu
lam pro frugibus ſacrificauero: quod eſt: quum uitula rem diuinam fece
ro.Pontificem Aeneam uel ex nomine referendorum laborum eius oſtē-
dit:Pontificibus enim permiſſa eſt poteſtas memoriā rerum geſtax̄ in ta
Annales bula conferendi:& hos annales appellant equidē maximos : quaſi a pon
tificibus maximis factos. Vnde ex pſona Aeneæ ait: Et uacet annales no
ſtrorum audire laborum. Et quia inter decreta pontificum hoc maxime
quæritur:quid ſacrum:quid ſanctum:quid religioſum:quærendum:utrū
iis ſecundū diffinitionē ſuam Virgilius uſus ſit. & ſingulis uocabuli ſui
proprietatem more ſuo ſeruauerit.

Sacrū qd ſit ſ Acrum ē: ut Trebatius libro primo de religionibus refert: quicqd
ē quod deox̄ habet.Huius diffinitiōis poeta memor: ubi ſacrum
nominauit:admonitionē deox̄ pene ſemp adiecit. Sacra dioneæ matri di
uiſq; ferebam. Itē Sacra ioui ſtygio quæ rite icœpta paraui.Itē. Tibi enī
Profanum quid ſit. tibi maxima iuno Mactat ſacra ferens. Profanū omnes pene conſentiunt
id eſſe:quod extra fanaticam cauſam ſit:quaſi porro a fano & religione ſe
cretum.Cuius ſignificatus exemplum cōſecutus eſt: quū de luco & ady
tu inferox̄ ſacro utroq; loqueret:Procul o ꝓcul eſte ꝓfani Cōclamat ua
tes:totoq; abſiſtite luco.Eo accedit quod Trebatius ꝓfanum id ꝓprie di
ci ait:quod ex religioſo uel ſacro in hominum uſum proprietatemq; con
uerſum eſt.Quod aptiſſime poeta ſeruauit:quū ait: Faune p̄cor miſere-
re inquit:tuq; optima ferrum Terra tene: colui ueſtros ſi ſemp honores:
Quos cōtra æneadæ bello fecere ꝓfanos. Dixerat enim.Sed ſtirpē teu-

cri nullo diſcrimine ſacrũ ſuſtulerant. Vnde oſtendit proprie ꝓfanatum quod ex ſacro promiſcuũ humanis actibus accõmodatum eſt.

Sanctum eſt:ut idẽ Trebatius libro.x.religionũ refert:interdum idem quod ſacrũ:idẽq; quod religioſum:interdũ aliud:hoc eſt nec ſacrũ nec religioſum eſt. Quod ad ſecũdam ſpeciem pertinet: Sancta ad uos anima atq; iſtius inſcia culpæ Deſcẽdam. Nõ enim ſacro aut religioſo eius aĩa tenebat̃.quã ſanctã hoc eſt incorruptã uoluit oſtẽdere:ut illo quoq;: Tuq; o ſanctiſſima cõiunx Felix morte tua:in quo caſtitatis honorẽ incorruptæ uxoris amplexus eſt. Vnde & ſanctæ leges:quæ nõ debeãt pœne ſanctione corrũpi. Quod aũt ad priorẽ ſpeciei diffinitionem de ſancto attinet.i. nõ ut aliud ſit q̃ ſacꝝ aut religioſum: Ecce leuis ſummo de uertice uiſus iuli Fũdere lumẽ apex. Et paulopoſt: Nos pauidi trepidare metu crinẽq; flagrãtẽ Excutere & ſãctos reſtinguere fontibus ignes. Hic.n. ſanctos ac ſi ſacros accipiemus.quia diuinitus cõtigerũt. Itẽ Tuq; o ſanctiſſima uates Præſcia uẽturi:nõ aliud niſi ſacrum uocat:quam uidebat & uatem & deo plenam & ſacerdotem. Sanctum quid ſit.

Supereſt ut quid ſit religioſum cum Virgilio cõmunicemus. Seruius Sulpicius religionem eſſe dictã tradidit:quæ propter ſanctitatẽ aliquam remotã ac ſepoſitã a nobis ſit:quaſi a relinquẽdo dicta:ut a carendo cerimonia. Hoc Vergilius ſeruãs ait: Eſt ingens gelidum lucus prope ceritis amnem: Religione patrũ late ſacer. Et adiecit quo proprietatẽ religionis exprimeret: Vndiq; colles Incluſere caui:& nigra nemus abiete cingit. Que res utiq; faciebat lucum a cõmunione populi ſecretũ. Et ut relictũ locũ oſtenderet:nõ ſola adeundi difficultate:adiecit & ſanctitatẽ: Siluano fama eſt ueteres ſacraſſe pelaſgos Agroꝝ pecoriq; deo: Secundũ Põpeium feſtũ: Religioſi ſunt:qui facienda & uitãda diſcernũt. Hinc Maro ait: Riuos deducere nulla Religio uetuit. Quod aũt ait deducere: nihil aliud eſt q̃ detergere. Nã feſtis diebus riuos ueteres ſordidatos detergere licet:nouos fodere nõ licet. Intrãſcurſu & hoc notandũ eſt:qđ & ipſe uelut præteriẽs ſub unius uerbi ſignificatione proiecit. Cauet̃.n.in iure pontificio:ut quoniã oues duabus ex cauſis lauari ſolent.aut ut curetur ſcabies:aut ut purgetur lana:feſtis diebus purgãdæ lanæ gratia oues lauari nõ liceat:liceat aũt ſi curatiõe ſcabies abluenda ſit. Ideo hoc quoq; inter cõceſſa numerauit: Balantũq; gregem fluuio merſare. Quod ſi hucuſq; dixiſſet:licita & uetita confunderet:ſed adiiciendo ſalubri:cauſam conceſſæ ablutionis expreſſit. Religioſum quid ſit. Religio. Cerimonia Deducere

n Omnia etiã ſacroꝝ locoꝝ ſub cõgrua ꝓprietate ꝓferre pontificalis obſeruatio eſt. Ergo delubrũ quid pontifices ꝓprie uocent:& qualiter hoc noĩe Virgilius uſus ſit reqramus: Varro libro.viii.reꝝ diuinarũ: Delubrũ ait alios extimare:in quo præter ædẽ ſit area aſſumpta deũ cauſa:ut eſt in circo flaminio Iouis ſtatoris:alios in quo loco dei ſimulacrum Delubrũ qđ.

dedicatũ ſit. Et adiecit: Sicut locũ in quo figerent candelã: candelabrum
Candelabrũ. appellatũ: ita in quo deum ponerent nominatum delub℞. His a Varrõe
præſcriptis: poſſumus intelligere id potiſſimũ ab eo probatum: qđ ex ſua
cõſuetudine in ultimo poſuit: ut ab dei dedicato ſimulacro delubrum cœ
perit nuncupari. Virgilius tamẽ utrãq; rationem diligenter eſt executus.
Vt.n.a poſtrema incipiamus: obſeruauit delub℞ nominaturus: aut ꝑprie
deo℞ noia: aut ea quæ diis accomodarent̃ inſerere. At gemini lapſu delu
bra ad ſũma dracones Effugiunt. Et ut mox ſimulacrũ nominaret: ſubte
xuit: ſæuæq; petunt tritonidis arcẽ: Sub pedibuſq; deæ clypeiq; ſub orbe
tegunt̃. Itẽ: Nos delubra deum miſeri: quibus ultimus eſſet: Ille dies. Illã
uero opinionem de area quã Varro prædixerat: nõ dimiſit: Principio delu
bra adeũt pacẽq; per aras Exquirunt. Et mox: Aut ante ora deum pigues
ſpaciat̃ ad aras: Quid.n.eſt aliud ſpaciari q̃ ſpatio lati itineris ob ambula
re: ob quod adiiciendo ante aras: oſtendit areã aſſumptã deo℞ cauſa. Ita
ſuo more uelut aliud agendo implet arcana.

Penates Dii. dE diis quoq; romano℞ ꝑpriis ideſt penatibus aſperſa eſt huic ope
ri nõ incurioſa ſubtilitas. Nigidius.n.de diis libro.xix.requirit: num
dii penates ſint troiano℞ Apollo & neptũnus: qui muros eis feciſſe dicũ
tur: & num eos in italiam Aeneas aduxerit. Cornelius quoq; labeo libro
de diis penatibus eadẽ extimat. Hãc opinionẽ ſeqt̃ Maro quũ dicit: Sic
fatus meritos aris mactabat honores. Tau℞ neptũno: taurũ tibi pulcher
Apollo. Varro humana℞ ſecundo Dardanũ refert deos penates ex ſamo
thrace in phrygiã: & Aeneã ex phrygia in italiam detuliſſe. Qui ſint aũt
dii penates in libro quidem memorato Varro non exprimit. Sed qui dili
gẽtius eruunt ueritatem: penates eſſe dixerũt: per quos penitus ſpiramus
per quos habemus corpus: per quos rationẽ animi poſſidemus. Eſſe aũt
medium æthera Iouem: Iunonem uero imum aera cum terra: & Miner
uam ſummum ætheris cacumen. Et argumento utuntur: ꝙ Tarquinus
Demarathi corinthii filius ſamothraciis religionibus myſtice imbutus:
Magni dei uno templo ac ſub eodem tecto numina memorata coniungit. Caſſius ue
ro Hemina dicit ſamothracas deos eoſdemq; romano℞ penates proprie
dici θεοῦσ μεγαλουσ. Noſter hæc ſciens ait: Cũ ſociis natoq; penati
bus & magnis diis: qđ exprimit θεουσ μεγαλοὺσ. Sed & oĩa hæc no
mina quũ in uno de ſupradictis numinibus ſeruat doctrinã: ꝑculdubio
Iunò magna ſuã de hac omni opinione cõfirmat. Quũ.n.ait Iunonis magnæ primũ
bona. prece numẽ adora: την μεγαλην noiat. Adſit læticiæ bacchus dator &
Et potens. bona Iuno: την χρηστην. Dominãq; τὴν δυνατὴν eodem nomine ap
pellauit. Et Veſtam quã de numero penatũ: aut certe comitem eo℞ eſſe
manifeſtũ eſt: adeo ut & conſules & prætores ſeu dictatores quũ adeũt
magiſtratũ lauinii: rem diuinam faciunt penatibus pariter & Veſtæ. Sed
& Virgilius ubi ex perſona Hectoris dixit: Sacra ſuoſq; tibi cõmendat

troia penates:mox adiecit. Sic ait & manibus uittas ueſtamq; potentem Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem. Addidit Higinius in libro quem de diis penatibus ſcripſit:uocari eos θεὸυσ πατρῴουσ. Nec hoc Virgilius ignoratum reliquit. Dii patrii ſeruate domum ſeruate nepotẽ: Et alibi. Patriiq; penates. Dii patrii

n Ec minus de ſacrificiorum uſu:q̃ de deorum ſcientia diligentiã ſuam pã dit. Quũ.n. Trebatius libro primo de religiõibus doceat: hoſtiarũ genera eſſe duo. Vnũ in quo uolũtas dei per exta diſquirit͛. Alterum in quo ſola aĩa deo ſacrat͛. Vnde & Haruſpices aĩales has hoſtias uocãt: Vtrũq; hoſtiarum genus Virgilius in carmine oſtẽdit:Et primo quidẽ illud quo uoluntas numinũ p exta monſtrat͛. Mactat lectas de more bidentes. Et mox pecudũq; recluſis Pectoribus inhians ſpirantia cõſulit exta. Alterum illud in quo hoſtia animalis dicitur:q͞ eius tm̃ anima ſacratur: oſtẽdit quũ facit Entellum uictorẽ eryci mactare taurũ. Nam ut expleret aĩalis hoſtiæ cauſas:ipſo uſus eſt nomine. Hanc tibi eryx meliorẽ aĩam pro morte daretis:Et ut nũcupata uota ſignificaret:ait. perſoluo:quod de uoto proprie dicitur. Vtq; oſtenderet perſolutũ diis ſignificauit dicẽs. Sternit͛ exanimiſq; tremens procũbit humi bos. Videndũ etiã:ne & illã hoſtiã oſtendat animalem:Sanguine placaſtis uentos & uirgine cæſa:Quum primũ iliacas danai ueniſtis ad oras:Sanguine quærendi reditus:animaq; litandum argolica. Nam & animam ideſt hoſtiæ nomen poſuit:& litare quod ſignificat ſacrificio facto placaſſe numẽ. Hoſtiarum genera. Perſoluo Litare.

In his ipſis hoſtiis uel aĩalibus uel cõſulatoriis quædã ſũt:quæ hoſtiæ iniuges uocant͛.i. quæ nunq̃ domitæ ac iugo ſubditæ ſunt. Harũ quoq; noſter poeta ſic meminit: Nũc grege de intacto ſeptẽ mactare iuuencos Præſtiterit:totidẽ lectas de more bidentes. Et ut iniuges euidẽtius exprimeret:adiecit:& intacta totidẽ ceruice iuuencas. Eximii quoq; in ſacrificiis uocabulũ:nõ poeticũ ἐξαίρετον:ſed ſacerdotale nomẽ eſt. Vetatius enim in põtificalibus qõnibus docet:eximias dictas hoſtias:quæ ad ſacrificiũ deſtinatæ eximant͛ e grege:uel qd̃ eximia ſpecie quaſi offerẽdæ numinibus eligant͛. Hic ait:Quattuor eximios præſtãti corpe tauros. Vbi q͞ eximunt͛ eximios:q͞ eligunt͛ præſtãti corpe mõſtrauit. Ambarualis hoſtia eſt:ut ait Põpeius Feſtus:quæ rei diuinæ cã circũ arua ducit͛ ab hiis qui pro frugibus faciũt. Huius ſacrificii mẽtionẽ in bucolicis habet: ubi de apotheoſi daphnidis loquit͛. Hæc tibi ſemp erunt:& quũ ſolẽnia uota Reddemus nymphis:& quũ luſtrabimus agros:ubi luſtrare ſignificat circuire. Hin.n. uidelicet & nomẽ hoſtiæ acquiſitũ ẽ:ab ambiẽdis aruis. Sed & in georg. lib. i. Terq; nouas circũ felix eat hoſtia fruges. Hoſtiæ iniuges. Hoſtia eximia. Hoſtia ambarualis. Luſtrare.

Obſeruatũ eſt a ſacrificãtibus:ut ſi hoſtia q̃ ad aras duceret͛:fuiſſet uehemẽtius reluctata:oſtendiſſetq; ſe inuitã altaribus admoueri:abnueret͛: quia inuito deo offerri eã putabãt. Quæ aũt ſtetiſſet oblata:hãc uolenti

numini dari exiſtimabãt. Hic noſter: Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aras. Et alibi. Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum.

Mezentius quare contẽptor diuum.

Adeo aũt oẽm pietatem in ſacrificiis: q̃ diis exhibẽda ſunt: poſuit: ut ꝓpter cõtrariam cãm: Mezẽtium uocaret cõtemptorẽ deoꝝ. Neq; enim ut Aſpero uidet̃: ideo cõtemptor diuũ dictus eſt: ꝙ ſine reſpectu deoꝝ ĩ homines impius fuerit. Alioquin multo magis hoc de Buſiride dixiſſet: quẽ longe crudeliorẽ illaudatũ uocaſſe cõtentus eſt. Sed ueram huius cõtumaciſſimi nominis cauſam in primo libro originum Catonis diligens lector inueniet. Ait. n. Mezẽtiũ rutulis ĩperaſſe: ut ſibi offerrẽt quas diis primicias offerebãt: & latinos oẽs ſimilis ĩperii metu ita uouiſſe: Iuppiter ſi tibi magis cordi eſt: nos ea tibi dare potius quã Mezentio: uti nos uictores facias. Ergo ꝙ diuinos honores ſibi exegerat: merito dictus eſt a Virgilio contemptor deoꝝ. Hinc pia illa inſultatio ſacerdotis. Hæc ſunt ſpolia & de rege ſuperbo primitiæ: ut nomine cõtumaciæ: cui pœnas luit: raptas de eo notaret exuuias.

Apollinis Aræ ĩ delo hoſtia nõ cæditur.

Apollo pater

Mirandum eſt huius poetæ & circa noſtra & circa externa facta ſacra doctrinã. Neq;. n. de nihilo eſt: ꝙ quũ delon uenit Aeneas: nulla ab eo cæſa eſt hoſtia: niſi quũ ꝓficiſcerent̃: Apolloni & Neptuno res diuina facta eſt. Conſtat. n. ſicut Cloatius Verus ordinatoꝝ libro ſecũdo docet: eſſe deli aram: apud quam hoſtia nõ cæditur: ſed tantũ ſolẽni deũ prece uenerant̃. Verba Cloatii hæc ſunt: Deli ara eſt Apollinis γενητορος. in qua nullum animal ſacrificat̃: quã Pythagorã uelut inuiolatã adoraſſe ꝓdũt. Hãc ergo eſſe quæ adorat̃ ab Aenea γενητορος arã poeta demonſtrat ſiquidẽ templũ ingreſſus põtifex nullo acto ſacrificio ſtatim inchoat precẽ. Et ut genitora expreſſius nominaret: Da pater auguriũ. At uero quũ taurũ mox imolat Apollini & Neptuno: apud aliã utiq; aram factũ intelligimus. Et bene ſupra tantũmodo patrẽ: quod ibi propriũ eſt: & ĩfra qđ cõmune eſt Apollinem nomĩnat. Meminit huius aræ & Cato de liberis educandis in hæc uerba: Nutrix hæc oĩa faciebat in uerbenis ac tubis ſine hoſtiis: ut deli ad Apollinis genitiui aram: Eodẽ uerſu non omittendũ puto: cur ſaxo uetuſto dixerit extructũ templũ. Velius longus ĩmutatio eſt inquit epitheti. uult enim dicere uetuſtatẽ tẽpli. Hũc multi alii cõmẽtatores ſecuti ſunt: ſed frigidũ eſt ædificii ætatẽ notare. Epaphus aũt uir plurimæ lectiõis. libro. xvii. ait: delphis quodã tpe eueniſſe: ut templũ religioſum antea & intactũ ſpoliatũ incenſumq; ſit: & adiicit. multas circa corinthũ urbes iſulaſq; ꝓximas terremotu hauſtas: delon neq; antea neq; poſtea hoc ĩcõmodo uexatam: ſed ſemp eodẽ manere ſaxo. Thucydides etiã hiſtoriaꝝ li. iii. idem docet. Nõ miꝝ ergo ſi præſidio religionis tutam inſulã ſemp oñdens & reuerentiã ſibi locoꝝ acceſſiſſe dicit cõtinuã ſaxi eiuſdem ideſt inſulæ firmitatem. Vt ſeruauit Apollinis genitoris proprietatem patrem uocando.

Hercules uictor

Idem curauit Herculē uocādo uictorē. Hæc inquit limina uictor Al-
cides ſubiit. Varro diuinaꝝ li.iiii. Victorē Herculē putat dictū:q̄ omne
aīalium genus uicerit. Romæ aūt uictoris Herculis ædes duæ ſunt:una
ad portā trigeminā:altera in foro boario. Huius cōmenti cām Maſſurius
Albinus memorabiliū lib.i.aliter exponit. M. inquit Octauius Herenus
prima adoleſcentia tibicen:poſtq̄ arti ſuæ diffiſus eſt:inſtituit mercaturā
& bene re geſta:decimā herculi profanauit. Poſtea quum nauigans hoc
idē ageret:a prædonibus circūuentus fortiſſime pugnauit:& uictor receſ
ſit. Hunc in ſomniis hercules docuit ſua opera ſeruatū. Cui Octauius i-
petrato a magiſtratibus loco ædem ſacrauit:& ſignū.uictoreq̃ inciſis lit
teris appellauit. Dedit ergo epitheton deo:quo & argumentū ueteꝝ ui-
ctoriaꝝ herculis:& cōmemoratio nouæ hiſtoriæ quæ recenti romano ſa-
cro cām dedit:cōtineret. Nec fruſtra in eodē loco dixit. Et domus her
culei cuſtos pinaria ſacri. Quidā.n.aram maximā quū uicino flagraret i
cendio:liberatā a pinariis ferūt:& ideo ſacri cuſtodē domū pinariā dixiſ-
ſe Virgiliū καταΔιαςολην inqt potitioꝝ:qui Appio Claudio præmio
corrupti ſacra ſeruis publicis prodiderunt. Sed Veratius pontificalis in
eo libro quē fecit de ſupulicationibus: ita ait Pinariis qui nouiſſimi co-
meſo prādio ueniſſent.quū iam manus prāſores lauarēt: præcepiſſe her-
culem:ne quid poſtea ipſi:aut ꝓgenies ipſoꝝ ex decima guſtarent ſacrā-
da ſibi:ſed miniſtrādi tantū modo cauſa:nō ad epulas cōuenirēt. Quaſi
miniſtros ergo ſacri cuſtodes uocari:ut ipſe Virgilius alibi:At triuiæ cu-
ſtos iā dudum in montibus opis:idē miniſtra. Niſi forte cuſtodē dixit eā:
quæ ſe prohibuerit & cōtinuerit a ſacris:ut ipſe alibi: Et cuſtos furū atq̃
auium cū falce ſaligna helleſpontiaci ſeruet tutela priapi. Hic utiq̃ cu-
ſtodem prohibitoreq̃ auium furumq̃ ſignificat. Hæc ubi dicta:dapes iu
bet & ſublata reponi Pocula:gramineoq̃ uiros locat ipſe ſedili. Non ua-
cat quod dixit ſedili. Nā ꝓpria obſeruatio eſt:herculis ſacris epulari ſedē
tes. Et cornelius Balbus εξηγητικῶν libro.xviii. ita ait: Apud aram ma
ximā obſeruatū:ne lectiſterniū fiat. Cuſtodit in eodē loco ut oēs aperto
capite ſacra faciant. Hoc fit:ne qnis in æde dei habitū eius imitaret. Nā
ibi operto ipſe capite eſt. Varro ait græcum hūc eſſe morem:quia ſiue ipe
ſiue ab eo relicti qui aram maximā ſtatuerunt:græco ritu ſacrificauerunt.
Hoc amplius addidit Caius Baſſus. Iccirco eni hoc fieri dicit: qa ara ma-
xima ante aduentū Aeneæ in italia conſtituta eſt:qui hūc ritū uelādi ca-
pitis inuenit. Ea quoq̃ quæ incurioſæ trāſmittunt a legentium plebe:
nō carent profunditate. Nā quū loqueret de filio Pollionis: id quod ad
principem ſuū ſpectaret adiecit:Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice:iā croceo mutabit uellera luto. Tradit aūt in libro hetruſcorū. ſi
hoc aīal inſolito colore fuerit indutū:ꝓtēdi imperatori reꝝ oium cū felici
tate largitatē. Eſt ſup hoc liber Tarquini tranſcriptus ex oſtētario tuſco:

Octauius Herenus Profanauit.

Pinarii Potitii

Cuſtos

Herculis ſacris epulantur ſedentes

Aries indutus inſolito colore portēdit Imperatori felicitatem.

Ibi reperit̃ purpureo aureoue colore ouis arieſue ſi aſperget̃: principi ordinis & generis ſumma cũ felicitate largitatẽ auget.genus ꝓgeniẽq; ꝓpagat ĩ claritate:lætiorẽq; efficit.Hmõi igit̃ ſtatũ ĩpatori ĩ trãſitu uaticinat̃.

Verbis etiã ſingulis de ritu ſacro q̃ ex alto petita ſignificet:uel hinc licebit aduertere:Iniecere manũ parcæ:teliſq; ſacrarũt Euãdri.Nam quicquid deſtinatũ eſt diis:ſacrum uocatur.Peruenire autem ad eos non põt: niſi libera ab onere corporis fuerit anima:quod niſi morte fieri nõ põt.Ita ergo opportune ſacrum haleſum facit:quia erat oppetiturus.Et hic proprietatem & humani & diuini iuris executus eſt.Nã ex manus iniectiõe pene mancipium deſignauit:& ſacrationis uocabulo:obſeruãtiam diuini iuris impleuit.Hoc loco non alienum uidetur:de conditiõe eoꝝ hominũ referre:quos leges ſacros eſſe certis piis iubent:quia nõ ignoro qbuſdam mirum uideri ꝙ quũ cætera ſacra uiolari nefas ſit:hominẽ ſacrũ ius fuerit occidi.Cuius rei cauſa hæc eſt.Veteres nullũ animal ſacrum ĩ finibus ſuis eſſe patiebant̃:ſed abigebant ad fines deoꝝ:qbus ſacrum eſſet.Animas uero ſacratoꝝ hominũ quos ȥῶανασ græci uocant:diis debitas exiſtimabant.Q ueadmodũ igitur quod ſacrum ad deos ipſos mitti nõ poterat:a ſe tamen dimittere nõ dubitãt:ſic animas quas ſacras ĩ cælum mitti poſſe arbitrati ſunt:uiduatas corpore q̃ primũ illo ire uoluerũt. Diſputat de hoc more etiam Trebatius religionũ libro.ix.Cuius exemplum ne ſim prolixus omiſi.Cui cordi eſt legere:ſatis habeat & autorem & uoluminis ordinem eſſe monſtratum.

Sacrum q̃d.

n Onnulloꝝ quæ ſcientiſſime prolata ſunt:male enunciando corrũpimus dignitatem:ut qdam legunt.Diſcedo:ac ducente dea flãmã inter & hoſtes Expedior:quum ille doctiſſime dixerit:ducente deo: non dea.Nam & apud Caluum Acterianus affirmat legendum:Pollentemq; deum uenerem:non deã.Signum etiã huius eſt cypri barbatum corpore ſed ueſte muliebri:cum ſceptro ac ſtatura uiri.Et putant eandem marem ac fœminam eſſe.Ariſtophanes eam αφροΔιτον appellat: Leuinus etiã ſic ait.Venerẽ igitur almũ adorans ſiue fœmina ſiue mas eſt. ita uti alma noctiluca ẽ.Philocorus quoq; ĩ athide:eandem affirmat eſſe lunam:& ei ſacrificium facere uiros cum ueſte muliebri:mulieres cum uirili.ꝙ eadem & mas exiſtimatur & fœmina.

Deus mas & fœmina

Aphroditon

Hoc quoq; de prudentia religionis a Virgilio dictum ẽ. Decidit exanimis uitãq; reliquit ĩ aſtris Aeris. Iginus enim de proprietatibus deorũ: quum de aſtris ac ſtellis loqueretur ait oportere his uolucres ĩmolari.Docte ergo Virgilius dixit apud ea numina animam uolucris remãſiſſe:quibus ad litandum data ẽ. Nec nomen apud ſe qđ fortuitum eſſe poterat:uacare permittit:Matriſq; uocauit Nomine caſmillæ mutata parte camillã.Nam Statius Tullianus de uocabulis rerum libro primo: ait dixiſſe Callimachum:tuſcos Camillum appellare Mercurium:quo uocabulo

Camillus.

ſignificant præminiſtrum deoꝝ. Vnde Virgilius ait Metabū Camillam appellaſſe filiā Dianæ.ſ.præminiſtrā.Nā & paucibus quū de Medea loqueret̃:Cælitum camilla expectata aduenis ſalue hoſpita.Romani quoq; pueros puellaſue nobiles & inueſtes camillos & camillas appellāt flaminicarum & flaminum miniſtros. Camilla.

Hanc quoq; obſeruationē eius nō cōuenit præterire.Mos erat inquit heſperio in latio:quem protinus.urbes Albanæ coluere ſacrum:nūc maxima reꝝ Roma colit. Varro de moribus:Morē eſſe dicit ĩ iudicio animi: quē ſequi debeat cōſuetudo:Iulius Feſtus de uerboꝝ ſignificatiōibus libro.xiii.Mos eſt inquit inſtitutū patriū ptinens ad religiōes cerimoniaſq; maioꝝ.Ergo Virgilius utrūq; autorē ſecutus:& primo qdem Varronem qm̃ ille dixerat morē præcedere:ſequi conſuetudinē:poſtq̃ dixit mos erat ſubiunxit quē ꝓtinus urbes Albanæ coluere:& nūc maxima reꝝ Roma colit:quo pſeuerantiā conſuetudinis monſtrat. Et qm̃ Feſtus ptinere ad cerimonias ait:hoc idē docuit Maro:adiiciēdo ſacrū:quē protinus urbes Albanæ coluere ſacrū.Mos ergo præceſſit:& cultus moris ſecutus ē: qđ eſt cōſuetudo.Et hic diffinitionē Varronis impleuit.Adiiciēdo deinde ſacrum:oſtendit morē cerimoniis dicatū:quod Feſtus aſſeruit.Idē ſeruauit & in.xii.libro cū ait.Morē rituſq; ſacroꝝ adiiciā: ĩ quo oſtēdit aperte morem eſſe ritus ſacroꝝ.Sed hiſtoriæ qdem fidē in his uerſibus ſecutus eſt: Mos erat heſperio in latio:& reliqua.Seruauit.n.regnoꝝ ſucceſſionem. Quippe primi regnauerunt latini:inde albani:& inde romani. Ideo mos erat primū dixit heſperio in latio:& poſtea quem protinus urbes albanæ coluere ſacrum.deinde ſubiecit:nunc maxima reꝝ roma colit. Mos Conſuetudo

Exceſſere oēs adytis ariſq; relictis Dii qbus imperium hoc ſteterat. Et de uetuſtiſſimo romanoꝝ more:& de occultiſſimis ſacris uox ꝓlata eſt. Cōſtat.n.oēs urbes ĩ alicuius dei eſſe tutela:moreq; romanoꝝ arcanū & multis ignotū fuiſſe:ut quū obſideret urbem hoſtiū: eāq; iam capi poſſe cōſideret:certo carmine euocarēt tutelares deos: ꝙ aut aliter urbem capi poſſe nō crederent:aut etiā ſi poſſet:nefas exiſtimarēt deos habere captiuos.Nā propterea ipſi romani & deū in cuius tutela urbs roma eſt:& ipſius urbis latinū nomē ignotū eſſe uoluerūt.Sed dei qdem nomen nonnullis antiquoꝝ inter ſe diſſidentiū libris inſitum:& ideo uetuſtas perſequentibus quicqd de hoc putat̃ innotuit.Alii.n.Iouem crediderunt:alii lunā:ſunt q Angeronam:quæ digyto ad os admoto ſilentiū denuntiat. Alii autem quoꝝ mihi fides uidet̃ firmior:Opem Cōſiuiam eſſe dixerūt. Ipſius uero urbis nomen etiā doctiſſimis ignoratum eſt: cauentibus romanis:ne quod ſæpe aduerſus urbes hoſtiū feciſſe ſe nouerāt: idem ipſi quoq; hoſtili euocatione paterent̃:ſi tutelæ ſuæ nomen diuulgaret̃. Sed uidendum ne qđ nōnulli exiſtimauerūt:nos quoq; cōfundat: opinantes uno carmine & euocari ex urbe aliqua deos:& ipſam deuotam fieri ciui- Angerona

tatem.Nam repperi in libro quinto rerum recōditarum Sammonici Se-
reni utrūq; carmen:quod ille ſe in cuiuſdam Furii uetuſtiſſimo libro rep-
periſſe profeſſus eſt.Eſt aūt carmen huiuſmodi quo dii euocant̃:quū op
Euocationis. deoꝝ carmē. pugnatione ciuitas cingit̃.Si deus:ſi dea ē:cui populus ciuitaſq; cartha-
ginēſis eſt in tutela:teq; maxime ille:qui urbis huius populiq; tutelam re
cœpiſti:precor:uenerorq;:ueniāq; a uobis peto:ut uos populū ciuitatēq;
carthaginēſium deſeratis:loca:templa:ſacra:urbemq; eorum relinquatis:
abſq; his abeatis:ciq; populo ciuitatiq; metum formidinem obliuionem
iniiciatis:proditiq; romā ad me meoſq; ueniatis:noſtraq; uobis loca:tem-
pla:ſacra:urbs acceptior probatiorq; ſit:mihi quoq; populoq; romano mi
litibuſq; meis præpoſiti ſitis:ut ſciamus intelligamuſq;.Si ita feceritis:uo
ueo uobis templa ludoſq; facturum.In eadem uerba hoſtias fieri oportet
autoritatemq; uideri extortum:ut ea promittant futura.Vrbes uero exer-
cituſq; ſic deuouent̃ iam numinibus euocatis.Sed dictatores imperato-
Deuotionis urbiū & exercituū uerba. reſq; ſoli poſſūt de uouere his uerbis.Dis pater ue Iouis manes: ſiue quo
alio nomine fas eſt nominare:ut omnes illam urbem carthaginem exerci
tumq; quem ego me ſentio dicere:fuga formidine terrore compleatis: qui
que aduerſus legiones exercitumq; noſtrum arma tela que ferent:uti uos
eos exercitus:eoſq; hoſtes:eoſq; homines:urbes:agroſq; eorum: & qui in
his locis regionibuſq; agris urbibuſq; habitant:abducatis:lumine ſupero
priuetis.Exercitumq; hoſtium urbes agroſq; eorum me ſentio dicere : uti
uos eas urbes agroſq; capita ætateſq; eorum deuotas conſecrataſq; habe
atis illis legibus quibus quandoq; ſunt maxime hoſtes deuoti:eoſq; ego
uicarios pro me fide magiſtratuq; meo : & pro populo romano exerciti-
bus legionibuſq; noſtris deuoueo:ut me meamq; fidem imperiumq; le-
giones exercitumq; noſtrum:qui in his rebus gerundis ſunt: bene ſaluos
ſinetis eſſe:Si hæc ita faxitis:ut ego ſciam ſentiam intelligāq;. Tunc quiſ
quis uotum hoc faxit ubi faxit recte factum eſto:Ouibus atris tribus:tel
lus mater:teque Iuppiter obteſtor.Q uum tellurem dicit:manibus terrā
tangit:quum Iouem dicit:manus ad cælum tollit:quum uotum recipere
Ciuitates deuotæ a populo ro. dicit:manibus pectus tangit.In antiquitatibus autem hæc oppida inue-
ni deuota:ſtonios:fregellas:gabios:ueios:fidēnas.Hæc intra italiam.præ
terea carthaginem:& corinthum:ſed & multos exercitus oppidaq; hoſti
um gallorum hiſpanorum afroꝝ mauroꝝ aliarūq; gentium:quas priſci lo
euocitas quunt̃ annales.Hinc eſt ergo:ꝙ ꝓpter eiuſmodi euocitatem numinūq;
diſceſſionem:ait Virgilius:Exceſſere omnes adytis ariſq; relictis Dii : Et
ut tutelares aſſignaret adiecit:quibus imperium hoc ſteterat. Vtq; præter
euocationem etiā uim deuotionis oſtēderet:in qua præcipue Iuppiter ut
diximus inuocatur: ait Ferus omnia iuppiter argos Tranſtulit. Videtur
ne uobis probatum:ſine diuini & humani iuris ſcientia:non poſſe ꝓfun
ditatem Maronis intelligi?

Hic quum omnes cōcordi teſtimonio:doctrinam & poetæ & narrantis æquarent:exclamauit Euangelus:diu ſe ſuccubuiſſe patientiæ: nec ultra diſſimulandum.quin in medium detegat inſcientiæ uirgilianæ uulnera.Et nos inquit manum ferulæ aliquādo ſubduximus: & nos cæpimus pontificii iuris auditum:& ex his quæ nota ſunt nobis: Maronem huius diſciplinam iuris neſciſſe conſtabit. Quando enim diceret: Cælicolum regi mactabam in littore taurū: ſi ſciret taurum imolari huic deo uetitū? aut ſi didiciſſet quod Atteius Capito comprændit: Cuius uerba ex libro primo de iure ſacrificiorum hæc ſunt.Itaq; Ioui tauro uerre ariete immolari non licet.Labeo uero.lx.&.viii.libro intulit: niſi Neptuno Apollini & Marti taurum nō immolari.Ecce pontifex tuus quidem apud quas aras mactetur ignorat:quum uel æditius hæc nota ſint: & ueterum nō tacuerit iduſtria.Adhæc Prætextatus renidens. Quibus deoꝝ imolet̃ tauro:ſi uis cū Virgilio cōmunicare:ipſe te docebit.Taurum neptuno:tauꝝ tibi pulcher apollo.Vides in opere poetæ uerba Labeonis? Igitur ut hoc docte: ita illud argute.Nam oſtendit: Ideo nō litatum:ideo ſecutū Horrendum dictu & uiſu mirabile monſtrum. Ergo reſpiciens ad futura:hoſtiam cōtrariā fecit. Sed & nouerat hūc errorē nō eſſe inexpiabilē. Atteius eni Capito:quē in acie cōtra Maronē locaſti:adiecit hæc uerba.Si qs forte tauro fecerit:piaculū dato.Cōmittit̃ ergo res nō qdē ipianda:iſolita tñ.Et cōmittit̃ nō ignorātia:ſed ut mōſtro locū faceret futuro.

Taurus quibus diis imolatur.

Impianda

Subiecit Euāgelus:Si euētu excuſantur illicita: dic quæſo: quod erat monſtrum ſecuturū:& quum Cereri libari uino iuberet: quod omnibus ſacris uetatur:Cui tu lacte fauos & miti dilue baccho.Vinum autem Cereri non libari: debuit illum uel Plautus docere: qui in aulularia ait: Cererin mi Strobile hi ſūt facturi nuptias? Qui? quia temeti nihil allatum intelligo? At hic ueſter flamen & pontifex & omnia: tam quid imoletur: q̃ quid libetur ignorat.Et ne nō ubiq; in libando pari errore ſit deuius: in octauo ait.In mēſam læti libant:diuoſq; precantur:quum nō in menſam: ſed in aram ſecundum morem libare debuerint. Vt prius tibi: Prætextatus inqt:de poſteriore quæſtione reſpondeā: Fateor te nō imerito de uſurpata i menſam libatione quæſiſſe: ampliuſq; ſpeciem difficultatis auxeras:ſi magis Didonem in mēſam ſimiliter libantē notaſſes.Dixit:& i mēſam laticū libauit honorē.Nā & Publius Tertius quū de ritu ſacrorum multa diſſereret:ait ſibi hunc locū in quæſtione uenire: nec tñ hæſitationem ſuā requiſita rōne diſſoluit.Ego aūt quid mihi magiſtra lectiōe compertum ē:publicabo.In papiriano enim iure euidēter relatū eſt: Aræ uicem præſtare poſſe mēſam dicatam:ut i templo inquit Iunonis populoniæ auguſta mēſa eſt.Nāq; in fanis alia uaſorum ſunt & ſacræ ſupellectilis:alia ornamentorū.Quæ uaſoꝝ ſunt:iſtrumēti inſtar habēt:qbus ſemper ſacrificia cōficiunt̃:Quaꝝ rerū pricipem locum optinet mēſa: i qua

Cereri uino nō libatur.

Menſa dicata aræ uicem præſtat.

epulæ:libationeſq;:& ſtypes reponũtur.Ornamenta uero ſunt clypei: coronæ:& huiuſcemodi donaria. Neq; enim donaria dedicant eo tempore: quo delubra ſacrantur.At uero menſa arulæq; eodem die quo ædes ipſæ dedicari ſolent.V nde mẽſa hoc ritu dedicata in templo aræ uſum: & religionem optinet puluinaris.Ergo apud Euandrum qdem fit iuſta libatio: Q uippe apud eam mẽſam quæ cũ ara maxima more utiq; religionis fuerat dedicata:& in loco ſacrato: & inter ipſa ſacra in quibus epulabantur. Incõuiuio uero Didonis quod tantum regium cõſtat: non etiam ſacrum fuiſſe:apud humanam menſam in triclinio nõ in templo:quia nõ erat religioſa:ſed uſurpata libatio:ſolam fecit libaſſe reginã: in cuius pſonã nulla obſeruationis neceſſitas:& multa ad uſurpandũ in poteſtate pmiſſio. At uero hic oẽs in mẽſa læti libant:diuoſq; precant:quia quod recte fieri nouerat: ab oibus ſimul in templo epulantibus & uni ſacratæ aſſidentibus menſæ factum eſſe memorauit:De illo aũt uerſu:Cui tu lacte fauos & miti dilue baccho:paucis quod Maro accuſatur abſoluã. Poeta enim æque in rebus doctrinæ:& in uerbis ſectator elegantiæ: ſciens Cereri mulſo libari:adiecit:miti baccho fauos dilue:ſcilicet miteſcere uinum dicẽs: quũ mulſũ cœperit fieri.Nã mite hic uinũ ita dixit:ut alibi ait domitũ:& durũ bacchi domitura saporẽ.Notũ aũt eſſe nõ diffitebere:ꝙ ad diẽ duodecimã kalẽ.ianuarias Herculi & Cereri faciũt ſue ꝑgnãte: pãibus:mulſo.

Opportune me hercule Prætextate feciſti herculis mentionem. In cuius ſacra hic Virgilius gemino errore commiſit.

Tum ſalii ad cantus inceſa altaria circum
Populeis adſunt euincti tempora ramis.

Nam & ſalios Herculi dedit:quos tãtum Marti dicauit antiquitas:& populeas coronas nominat:quum ad aram maximã ſola lauro capita: & alia fronde nõ uinciant.Videmus in capite prætoris urbani lauream coronã quum rem diuinam herculi fecit. Teſtatur etiam Terentius Varro in ca ſatyra:quæ inſcribitur περι κεραυνου. maiores ſolitos decimam hecruli uouere.Nec decem dies itermittere:quin pollucerẽt populum ad ασυμβολον cum corona laurea demitterent cubitũ. Hiccine eſt Vectius ait error geminus? At ego i neutro dico erraſſe Virgilium. Nam ut primum de frondis genere dicamus:cõſtat qdẽ nunc lauro ſacrificantes apud arã maximã coronari. Sed multo poſt romam cõditã: hæc cõſuetudo ſumpſit exordium:poſtq̃ i auentino laureum cœpit uiuere:Q uam rem docet Varro humanaꝝ libro ſecũdo. E mõte ergo proximo decerpta laurus ſumebatur operantibus:quã uicina offerebat occaſio.V nde recte Maro noſter ad tempora reſpexit: quibus Euander ante urbem conditã apud arã maximam ſacra celebrabat:& utebatur populo utiq; Alcidæ gratiſſima. Salios autem herculi propter ubertatem doctrinæ altioris aſſignat: quia is deus & apud põtifices idẽ qui & Mars habetur: Et ſane ita menippea

Varronis affirmat:qũæ inſcribitur ἀλλοσ οὗτοσ ἡρακλῆσ:quia quũ Hercules idẽ
de Hercule multa loqueretur:eundẽ eſſe ac Martẽ ꝓbauit.Chaldei quo- & Mars
qꝫ ſtellã Herculis uocãt:quã reliqui oẽs Martis appellãt:Eſt p̄terea Octa
uii Herſenii liber:qui inſcribitur de ſacris ſaliaribus Tyburtiũ:in quo ſa- Salii.
lios Herculi iſtitutos operari diebus certis & auſpicato docet. Itẽ Anto Feneſtra
nius Enipho uir doctus:cuius ſcholã cicero poſt laborem fori frequenta le suet de claris gram.
bat:ſalios Herculi datos probat in eo uolumine: quo diſputat quid ſit fe
neſtra:quod eſt oſtium minuſculum in ſacrario:quo uerbo Ennius etiam
uſus eſt:Idoneis(ut credo)autoribus certiſqꝫ rationibus error qui puta-
batur uterqꝫ defenſus eſt.Siqua ſunt alia quæ nos cõmouent:in medium
ꝓferamus:ut ipſa collatio noſtrũ:nõ Maronis:abſoluat errorem.

Tunc euangelus:Nunquã ne tibi Prætextate uenit in mentem : toto
ut aiunt cælo erraſſe Virgilium:quum Dido ſuam rem diuinam pro nu-
ptiis faceret? Mactat enim inquit lectas de more bidentes Legiferæ cere-
ri phœboqꝫ patriqꝫ lyæo. Et quaſi expergefactus adiecit:Iunoni ante oẽs
cui uincla iugalia curæ: Accipite.Et.M.Varronis uerba de agricultura li
bro tertio: qui quum de pauonibus in uilla nutriẽdis loqueretur: ſic ait.
Primus hos Quintus hortẽſius augurali cœna dicitur poſuiſſe. Quod
potius factum tum luxurioſe q̃ ſeuere boni uiri laudabant: Quem cito
ſecuti multi extulerunt eorum precia:ut oua eorum denariis ueneãt qui-
nis:ipſa facile quinquagenis. Ecce res non admiranda ſolum : ſed & pu- Pauonũ pri-
denda:ut oua pauonum quinis denariis ueneant: quæ hodie non dicam mus uſus
uilius: ſed omnino nec ueneunt. Is hortenſius platanos ſuas uino irriga- Q.Horten-
re cõſueuit:adeo ut in quadam actione quã habuit cum Cicerone ſuſce- ſius mollis
pta præcario a Tullo poſtulaſſet: ut locum dicendi permutaret ſecum.
Abire enim in uillam neceſſario ſe uelle: ut uinum platano:quã in tuſcu-
lano poſuerat: ipſe ſuffunderet. Sed forte ad notam ſeculi ſui non ſuffi-
cit Hortenſius: uir alioquin ex profeſſo mollis : & in præcinctu ponens
omnem decorem. Fuit enim ueſtitu ad mundiciem curioſo. Et ut bene
amictus iret:faciem in ſpeculo quærebat: Vbi ſe intuens : togam corpori
ſic applicabat: ut rugas nõ forte:ſed induſtria locatas artifex nodus aſtrin
geret:& ſinus ex compoſito defluens modum lateris ambiret.Is quondã
quum incederet elaboratus ad ſpeciem:collegæ de iniuriis diem dixit:qđ
ſibi in anguſtiis obuius:offenſu fortuito: ſtricturam togæ deſtruxerat: &
capitale putauit:ꝙ in humero ſuo locum ruga mutaſſet.Ergo hoc præter
miſſo: ad uiros uenio triumphales:quos uictores gentium luxuria uicit.
Et ut taceam Gurgitem a deuorato patrimonio cognominatũ: quia inſi- Gurges gulo
gnibus uirtutis ſecutæ uitia prioris cõpẽſauit ætatis. In quã foueã luxus ſus.
& ſuperbiæ Metellus Pius ꝑuenit cõtinuatione ſucceſſuũ? Et ne mul- Metellus Pi-
tis morer.ipſa de eo Saluſtii uerba ſubieci.At Metellus in ulteriorem hi- us.
ſpaniam poſt annum regreſſus magna gloria cõcurrentibus undiqꝫ uirili

& mulíebri ſexu p uías & tecta oíum uíſebatur.Et quæſtor Caius Vrbi-nus:aliiq; cognita uolũtate quũ ad cœnã ínuitauerãt:Vltra romanoꝝ ac mortaliũ etiã morẽ:curabãt:exornatis ædibus p aulea & inſignia : ſcenisq; ad oſtẽtatíonẽ hiſtrionũ fabricatis: Simul croco ſparſa humus: & alia in modũ templi celeberrimi.Præterea quũ ſedenti in trãſenna demiſſũ Victoriæ ſimulacrũ cũ machinato ſtrepitu tonitrũ coronã ei iponebat. Tũ ueniẽti thure:quaſi deo ſupplicabaẽ.Toga picta plærũq; amiculo erat ei accũbenti.Epulæ quæſitiſſime:neq; per oẽm modo ꝓuínciã:ſed trãs maria ex mauritania uolucrũ & feraꝝ incognita antea plura genera:qbus rebus aliquantã partẽ gloriæ dẽpſerat: Maximeq; apud ueteres & ſanctos uiros ſupbia illa grauia ídigna romão ímpio extímãtes. Hæc Salluſtius grauiſſimus alienæ luxuriæ obiurgator & cenſor.

Cœna lautiſſima Pont.

Accipite iter grauiſſimas pſonas nõ defuiſſe luxuriã.Refero eni pontificis uetuſtiſſimã cœnã:quæ ſcripta ẽ índice quarto Metelli illius pontificis maxĩmi in hæc uerba:Ante diẽ nonũ kalen.ſeptẽbris:quo die Lentulus flamẽ martialis inauguratus ẽ: domus ornata fuit: Triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt:Duobus tricliniis pontifices cubuerũt.Q .Catullus.M.Aemylius lepidus.D. Syllanus.C. Cæſar rex ſacroꝝ.P. Sceuola ſextus.Q .Cornelius.P. Volũnius.P.Albinouanus: & lucius Iulius Cæſar augur:qui eũ inaugurauit. In tertio triclinio Popilia perpenſa Licinia Arrũcia uirgines ueſtales:& ipſius uxor publicia flaminica:& ſempronia ſocrus eius.Cœna hæc fuit.Ante cœnã echinos:oſtreas crudas:quãtum uellent:peloridas:ſphõdylos:turdũ:aſparagos:ſubtus gallinã altilem:patinã oſtreaꝝ peloridũ:balanos nigros:balanos albos.Iterum ſphõdylos: glycomaridas urticas:ficedulas:lũbos caprigines:aprugnos: altilia ex farina íuoluta:ficedulas:murices:& purpuras. In cœna ſumina:ſinciput aprugnũ:patinã piſciũ:patinã ſuminis:anates:querquedulas elixas:lepores:altilia aſſa:amilũ: panes picẽtes.ut iã luxuria tũc accuſaretur : quãdo tot rebus facta fuit cœna pontificũ. Ipſa uero eduliũ genera q̃ dictu turpia:Nã Cincius í ſuaſione legis fanniæ obiicit ſeculo ſuo:q porcũ troianũ mẽſis inferant: Quẽ illi ideo ſic uocabãt: quaſi aliis incluſis aíalibus grauidũ:ut ille troiãus equus grauidus armatis fuit.Exigebat hoc quoq; illa gulæ intẽperantia:ut & lepores ſaginarent̃ teſte Varrone:qui de agricultura libro tertio quũ de leporibus loq̃retur: ſic ait. Hoc quoq; nuper inſtitutum:ut lepores ſaginarẽtur:quũ excæptos e leporario quidã in caueis & loco clauſo faciant pingues.Si cui hoc mirũ uidet̃ quod ait Varro:lepores ætate illa ſolitos ſaginari:accipiat illud quod maiore admiratione ſit dignũ.Cochleas ſaginatas:quod idẽ Varro í eodẽ libro refert. Verba ipſa q uolet legere:ubi debeat q̃rere idicaui. Neq; ego nũc antiquitati nos p̃ferẽdos uel cõparandos dico:ſed reſpõdi obiurgãti Horo: aſſerens uti res habet:maiorẽ illis ſeculis deliciaꝝ curã fuiſſe q̃ noſtro.

Oſtreas.

ſubtus

Querquedulas.

Porcus troianus

Subiecit Furius Albinus antiquitatis non minus q̃ Cecinna peritus: Miror te inquit nõ retuliſſe quanta illis affluentia marinarum ꝓcurari ſolita fuerit copiarum: cuius relatu maximã cõuiuioꝝ noſtroꝝ ſobrietatem doceres. Et Cecinna: ꝓfer inquit in mediũ quæ de hac quoq; parte lectu cõperiſti. Vltra oẽs. n. polles memoria uetuſtatis. Et furius ſic igreſſus ẽ.

Vetuſtas qdem nobis ſemp(ſi ſapimus)adorãda eſt. Illa qppe ſecula ſunt: quæ hoc impium uel ſanguine uel ſudore peperunt. Quod nõ niſi uirtutũ faceret ubertas. Sed quod fatendũ eſt: in illa uirtutũ abundãtia uitiis quoq; ætas illa nõ caruit: E quibus nõ nulla noſtro ſeculo morũ ſobrietate correcta ſunt. Et de luxu quidẽ illius tẽporis circa marinas copias dicere iſtituerã: ſed quia in aſſertionẽ noſtræ emendationis: alia ex aliis ꝓferenda ſe ſuggerũt: de piſcibus nõ omitto: ſed differo: dum de alia laſciuia qua nũc caremus: admoneo. Dic enim Hore qui antiquitatem nobis obiicis: ante cuius triclinium modo ſaltatricem uel ſaltatorem te uidiſſe meminiſti? At inter illos ſaltatio certatim uel ab honeſtis appetebatur. Ecce enim ut ab illo ordiar tẽpore: quod fuit optimis moribus. Inter duo bella punica igenui quid dicã igenui? filii ſenatoꝝ in ludũ ſaltatoriũ cõmeabãt: & illic crotala geſtãtes ſaltare diſcebãt. Taceo ꝙ matronæ etiã ſaltationẽ nõ inhoneſtã putabãt. Sed iter ꝓbas quoq; eaꝝ erat ſaltandi cura: dũmodo nõ curioſa uſq; ad artis pfectionẽ. Quid eni ait Saluſtius? Pſallere: ſaltare: elegãtius q̃ neceſſe ẽ probæ: Adeo & ipſe Semproniã rephendit: non ꝙ ſaltare: ſed ꝙ optime ſcierit. Nobiliũ uero filios: & ꝙ dictu nefas eſt: filias quoq; uirgines inter ſtudioſa numeraſſe ſaltãdi meditationẽ: teſtis ẽ Scipio Africanus Aemylianus: qui in oratione cõtra legẽ iudiciariam Tyberii Gracchi ſic ait. Docent̃ præſtigias ihoneſtas cũ cynedulis. & ſãbuca pſalterioq; eunt in ludũ hiſtrionũ: diſcunt cãtare: quæ maiores noſtri ingenuis ꝓbrõ ducier uoluerunt. Eunt inquã in ludum ſaltatorium inter cinedos uirgines pueriq; ingenui. Hæc quum mihi quiſquã narrabat: non poteram animum inducere: ea liberos ſuos nobiles homines docere. Sed quum ductus ſum in ludum ſaltatorium: plus mediuſſidius in eo ludo uidi pueris uirginibuſq; quigentis. In his unum(quo me reipublicæ miſertum eſt)puerum bullatum petitoris filium non minorem annis duodecim cum crotalis ſaltare: quam ſaltationem impudicus ſeruulus honeſte ſaltare nõ poſſet. Vides quemadmodum igemuit Africanus: ꝙ uidiſſet cum crotalis ſaltantem filium petitoris: ideſt candidati? quem ne tum quidem ſpes: & adipiſcendi ratio potuerat coercere magiſtratus: quo tempore ſe ſuoſq; ab omni probro debuit uindicare: quo minus faceret: quod ſcilicet turpe nõ habebatur? Ceterum ſuperius plærũq; nobilitatem hæc propudia celebrare cõqueſtus ẽ Cato. Sic nimirum ide ſenatorem nõ ignobilem Cecilium Spatiatorẽ & Feſcẽnium uocat: eũq; ſtaticulos dare iis uerbis ait. Deſcendit de cantherio: ide ſtaticulos

Saltatio i mẽſa

Crotala

Saltatiõis exprobratio

Cecilius ſpatiator

dare: ridicularia fundere. Et alibi in eundem. Præterea cantat: ubi collibuit: interdum græcos uerſus agit: iocos dicit: uoces demutat: ſtaticulos dat. Hæc Cato: cui ut uidetis: etiã cantare nõ ſerii hoīs ſic uidetur: quod apud alios adeo nõ inter turpia numeratũ eſt: ut Decius Sylla uir tãti nominis: optime cantaſſe dicatur. Ceterum hiſtriones nõ inter turpes habitos: Cicero teſtimonio ẽ: quem nullus ignorat. Roſcio & Aeſopo hiſtrionibus tam familiariter uſum: ut res rationeſq́ eorũ ſua ſolertia tueretur.

Hiſtriões nõ inter turpes habiti

Q uod cũ aliis multis: tum exemplis quoq́ eius declaratur. Nam illã orationẽ quis eſt qui nõ legerit: in qua populũ romanũ obiurgat: ꝙ Roſcio geſtum agente: tumultuarit? Et certe ſatis cõſtat contendere eum cũ ipſo hiſtrione ſolitũ: utrum ille ſæpius eandem ſniam uariis geſtibus efficeret: an ipſe per eloquentiæ copiam ſermone diuerſo pronunciaret: Q uæ res ad hanc artis ſuæ fiduciam Roſcium abſtraxit: ut librum conſcriberet: quo eloquentiam cum hiſtrionia cõpararet. Is eſt Roſcius: qui etiam lucio Syllæ cariſſimus fuit: & annulo aureo ab eodẽ dictatore donatus eſt. Tanta autem fuit gratia & gloria: ut mercedem diurnam de publico mille denarios ſine gregalibus ſolus accæperit. Aeſopũ uero ex pari arte ducenties ſextertium reliquiſſe filio conſtat. Sed quid loquor de hiſtrionibus: quum Appius Claudius uir triumphalis: qui ſalius uſq́ ad ſenectutem fuit: pro gloria optinuerit ꝙ ĩter collegas optime ſaltitabat? Ac prius q̃ a ſaltatione diſcedo: illud addiciam: Vno eodemq́ tempore tribus nobiliſſimis ciuibus non modo ſtudium ſaltandi: ſed etiam (ſi diis placet) peritiam qua gloriarentur fuiſſe Gabinio cõſulari Ciceronis inimico: quod ei & Cicero non diſſimulãter obiecit: & .M. Cecilio noto in turbas uiro: quem idem Cicero defendit: & Licinio Craſſo: Craſſi eius: qui apud parthos extinctus eſt: filio.

Roſcius hiſtrio.

Aeſopus hiſtrio ditiſſimus.

Appius claudius

Licinius craſſus.

ſ Ed de ſaltatione ueterum ad prædæ marinæ trãſire luxum Liciniorum me nomen admonuit: quos Murenas cognoĩatos: ꝙ hoc piſce effuſiſſime delectati ſunt: ſatis cõſtat. Huic opinioĩ .M. Varro cõſentit: aſſerens eodẽ modo Licinios appellatos Murenas: quo Sergius Orata cognominatus ẽ: ꝙ ei piſces qui auratæ uocant᷑: cariſſimæ fuerint. Hic eſt Sergius Orata: q primus balneas pẽſiles habuit: primus oſtrearia in baiano locauit: primus optimũ saporẽ oſtreis lucrinis adiudicauit. Fuit autẽ ætate Lucii Craſſi illius diſerti: qui q̃ grauis & ſerius habitus ſit: ẽt Cicero docet. Is tñ Craſſus uir cẽſorius. Nã cũ Cn. Domicio cẽſor fuit: cũ ſupra cæteros diſertus haberet᷑: eſſetq́ ĩter clariſſimos ciues prĩceps: tamen murenam ĩ piſcina domus ſuæ mortuam atratus tanq̃ filiam luxit. Neq́ id obſcurum fuit: quippe collega Domitius ĩ ſenatu hoc ei quaſi deforme crimen obiecit. Neq́ id confiteri Craſſus erubuit: ſed ultro etiam: ſi diis placet: gloriatus eſt cenſor: piam affectuoſamq́ rem feciſſe ſe iactans. Piſcinas autẽ q̃ refertas habuerint præcioſiſſimis piſcibus romani

Murenæ cognomen.

Sergius orata. Balneæ penſiles.

illí nobiliſſimi príncipes:Lucius Philippus: & Hortenſius: quos Cicero
piſcinarios appellat:etiã illud indicium eſt: ꝗ.M.Varro in libro de agri-
cultura refert.M.Catonem:qui poſt uticæ periit: quum hæres teſtamẽto
Lucilii eſſet relictus:piſces de piſcina eius.xl.milibus uendidiſſe. Accer-
ſebantur aũt murenæ ad piſcinas noſtræ urbis ab uſqꝫ freto ſiculo: quod
rhegyum a meſſana reſpicit.Illic enĩ optime a ꝓdigis eſſe credunt̃ tã her
cule:q̃ anguilæ:& utræqꝫ ex illo loco græce plotæ uocant̃:latine flutæ: ꝗ Plotæ flutæ
in ſũmo ſup nantes ſole torrefactæ curuare ſe poſſe:& in aquam mergere
deſinũt:atqꝫ ita faciles captu fiunt.Et ſi enumerare uelim:q̃ multi magni-
qꝫ autores murenas efreto ſiculo nobilitarint: lõgũ fiet. Sed dicã qd.M.
Varro in libro qui ĩſcribit̃ Gallus de murenis dixerit his uerbis.In ſicilia
quoqꝫ inqt manu capi murenas flutas ꝗ hæ in ſumma aqua præ pingui-
tudine fluitent.Hæc Varro.Sed quis neget idomitã apud illos(& ut ait
Cecilius)uallatã gulã fuiſſe:qui ex tã longinquo mari ĩſtrumẽta luxuriæ
cõpararẽt: Nec rarus hic romæ piſcis ut ꝑegre accitus erat. Autor eſt Pli
nius.C. Cæſarẽ dictatorẽ quũ triũphales cœnas populo daret: ſex milia
murenaꝝ a.C.Hirio ad põdus accæpiſſe. Huius Hirii uillã quãuis non
ãplã aut latã:cõſtat ꝓpter uiuaria q̃ habuit:q̃dragies ſextertiũ uenũdatã.

n Ec acipẽſer quẽ maria prodigis nutriunt: illius ſeculi delitias eua- Acipenſer piſcis.
ſit.Et ut liqueat ſecundo punico bello celebre nomẽn huius piſcis
fuiſſe.Accipite ut meminerit eius Plautus in fabula:quæ inſcribitur bac-
charia ex perſona paraſiti.

Q uis eſt mortalis tanta fortuna affectus ũnq̃:
Q uã ego nunc ſum: cuius hæc uentri portatur pompa.
Vel nunc qui mihi in mari acipenſer latuit antehac:
Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus.Et ne ui-
lior ſit teſtis poeta:accipite aſſertore Cicerone:ĩ quo honore fuerit hic pi-
ſcis apud Publiũ Scipionem Africanũ illũ & Munatiũ.Hæc ſunt ĩ dia-
logo de fato uerba Ciceronis.Nã quũ cẽt apud Lauerniũ Scipio unaqꝫ
Pontius:allatus eſt forte Scipioni acipenſer: qui admodum raro capitur.
Sed eſt piſcis(ut ferunt)in primis nobilis. Q uum aũt Scipio unum &
alterum ex his:qui eum ſalutatum uenerant inuitaſſet:pluresqꝫ etiam in-
uitaturus uideretur.in aurẽ Põtius:Scipio inquit uide quid agas:acipen
ſer iſte paucorum hominum eſt.Nec inficias eo tẽporibus Traiani:hunc
piſcem in magno pretio nõ fuiſſe:teſte Plinio Secũdo: qui in naturali hi
ſtoria:quũ de hoc piſce loqueret̃:ſic ait:Nullo modo in honore eſt:quod
quidem miror quũ ſit paruus iuentu.Sed nec diu ſtetit hæc parſimonia.
Nam tẽporibus Seueri principis:q oſtẽdebat duriciã morũ:Samonicus
Serenus uir ut eo ſæculo doctus: quũ ad pricipẽ ſuũ ſcriberet: faceretqꝫ
de hoc piſce ſermonem: uerba Plinii quæ ſuperius poſui:præmiſit: & ita
ſubiecit. Plinius (ut ſcitis) ad uſqꝫ Traiani imperatoris uenit ætatem.

Nec dubiũ eſt:ꝙ ait nullo honore hunc piſcem tẽporibus ſuis fuiſſe: uerum ab eo dici. Apud antiquos aũt in pretio fuiſſe ego teſtimoniis palam facio:uel eo magis ꝙ gratiam eius uideo ad epulas quaſi poſtliminio rediſſe. Quippe qui dignatiõe ueſtra quũ interſum cõuiuio ſacro: aĩaduerto hũc piſcẽ a coronatis miniſtris cũ tibicine ĩtroferri. Sed quod ait Plinius de acipẽſeris ſquamis:id uerũ eſſe maximus rerũ naturaliũ indagator Nigidius Figulus oſtẽdit.in cuius libro de aĩalibus quarto ita poſitũ ẽ. Cur alii piſces ſquama ſecũda:acipẽſer aduerſa ſit. Hæc Samonicus qui turpitudinẽ cõuiuii principis ſui laudando notat: ꝑdens uenerationem qua piſcis habebatur: ut a coronatis ĩferretur cum tibicinis cantu : quaſi quadã non delitiarũ:ſed numinis põpa. Sed ut minus miremur acipẽſerẽ

Taxare

grauí pretio taxari ſolitũ: Aſinius Celer uir cõſularis(ut idẽ Samonicus

Aſinius celer

refert)mulũ unũ ſeptem milibus nũmum mercatus ẽ. In qua re luxuriã

Mulus piſcis

illius ſeculi eo magis licet æſtimare: ꝙ Plinius ſecundus tẽporibus ſuis negat facile mulũ repertum: qui duas põdo libras excederet. At nunc & maioris ponderis paſſim uidemus & pretia hæc ĩſana neſcimus. Nec con

Ingluuies.

tenta illa ingluuies fuit maris ſui copiis. Nã Optanus præfectus claſſis

Optanus ꝑfe ctus claſſis.

ſciens ſcarũ adeo Italicis littoribus ignotũ.ut nec nomen latinũ eius piſcis habeamus:incredibilem ſcarorum multitudinẽ in uariis nauibus huc aduectam inter hoſtiã & campaniæ littus in mare ſparſit: miroq́ ac nouo exẽplo piſces in mari tanq̃ in terra fruges aliquas ſeminauit. Ideq́ tãq̃ ſumma in hoc utilitatis publicæ uerteretur: quinquẽnio dedit operã : ut

Scarus piſcis.

ſiquis inter alios piſces ſcarum forte cæpiſſet:ĩcolumem confeſtim & inuiolatum mari redderet. Quid extimemus captiuam illius ſæculi gulam ſeruiſſe mari? quũ magno uel dicam maximo apud prodigos honore fuerit etiam thyberinus lupus:& oĩo omnes ex hoc amne piſces: quod equidem cur illis ita uiſum ſit ignoro. Fuiſſe aũt etiam. M. Varro oſtẽdit: qui enumerans quæ in quibus Italiæ partibus optima ad uictum gignantur: piſci thyberino palmam tribuit his uerbis in libro rerum humanarum.xi. Ad uictum optima fert.ager campanus frumentum:falernus uinũ: caſſinas oleum:tuſculanus ficum:mel tarentinus:piſcem thyberis. Hæc Varro de omnibus ſcilicet huius fluminis piſcibus:ſed inter eos ut ſupra dixi præcipuum locum lupus tenuit: & quidem is qui inter duos pontes

Lupus piſcis.

captus eſſet. Id oſtendunt cũ multi alii:tum etiam Caius Titius uir ætatis lucilianæ in oratione: qua legem faniã ſuaſit: cuius uerba ideo pono:

Lex fania

quia non ſolum de lupo inter duos pontes capto erunt teſtimonio:ſed ẽt mores:quibus plæriq́ tunc uiuebant:facile publicabunt. Deſcribens.n. hoĩes prodigos in forum adiudicandũ ebrios cõmeantes: quæ q́ ſoleant inter ſe ſermocinari:ſic ait. Ludunt alea ſtudioſe unguentis delibuti:ſcortis ſtypati. Vbi horæ.x.ſunt: iubent puerum uocari: ut comitiũ eat ꝑcontatum:quid in foro geſtum ſit:qd ſuaſerint:quid diſſuaſerint: quid tribus

iuſſerint:quid uetuerint.Inde ad comitiũ uadunt:ne litem ſuã faciãt.Dũ eunt:nulla eſt in angiporto amphora:quã nõ impleant:quippe q ueſicam plenã uini habeãt. Veniũt in comitiũ triſtes:iubent dicere. Quoꝝ negocium eſt:narrant.Iudex teſtes poſcit.Ipſius it mictum. Vbi redit:ait ſe oĩa audiuiſſe.Tabulas poſcit.Litteras inſpicit.Vix præ uino ſuſtinet palpebras.Eunti in cõſilium ibi hæc oratio.Quid mihi negocii eſt cũ iſtis nugatoribus?potiuſq̃ potamus mulſum miſtum uino græco: edimus turdum pinguem:bonumq; piſcem:lupum germanum:qui inter duos pontes captus fuit.Hæc Titius. Sed & Lucilius acer:& uiolẽtus poeta oſtẽdit ſcire ſe hunc piſcem egregii ſaporis:qui inter duos pontes captus eẽt: eumq; quaſi ligurtiorem catilonẽ appellat:ſcilicet qui proxime ripas ſtercus inſectaretur.Proprie autem catillones dicebantur: qui ad polluctum Herculis ultimi quum uenirent:catillos liguribant. Catillones

Lucilii uerſus hi ſunt:

Fingere præterea afferri quod quiſq; uolebat:
Illum ſumina ducebant:atq; altilium lanx:
Hunc pontes thyberinos duo inter captos catillo.

Longũ fiat ſi enumerare uelim quot inſtrumẽta gulæ inter illos uel ingenio excogitata ſint:uel ſtudio confecta.Et hæ nimirũ cauſæ fuerunt:propter quas tot numero leges de cœnis & ſumptibus ad populum ferebantur:& imperari cœpit:ut patẽtibus ianuis pranſitaretᷣ & cœnitaretur:Sic oculis ciuiũ teſtibus factis:luxuriæ modus fieret.Prima aũt oĩum de cœnis lex ad populũ orchia peruenit:Quam tulit.C.Orchus tribunus plebis de ſenatus ſententia.iii.anno q̃ Cato cenſor fuerat.Cuius uerba(quia prolixa ſunt)prætereo:Summa aũt eius pſcribebat numerum cõuiuarũ. Et hæc eſt lex orchia:de qua Cato mox orationibus ſuis uociferabatᷣ: ꝙ plures:q̃ præſcripto eius cauebatur:tũ ad cœnam uocarentᷣ.Quũq; autorem nouæ legis aucta neceſſitas imploraret:poſt annum uiceſimum ſecundũ legis orchiæ:fannia lex lata eſt anno poſt romam conditam:ſecundum Gelii opinionem: quingenteſimo octogeſimooctauo. De hac lege Samonicus Serenus ita refert.Lex fannia ſanctiſſimi Auguſti ingẽti omnium ordinum cõſenſu peruenit ad populum.Neq; eam prætores aut tribuni:ut plæraſq; alias:ſed ex omnium bonoꝝ conſilio & ſentẽtia ipſi conſules pertulere:quũ reſpublica ex luxuria conuiuioꝝ maiora q̃ credi põt detrimenta pateretur.Si quidem eo res redierat:ut gula illecti plæriq; ingenui pueri:pudicitiã & libertatem ſuã uenditarent.Plæriq; ex plebe romana uino madidi in cõmitiũ uenirent:& ebrii de reipublicæ ſalute cõſulerent.Hæc Samonicus.Fanniæ aũt legis ſeueritas in eo ſupabat orchiã legẽ:ꝙ in ſuperiore numerus tantũmodo cœnantiũ cohibebatᷣ:licebatq; ſecundũ eam unicuiq; bona ſua inter paucos cõſumere.Fannia autem & ſumptibus modũ fecit aſſibus centum. Vnde a Lucilio poeta feſtiuita-

Lex orchia.

Lex Fannia.

Lex Didia

tis ſuæ more centuſſis uocatur. Fanniam legem poſt annos decẽ & octo lex didia conſecuta eſt. Eius ferundæ duplex fuit cauſa. Prima & potiſſima: ut uniuerſa italia: nõ ſola urbs: lege ſumptuaria teneretur. Italicis æſtimantibus: fãniam legem: non in ſe: ſed in ſolos urbanos ciues eſſe cõſcriptam. Deinde ut non ſoli qui prandia cœnasue maiore ſumptu feciſſent: ſed etiam qui ad eas uocati eſſent atq; omnino interfuiſſent: pœnis legis tenerentur. Poſt didiam licinia lex lata eſt a Publio Licinio Craſſo diuite: Cuius ferundæ probandæq; tantum ſtudium ab optimatibus impenſum eſt: ut conſulto ſenatus iuberetur: ut ea tantũmodo promulgata priuſq̃ trinundino confirmaretur: ita ab omnibus obſeruaret̃: quaſi iam populi ſententia comprobata. Lex uero hæc paucis mutatis in plæriſq; cum fannia congruit. In ea enim ferenda quæſita eſt nouæ legis autoritas exoleſcente metu legis antiquioris. Ita hercules ut de ipſis. xii. tabulis factũ eſt: quaꝝ ubi contẽni antiquitas cœpit: eadem illa: quæ illis legibus cauebãtur: in alia latorum nomina tranſierunt. Sed legis liciniæ ſumma: ut kalẽdis nouis nundinis romanis cuiq; in dies ſingulos. xxx. dumtaxat aſſes edundi cauſa conſumere liceret. Cæteris uero diebus q excepti nõ eſſent: ne amplius apponeretur: q̃ carnis aridæ pondo tria: & ſalſamẽtorum põdo libra: quod ex terra uite arboreue natum ſit: Video quid remordeat. Ergo iudicium ſobrii ſeculi eſt ubi tali præſcripto legum coerceretur expenſa cœnarum. Non ita eſt. Nam leges ſumptuariæ a ſingulis ferebantur: qui ciuitatis totius uitia corrigerent. Ac niſi peſſimis effuſiſſimiſque moribus uiueretur: profecto opus ferundis legibus nõ fuiſſet. Vetus uerbum eſt. Leges inquit bonæ ex malis moribus procreantur. Has ſequitur lex cornelia: & ipſa ſumptuaria: quam tulit Cornelius Sylla dictator: in qua non conuiuiorum magnificentia prohibita eſt: nec gulæ modus factus: uerum minora pretia rebus impoſita. & quibus rebus dii boni q̃q; exquiſitis & pene incognitis generibus delitiaꝝ: quos illic piſces: quaſq; offulas noiat: & tamẽ pretia illis minora conſtituit: auſim dicere ut utlitas eduliũ animos hoium ad parandas obſoniorum copias incitaret: & gulæ ſeruire etiam qui paruis eſſent facultatibus: poſſent. Dicam plane quod ſentio. Apprime luxurioſus mihi uidetur & ꝓdigus: cui hæc tanta in epulis uel gratuita ponantur. Itaq; tanto hoc ſeculum ad omnem incontinẽtiam promptius ut plæraq; harum rerum quæ ſyllana lege ut uulgo nota comprꝺhendunt̃: nemo noſtrũ uel fando compererit. Sylla mortuo Lepidus conſul legem tulit & ipſe cibariam. Cato enim ſumptuarias leges cibarias appellat. De hinc paucis iteriectis annis alia lex peruenit ad populum ferente Antio Reſtione: quam legem: quãuis eſſet optima: obſtinatio tamen luxuriæ & uitioꝝ firma concordia: nullo abrogante irritã fecit. Illud tamen memorabile de Reſtione latore ipſius legis fertur: eum quoad uixit: foris poſtea nõ recœnaſſe: ne teſtis fieret contemptæ legis:

Lex licinia

Trinundino.

Lex cornelia.

Lex ſumptuaria quæ & cibaria.

Lex antii reſtionis.

quam̄ ipſe bono publico pertuliſſet. His legibus annumerarem edictum de ſumptibus ab Antonio propoſitum: qui poſt triumuir fuit: ni indignū crederem inter cohibentes ſumptus Antonio locum facere: cuius expenſæ in cœnam ſolitæ conferri ſola unionis a Cleopatra uxore conſūpti æſtimatione ſuperatæ ſunt. Nam quū Antonius quicquid mari aut terra aut etiam cælo gigneretur: ad ſatiandam ingluuiem ſuam natum exiſtimans faucibus ac dentibus ſuis ſubderet: eaq; re captus de romano imperio facere uellet ægyptium regnum: Cleopatra uxor: quæ uinci a romanis nec luxuria dignaretur: ſponſione prouocauit inſumere ſe poſſe in unam cœnam ſextertium centies. Id antonio mirū uiſum: nec moratus ſponſione contendit dignus culina Munatio Planco: qui tam honeſti certaminis arbiter electus eſt. Altera die Cleopatra pertentans Antonium: pollucibilē ſane cœnam parauit: ſed quam non miraretur Antonius: quippe qui omnia quæ apponebantur ex quotidianis opibus agnoſceret. Tunc regina arridens phialam popoſcit: cui aceti non nihil acris infudit: atq; illuc unionem demptum ex aure altera feſtinabunda demiſit: eumq; mature diſſolutum: uti natura eſt eius lapidis: abſorbuit. Et q̄uis eo facto ſponſione uiciſſet: quippe quum ipſa margarita centies ſeſtertiū ſine contentione euauluiſſet: manum tamen & ad alterius unionis aurem ſimiliter admouit: niſi Munatius Plancus iudex ſeueriſſimus ſuperatum Antonium mature pronunciaſſet. Ipſe autem unio cuius magnitudinis fuerit: inde colligi poterit: q̄ qui ſupfuit poſtea uicta regina & capta ægypto: romā delatus diſſectuſq; eſt: & factæ ex una margarita duæ: impoſitæq; ſimulacro Veneris: ut monſtruoſæ magnitudinis: in templo quod pantheum dicit̄.

Cleopatræ Luxus in dapibus.

Vnio cleopatræ.

Pantheum templum.

a Dhuc dicente furio: ſecūdæ menſæ illata bellaria nouo ſermoni principiū dederunt. Symmachus duas attrectans manu nuces: uellē inquit ex te audire Serui: tanta nucibus nomina q̄ cauſa uel origo uariauerit: aut unde tot mala cū hac una appellatione uocitent̄. Fiunt tamen ſeorſum diuerſa tam uocabulo q̄ ſapore. Ac prius de nucibus abſoluas uolo quæ tibi memoria crebræ lectionis occurrūt: Et Seruius: Nux iſta iuglās ſecundū nōnulloꝝ opinionē a iuuando: & a glande dicta exiſtimat̄. Caius uero in libro de ſignificatione uerboꝝ hoc refert: Iuglans arbor dicta eſt perinde ac Iouis glans. Nam id arboris genus nuces habet: quæ ſunt ſuauiore ſapore quam glans eſt. Hunc fructum antiqui illi: qui egregium glandiq; ſimilē: ipſamq; arborem deo dignā exiſtimabāt: Iouis glandē appellauerunt: quæ nunc litteris interliſis iuglans noiatur. Cloatius autem Verius in libro a græcis tractorum ita memorat: Iuglans quaſi diuglans: ideſt Διοσ βαλανοσ: Sicut Theophraſtus ait. Hanc græci etiam baſilicam uocant.

Iuglans.

Nux baſilica.

n Vx hæc auellana ſeu præneſtina quæ eſt eadē: ex arbore eſt: q̄ corylus dicit̄: de qua Virgilius dixit: corylū ſere. Eſt aūt natio hominū

Nux auellana ſiue preneſtina. Corylus.

Carſitani populi.

iuxta agrum præneſtinū qui carſitani uocant̃ ἀπὸ τῶν καρύων. Cuius rei meminit Varro in logiſtorico:qui inſcribitur:Marius de fortuna:inde ſcilicet ꝑneſtiæ nuces. Eſt & illđ apud Neuiū i fabula Ariolo. Quis heri apud te præneſtini & lanuini hoſpites ſuapte utroſq; decuit accæptos ci bo:alteris inanem bullā madidā dari:alteris nuces in procliui ꝓfundere. Hanc aūt nucem græci ponticā uocant:dum unaquæq; natio indit huic nuci nomen ex loco:in quo naſcitur copioſior.

Nux pontica

Nux caſtanea que & heracleotica.

n Vx caſtanea de qua Virgilius:Caſtaneaſq; nuces:uocatur & heracleotica. Nam uir doctus Oppius in libro quē fecit de ſilueſtribus arboribus ſic ait:Heracleotica hæc nux:quā quidā caſtaneā nominant. Itēq; pontica nux:atq; etiā quæ dicunt̃ baſilicæ iuglādes germina atque flores agunt ſimiliter iiſdem temporibus qbus græcæ nuces. Nunc dicēdum eſt q̃ ſit græca nux:ac ſimul hoc dicens amygdalā de lance tulit:& oſtendit:Nux græca hæc eſt:quæ & amygdala dicit̃. Sed & thaſia eadē nux uocat̃. Teſtis eſt Cloatius in ordinatoꝝ græcoꝝ libro quarto:quum ſic ait:Nux græca amygdala. Acca uero in ſupplicatione. nucē græcā ait fauūq; adde quantū libet. Nucē molluſcā licet hyemis nobis tēpus inuideat. tñ quia de nucibus loqmur:indictā nō relinqmus. Plautus in calcedo ſic eius meminit:Molluſcā nucem ſup eius dixit impendere tegulas. Ecce plautus nominat quidē:ſed q̃ ſit molluſca nux nō exprimit. Eſt aūt perſicum quod uulgo uocat̃:& molluſca nux dicit̃:ſcilicet ꝙ cæteris oībus nucibus mollior ſit. Huius rei idoneus aſſertor eſt Sueuius uir lōge doctiſſimus in idilio:qđ inſcribit̃ moretū. Nā quū loquit̃ de hortulano faciēte moretū:inter cætera q̃ eo mittit:& hoc pomū mitti ait his uerbis.

Nux græca q̃ & amygdala & Thaſia dicitur.

Molluſca nux:quæ & perſicum.

Admiſce tu acca baſilicis hæc nunc:
Partim perſica:quod nomen ſic deniq; fertur
Propterea:quod qui quondam cum rege ponti
Nomine alexandro magno fera prælia bello
In perſas retulere ſuo. poſt inde reuentum
Hoc genus arboris in prælatis finibus graiis
Diſſeruere nouos fructus mortalibus dantes.
Molluſca hæc nux eſt:ne quis forte inſcius erret.

Nux tarētina Tarentum

n Vx tarentina dicitur:quæ ita mollis eſt ut uix attrectata frangatur. De qua in libro Faborini ſic reperitur. Itemq; quidā tarētinas oues uel nuces dicunt:quæ ſunt tarentinæ a tarento: quod eſt ſabinoꝝ lingua molle. Vnde tarentinos quoq; dictos putat Varro ad Libonem primo. Quā in culpā etiā Oratius poteſt uideri incidere:q ait. Et molle tarentū.

Nux pinea.

n Vx pinea:hos nobis:qui appoſiti ſunt:nucleos dedit. Plautus in ciſtellaria:q e nuce nucleos eſſe uult:frāgat nucē. Et quia mala uidemus admiſta bellariis:poſt nuces:de maloꝝ generibus diſſerēdū eſt. Sūt de agricultura ſcriptores:qui nuces & mala ſic diuidunt:ut nuces dicant

omne pomũ:quod foris duro tegat̃:& intus habet qđ eſui eſt.malũ uero
qđ foris habeat qđ eſt eſui:& durũ intus includat.Secũdũ hãc diffinitio
nẽ perſicũ:quod Sueuius poeta ſuperius inter nuces numerat:magis erit
inter mala numerãdũ.His p̃miſſis:maloꝝ enumeranda ſunt genera:quæ
Cloatius ordinatoꝝ græcoꝝ libro quarto ita diligẽter enumerat. Sũt aũt
genera maloꝝ armeniũ:cotoniũ:citreum:couimellium:cõditiuũ: muſteũ Malorum genera.
martianũ:orbiculatũ:ogramnũ:præcox:pãnuceum:punicũ:perſicũ:qui-
rianum:proſiuũ:rubrum:ſcandianum: ſilueſtre:ſirutium: tybur:uerianũ.
Vides perſicũ a Cloatio inter mala numeratũ:quod nomen originis ſuæ Perſicum.
tenuit:licet iam dudũ noſtri ſoli germen ſit. Quod aũt ait idẽ Cloatius:
Citreum:& ipſum perſicũ malũ eſt:ſecundũ Virgilium:Felicis mali quo Citreum.
nõ præſtantius ullum:& reliqua. Et ut nemo dubitet hæc de citreo dixiſ
ſe Virgiliũ:accipite quæ Oppius in libro de ſilueſtris arboribus dicat.Ci
trea item malus:& perſica:altera generatur in italia : & in media altera. Et
paulopoſt de citreo loquens ait: Eſt aũt odoratiſſimũ: Ex quo interiectũ
ueſti tineas necat.Fertur aũt uenenis cõtrariũ:quod tritũ cum uino pur-
gatione uirium ſuaꝝ bibẽtes ſeruat.Generant̃ aũt in perſide omni tẽpo-
re mala citrea.Alia enim præcarpunt̃:alia interim matureſcũt. Vides hic Verũ hoc eſſe negares ... cap. xv. et lib° xxiii. cap. vii° ...
& citreum nominari:& omnia ſigna poni:quæ de eo Virgilius dixit:licet
nomen citrei ille nõ dixerit. Nã & Homerus qui citreum τιον appellat:
oſtẽdit eſſe odoratũ pomũ ειοῦ αϖοκᾶλον οδὼδει.Et quod ait Op
pius inter ueſtẽ poni citreũ:idem ſignificat & Homerus: quũ dicit ειμα
τᾶ.Hinc & Neuius poeta in bello punico ait:Citroſam ueſtem. Citroſa ueſtis

p Ira hæc quæ uidemus:uarietas nominum numeroſa diſcernit. Nã Piroꝝ genera
idem Cloatius ſic eoꝝ uocabula deſcribit:antianũ : cucurbitinum:
ciritum:ceruiſca:calculoſum:cruſtuminũ:decimanũ:græculum:Lollianũ
lanuinum:laureum:latereſianum:marapiũ:mileſium:myrteũ: neuianum:
orbiculatũ:precianũ:rubile:ſigninũ:tullianũ:ticianũ;turrinianũ:præcox:
uolemiũ:meſpiliũ ſerum:ſementinũ ſerum:ſextilianum ſerum:tarentinũ
ſerum:ualerianum ſerum.

a Dmonent nos & fici aridæ:ut enumeremus genera ficorum eodẽ Ficorum genera.
Cloatio nos de his:ut de aliis:inſtruente.Sic enim diuerſas ficos di
ligentiæ ſuæ more dinumerat:africa:albula:harundinea:a ſinaſtra atra:pa
luſca:auguſta:bifera:carica:caldica:alba:nigra:calphurniana:chia:cucur-
bitina:duricoria:herculanea:lauiana:ludia: leptoludia:marſica:numidica:
pulla:pompeiana:præcox:tellana:atra.Sciendũ ꝙ ficus alba ex felicibus Ficus felix
ſit arboribus:cõtra nigra ex infelicibus.Docent nos utrũq; põtifices. Ait & infelix.
enim Veranius de uerbis põtificalibus:Felices arbores putant̃ eſſe:quer Arbores feli-
cus:æſculus:ilex:ſuperus:fagus:corylus:ſorbus:ficus:alba pyrus:malus ces & ifelices.
uitis: prunus:cornus:lotus. Tarquinus aũt Priſcus in oſtẽtario arbora-
rio ſic ait.Arbores quæ inferũ deoꝝ:auertentiũq; in tutela ſunt:eas infe-

lices nominant. Alternum ſanguinem felicem ficum atram: quæq; baccã nigram: nigroſq; fructus ferunt: itemq; acrifoliũ: pyrum ſaluaticũ: pruſcũ rubum: ſenteſq;: quibus portenta ꝓdigiaq; mala: comburi iubere oportet. Quid quod ficũ tanq̃ nõ pomũ ſecerni a pomis apud idoneos repimus? Afranius in ſelia: Pomũ: holus: ficũ: uuã. Sed & Cicero œconomicon lib. tertio: Neq; ſerit uitẽ: neq; quæ ſata eſt diligẽter colit: oleum: ficos: poma nõ habet. Nec hoc ignorandũ eſt: ficum ſolã ex oĩbus arboribus nõ florere. Lactis ꝓprie ficoꝝ dicitur. Groſſi appellãtur fici: quæ nõ matureſcũt: hos græci dicunt ολυνθους. M. Attius: In milibus tot ficoꝝ nõ uidebitis groſſũ. Et paulopoſt ait. Sumas ab alio lacte diffluos groſſos: Et Poſtumius Albinus annali primo de Bruto. Et cauſa ſeſe ſtultum Brutumq; faciebat: groſſulos ex melle edebat.

Lactis
Fici groſſi

Oleaꝝ genera.

Olearũ genera hæc enumerantᷣ: africana: albigerus: aquilia: alexãdrina: ægyptia: culminea: conditiua: liciniana: orchas: oleaſter: pauſia: paulia: radius: ſalentina: ſergiana: termutia. Sicut uuarum iſta ſunt genera aminea ſcilicet a regione: namᷓ aminei fuerunt: ubi nunc falernũ eſt. aſinuſca atruſca: albuierus: albena: apiana: apicia: bumammia: aut ut græci dicunt βουμαστος: duracina: labruſca: melampiſithia: maronia: mareotis: numentana: præcia: prannia: pſithia: pilleolata: rhodia: ſtephanitis: uenuncula: uariola: lagea. Inter hæc prætextatus: Vellem Seruiũ noſtꝝ diutius audire: ſed hora nos quietis admonet: ut exorto iubare eloquio Symmachi domi ſuæ fruamur: atq; ita facta diſceſſio eſt.

Vuarum genera.
Aminei ad falernum.

## MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLAtis & illuſtris Saturnaliorum. Liber. iiii.

n Ec magis incœpto uultum ſermone mouetur.
Quam ſi dura ſilex: aut ſtet marpeſia cautes.
Tandem corripuit ſeſe: atq; inimica refugit. Item pathos eſt & in hoc uerſu. Obſtupui: ſteteruntq; comæ: & uox faucibus hæſit: Sed tota Daretis fatigatio habitu depingitᷣ. Aſt illũ fidi æquales genua ægra trahẽtẽ: Quaſſantẽq; utroq; caput: craſſumq; cruorẽ Ore eiectantẽ. Socioꝝq; eius trepidationẽ breuiter oſtẽdit. Galeãq; enſemq; uocati accipiũt: quaſi non ſpõte accæpturi munus: qđ erat dãnum uerecundiæ. Ex eodẽ genere ẽ illud. Totoq; loquẽtis ab ore Scintillæ abſiſtunt: oculis micat acribus ignis. Eſt & in deſcriptiõe langoris habitus: ut ẽ tota deſcriptio peſtilẽtiæ apud Tucydidẽ. Et labitur infelix ſtudioꝝ atq; imemor herbæ Victor equus. Et demiſſæ aures: incertus ibidẽ ſudor: & ille qdẽ morituris frigidus. Eſt inter pathe & pudor: ut circa Deiphobũ pauitãtẽ & dira tegentẽ ſuppli-

cia. Et luctus habitu proditur:ut in Euryali matre: Excuſſi manibus ra-
dii:reuolutaq; penſa.Euoluat infelix.Et latinus quia miratur:defixa obtu
tu tenet ora.Et Venus quia rogatura eſt:Triſtior & lachrymis oculos ſuf
fuſa nitentes. Et ſibylla quia inſanit:Subito non uultus nō color unus:
Non comptæ manſere comæ.

n Vnc uideamus pathos quo tenore oratiōis exprimiť. Ac primum quæramus quid de tali oratione rhetorica arte præcipitur. Oportet enim ut oratio pathetica aut ad indignationē:aut ad miſericordiā dirigať quæ a græcis οικτροσ και Δεινωσισ appellať: Hoꝝ alteꝝ accuſatori neceſſariū eſt:alteꝝ reo:Et neceſſe eſt initiū abruptū habeat:qm̄ ſatis indignantibus leuiter incipere nō conuenit.Ideo apud Virgiliū Iuno ſic incipit:Quid me alta ſilentia cogis Rumpere? Et alibi Me ne incoepto deſiſtere uictā? Et alibi:Heu ſtirpem inuiſam & fatis contraria noſtris Fata phrygum.Et Dido:Moriemur inultæ? Sed moriamur ait.Et eadē: Proh iuppiter ibit:Hic ait.Et priamus.At tibi pro ſcelere exclamat pro talibus auſis.Nec initiū ſolū tale eſſe debet.ſed omnis(ſi fieri pōt)oratio pathetica & breuibus ſentētiis & crebris figuraꝝ mutatiōibus debet:uelut iter æſtus iracundiæ fluctuare. Vna ergo nobis uirgiliana oratio pro exēplo ſit.Heu ſtirpem inuiſam.Initiū ab ecphoneſi.Deinde ſequnnť breues interrogatiūculæ. Num ſygeis occūbere cāpis? Num capti potuere capi? num incenſa cremauit Troia Viros? Deinde ſequiť hyperbole: Medias acies medioſq; per ignes Inuenere uiam.Deinde ironia: At credo mea numina tandē Feſſa iacent:odiis haud exaturata quieui.Deinde auſus ſuos inefficaces queriť.Per undas auſa ſeq. & ꝓfugis toto me opponere ponto.Secūda poſt hæc hypbole.Abſūptæ i teucrōs:uireſ:cæliq; mariſq;.Inde diſpſæ querelæ. Quid ſyrtes aut ſylla mihi? qd uaſta charybdis profuit? Iungiť inde argumētū a minore:ut pathos augeať: Mars pdere gētē Immanē lapithū ualuit.Minor.ſ.perſona. ideo illud ſequiť: Aſt ego magna iouis cōiunx.Deinde quū cauſas quoq; cōtuliſſet: q̄to impetu dea dixit: Infelix quæ memet in oia uerti.Nec dixit nō poſſum perdere Aeneā: ſed uincor ab Aenea. Deinde confirmat ſe ad nocendū:& quod propriū eſt iraſcentis:& ſi deſperet pfici poſſe:tamen impedire contenta eſt.

Flectere ſi nequeo ſuperos:acheronta mouebo.
Non dabitur regnis eſto prohibere latinis:
At trahere:atq; moras tantis licet addere rebus.
At licet amborum populos excindere regum.

Poſt hæc in nouiſſimo:quod irati libēter faciūt:maledicit.Sanguine troiano & rutulo dotabere uirgo. Et ꝑtinus argumētū a ſimili cōueniēs ex præcedētibus:Nec face tm̄ Cyſſeis prægnās ignes enixa iugales: Vides q̄ ſæpe orationē mutauerit? ac frequētibus figuris uariauerit:quia ira quæ breuis furor ē:nō pōt unū cōtinuare ſenſum in loq̄ndo, Nec deſūt apud

Patheticæ orationes.

eundē oratiōes miſericordiā cōmouētes. Turnus ad Iuturnā. An miſeri fratris letū ut crudele uideres? Et idē quū auget inuidiam occiſoꝝ pro ſe amicoꝝ. Vidi oculos ante ipſe meos me uoce uocantē Muranū. Et idem quū miſerabilē fortunā ſuā faceret: ne uicto ſibi parceret: Viciſti: & uictū tendere palmas Auſonii uidere. Idē. Quos minime uellē. Et aliorum pre ces orantiū uitam: Per te: per qui te talem genuere parētes: & ſimilia.

Pathos a miſericordia: & omni ætate

N unc dicamus de habitu pathos: quod ē uel in ætate uel in debilita te & cæteris q̄ ſequunt. Elegāter hoc ſeruauit: ut ex omni ætate pa thos miſericordiā moueret. Ab infantia. Infantūq; animæ flentes in limīe primo. A puericia: Infelix puer atq; impar cōgreſſus achilli. Et paruumq; patri tēdebat iulū. Vt nō minus miſerabile ſit periculū in paruo q̄ i filio. Et ſupereſt cōiunx ne creuſa? aſcaniuſq; puer? Et alibi. & parui caſus iuli. A iuuenta uero. Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum: Pubēteſq; genæ iuuenili i corpore pallor. A ſenecta. Dauni miſerere ſenectæ. Et Du citur infelix æuo cōfectus aletes. Et caniciē multo deformat puluere.

Pathos a fortuna.

Mouit & a fortuna mō miſericordiā: modo indignationem. Miſericor diam: Tot quondā populis terriſq; ſuperbū Regnatorē aſiæ. Et Sinō: Et nos aliqd̄ nomenq; decuſq; Geſſimus: Et Auſoniiſq; oli ditiſſimus aruis. Indignationē uero ex uerbis Didonis: Et noſtris illuſeris aduena regnis. Elegāter. n. ex contemptu Aeneæ auget iniuriā ſuam. Et amata: Exulibus ne dat ducenda lauinia teucris? Et Numanus: Bis capti phryges.

Pathos a debilitate.

Mouit pathos miſericordiā & ex debilitate. Ex quo me diuū pater atq; hoīum rex Fulminis afflauit uētis: & cōtigit igne. Et alibi: Et truncas iho neſto uulnere nares. Et de Mezētio: Attollit in ægꝛ ſe femur. Et Huc ca put atq; illuc humero ex utroq; pepēdit. Et te deciſa ſuum laride dextera quærit. Et acerq; cruēto Puluere: perq; pedes traiectus lora tumentes.

Pathos a loco.

Mouit pathos miſericordiam frequenter & a loco: Quum uitam in ſiluis inter deſerta ferarum Luſtra domoſq; traho: & lybiæ deſerta pera gro. Et At nos hinc alii ſitientes ibimus afros. Pars ſcythiam & rapidum cretæ ueniemus oaxem. Et illud egregie & breuiter: Ter circum iliacos ra ptauerat hectora muros. Illiacos: ideſt patriæ muros: quos ipſe defende rat: pro quibus efficaciter per decem annorum ſpacia pugnauerat. Et il lud: Nos patriam fugimus. Et Littora quū patriæ lachrymās portuſq; re linquo: Et dulces moriens reminiſcitur agros. Et Ignarum laurens habet ora mimanta Lyrneſi domus alta ſolo laurente ſepulchrum. Et ut Aga mēnonem indigne oſtenderet occiſum: aſſumpſit locum: Prima inter limina dextra oppetiit. Et illud Mœnibus in patriis atq; inter tuta do morum: Sacer uero locus præcipuæ pathos mouet. Occiſum inducit Orpheā: & miſerabiliorem interitum eius a loco facit: Inter ſacra deum nocturniq; orgia bacchi: Et in euerſione troiæ Perq; domos & religioſa deorum limina. Caſſandræ quoque raptum uel diminutionem q̄ miſe

rabilem facit ſacer locus:ecce trahebatˀ a templo adytiſq; mineruæ:& ali‑bi:Diue armipotētis ad arā ꝓcubuit. & Andromache quū de Pyrrhi ne‑ce diceret:ut īuidiā occidētis exprimeret. Excipit īcautū patriaſq; obtrun cat ad aras.Et Venus q̃ Aeneas in mari uexatur ira Iunonis:quā inuidio ſe queritur de loco Neptuno?In regnis hoc auſa tuis.

Fecit ſibi pathos ſæpe ex tēpore:Prius q̃ Pabula guſtaſſent troiæ xan thūq; bibiſſent.Et Orpheus miſerabilis ex longo dolore.Septē illū totos perhibent ex ordine menſes. Et palinurus Vix lumine quarto proſpexi Italiam.Et Achimenides:Tertia iam lunæ ſe cornua lumine complent.Et Septima poſt troiæ excidium iam uertitur æſtas. Pathos a tem pore

Frequēs apud illū pathos a cauſa: re uera eni plærūq; efficit cā: ut res aut atrox aut miſerabilis uideatˀ.ut Cicero i Verrē. Qui ob ſepulturā in carcere necatoꝝ a parētibus rogabatˀ. Hoc eni nō tā rogari aut pecuniā exigere:q̄ ob hāc cām.indignū erat.Et Demoſthenes quū queritˀ quēdā īuidia circūuentū:ex cā auget īuidiā.Circūuenit inqt arbitrū: qui īter me atq; ſe ītegre iudicauerat.Ergo & Virgilius egregie ſæpe ex hoc loco tra‑xit affectū.Occiditˀ inquit in acie Galeſus.Hoc p ſe nō eſt dignū miſeri‑cordia belli tēpore:ſed admouit cām:dū paci mediū ſe offert.Idē alio lo‑co Sternitˀ infelix. Deinde ſubiicit cām miſerabilē alieno uulnere.i. quū ad aliū telū eſſet emiſſum.Et quū Palamedē indigne occiſū uellet:Quē falſa ſub ꝓditione pelaſgi Inſontē infando idicio:quia bella uetabat De‑miſere neci:Et Aeneas ut oſtenderet magnitudinē timoris ſui: bene cām poſuit.Et Pariter comitiq; oneriq; timentē: Quid Iapix ut cōtēptis cæte ris artificiis inglorius(quēadmodū poeta ait)uiueret qualis cā ꝓponitˀ. Ille ut depoſiti ꝓferret fata parentis.Ex eodē genere eſt: Fallit te incautū pietas tua.Hæc enim cauſa illum hoſtibus etiam ſic miſerabilem fecit. Sed Aeneas quum hortatur:ut ſepeliantur occiſi: quam cām proponit. Qui ſanguine nobis Hanc patriam pepere ſuo. Nec non & indignatio demōſtratur a cauſa:ut illic. Multa gemens ignominiam plagaſq; ſuper‑bi Victoris.Tum quos amiſit inultus amores.Et illud a cauſa ex affectu indignantis.An ſolos tangit atridas Iſte dolor?ſoliſq; licet cape arma my cenis?Et illud.At tu dictis albane maneres.Et illa oia: Vendidit hic auro patriam.Quiq; ob adulterium cæſi:Nec partem poſuere ſuis. Pathos a cā

Ad pathos mouendū nec duos illos p̄termiſit locos:quos rhetores ap pellāt a modo & a materia.Modus ē quū dico:occidit māifeſte uel occul te.Materia ē: quū dico:ferro an ueneno.Demoſthenes de mō: īuidiā Mi diæ facit:ſe pulſatū cothurno: Cicero Verri quum nudū quendam dicit ab eo ſtātuæ impoſitum. Virgilius non minus euidenter: Altaria ad ipſa trementem Traxit:& in multo lapſantem ſanguine nati. Et capulo tenus abdidit enſem. Et illa omnia a modo ſunt: Roſtroque immanis uultur adunco Immortale iecur tondens:& reliqua.Et:quos ſuper atra ſilex iam Pathos a mō do & a mate‑ria

iam lapſura cadenti imminet aſſimilis. Sed & miſericordiam a modo ſæpe commouet:ut de orpheo Latos iuuenem ſparſere per agros. Et illud: Obruit auſter aqua inuoluens nauemq; uiroſq;.Et ſaxum ingens uoluũt alii.Et Mortua quin etiam iungebat corpora uiuis. & in georgicis: Nec uia mortis erat ſimplex: & cætera de inſcriptione morbi : Sed & materia apud rhetores pathos mouet:ut dum q̃ritur Cicero flãmam ex lignis uiridibus factam:atq;ibi incluſum fumo necatum.Hoc enim a materia eſt: quoniam hic uſus eſt fumo materia ad occidendum:ut alius gladio:alius ueneno. & ideo acerrimum pathos ex hoc motum eſt.Idem facit:& quũ flagellis cæſum queritur ciuem romanum.Inuenies idem apud Virgiliũ At pater omnipotens denſa inter nubila telum Contorſit: nõ ille faces & fumea tædis:& reliqua:Eleganter autem illius quidem materia eluſit. Ex huius autem uera & uehementi materia expreſſit iracũdiam. Et ſingula quidem enumerabimus: ex quibus apud rhetores pathos naſcitur : quibus oſtendemus uſum Maronem:Sed nõnunq̃ Virgilius in una re ad augendum pathos duobus aut pluribus locis coniunctis utitur: ut in Turno ab ætate:Miſerere parentis Longæui. A loco: Quem nunc mœſtum patria ardea longe diuidit. & circa Caſſandram ex modo : ecce trahebatur.Ex habitu corporis Paſſis priameia uirgo crinibus. Ex loco. A templo adytiſq; mineruæ:& circa Agamẽnonem a patria:Ipſe mycenæus. A fortuna:Magnorum ductor achiuum.A neceſſitudine.Coniugis.A loco Prima inter limina ſubſedit adulter. Tacite quoq; quaſi per diffinitionẽ pathos mouere ſolet:quum q̃rẽs miſerationem mouet: nõ dilucide dicitur:ſed datur intelligi:ut quum Mezentius dicit: Nũc alte uulnus adactum. Quid enim aliud ex hoc intelligẽdum eſt:q̃ hoc altum uulnus eẽ amittere filium. Et rurſus idẽ: Hæc uia ſola fuit qua perdere poſſes. Sed hic ſcilicet accipiendum eſt perire eſſe amittere filium. Et Iuturna quum queritur:ꝙ adiuuare fratrem prohibeatur:Immortalis ego. Quid eni ſequitur non eſt imortalitas in luctu uiuere: Hæc ut dixi uim diffinitionis habent:& a poeta eleganter introducta ſunt.

Pathos circa rem.

Sunt & in arte rhetorica ad pathos mouendum etiam hi loci qui dicuntur circa rem: & mouendis affectibus peropportuni ſunt: ex quibus primus ẽ a ſimili.Huius ſpecies ſunt tres exẽplũ:parabola: imago. Græcæ παραδειγμα:παραβολὴ εικὼν. Ab exemplo.Virgilius.

Pathos ab exemplo

Si potuit manes accerſere coniugis orpheus
Threicia fretus cythara fidibuſq; canoris.
Si fratrem pollux alterna morte redemit.
Quid thæſea? magnum quid memorem alciden. Antenor potuit mediis elapſus achiuis. Hæc enim omnia miſericordiam mouent: quoniam indignum uidetur negari ſibi: quod aliis indultum eſt. Deinde uide unde auget inuidiam: Si potuit manes accerſere coniugis orpheus. Habes

cauſam diſparem.manes illic coniugis:hic patris:illic accerſere:hic uide-
re threicia fretus cithara.Hic miſericordiã eius irriſit:Si fratrẽ pollux al-
terna morte redemit.Itq; reditq; uiã totiẽs.Hoc iam a modo.Plus eſt enĩ
ſæpe ire:q̃ ſemel.Q uid theſea: magnum quid memorẽ alciden? Hic pro
pter egregias pſonas nõ habuit quid minueret:uel quid augeret. Verum
quod illis elucebat:hoc ſibi iactat cũ iis eſſe cõmune.Et mi genus ab io-
ue ſummo.Simile eſt & illud ab indignatione. Q uid enim ait Iuno Pal-
las ne exurere claſſem Argiuum.Iam hoc plus eſt claſſem uictricem:q̃ re
liquias fugientium.Deinde cauſam minuit.Vnius ob noxã & furias aia- Noxa
cis oilei.Q uam minuit ut noxam diceret: quod leuis culpæ nomen eſt.
Et unius:quod facile poſſit ignoſci:& furentis: ut nec culpa ſit. & alibi.
Mars perdere gentem immanem lapithum ualuit. uides eaſdem obſerua
tiones:gentẽ & immanem. Deinde aliud exemplum:Cõceſſit in iras ipſe
deum antiquam genitor calydona dianæ:Antiquam ut plus honoris ac-
cederet ex uetuſtate. Deinde in utroq; cauſam minuit.Q uod ſcelus aut
lapithis tantum aut calydone merente.

p Arabola uero:quoniã magis hoc poetæ cõuenit: ſæpiſſime pathos Pathos para-
mouit.Q uũ aut miſerabilẽ aut iracũdũ uellet ĩducere.Miſerabilẽ bola
ſic. Q ualis populea mœrens philomela ſub umbra. Q ualem uirgineo
demeſſum pollice florem.& aliæ plurimæ patheticæ parabolæ:in quibus
miſeratus eſt.Q uid de ira? Ac ueluti pleno lupus inſidiatus ouili.Dum
fremit a d caulas. Et Mugitus ueluti fugit quum ſautius aram Taurus.
Et alia plura ſimilia qui quærit inueniet.

e T imago quæ eſt a ſimili pars tertia : idonea eſt mouendis affecti- Pathos ab imagine
bus. Ea fit quum aut forma corporis abſentis deſcribit: aut omni
no quæ nulla eſt fingitur. Vtrũq; Virgilius eleganter fecit.Illud prius cir
ca Aſcaniũ:O mihi ſola mei ſuper aſtyanactis imago . Sic oculos ſic ille
manus ſic ora ferebat:Fingit uero quum dicit:quam fama ſecuta eſt Can
dida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris. Sed prior fama ΟΙΚΤΡΟΝ
hæc ΔΕΙΝΩΣΙΝ:ideſt prior miſericordiam cõmouet: horrorem ſecũda.Si
cut alibi. Et ſciſſa gaudens uadit diſcordia palla: Q uã cõſanguineo ſe-
quitur bellona flagello. & oĩa illa q̃ de forma dixit.Sed illud nimium pa-
thetice.Furor impius intus ſæua ſedens ſuper arma:& centũ uinctus ahe
nis Poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento.

d Iximus a ſimili:nunc dicamus a minore pathos a poeta poſitum. Pathos a mi-
Nempe quum aliquid proponitur quod per ſe magnum ſit:deinde nori.
minus oſtenditur q̃ illud quod uolumus augeri:ſine dubio infinita miſe-
ratio mouetur. Vt ẽ illud: O felix una ante alias priameia uirgo Hoſtilẽ
ad tumulũ troiæ ſub mœnibus altis Iuſſa mori.Primũ q; ait felix:compa
rationẽ ſui fecit:deide poſuit a loco: hoſtilẽ ad tumulũ. & a modo quod
nõ minus acerbũ eſt:Iuſſa mori:Sic ergo hæc accipiẽda ſunt q̃uis hoſtilẽ

ad tumulũ:quãuis iuſſa mori: felicior tñ q̃ ego: q̃a ſortitus nõ ptulit ul/
los. Simile ẽ & illud O terq; quaterq; beati. Et q̃d de paſiphæ dicit: Prœti
des iplerunt falſis mugitibus agros: Deide ut minus hoc eſſe mõſtraret:
At nõ tam turpes pecudũ tñ ulla ſecuta ẽ Cõcubitus. Q uid illud nõne
uehemẽter patheticũ ẽ a minore? Nec uates helenus: quum multa horrẽ
da moneret: Hos mihi p̃dixit luctus: nõ dira celæno. Q uid hic intelligi/
mus: niſi oĩa quæ paſſus erat minora illis uiſa: q̃ patris mortem?

Pathos a ma iore

a Maiore negauerũt quidã rẽ augeri poſſe. Sed elegãter hoc circa di
donẽ Virg. induxit. Nõ aliter q̃ ſi imiſſis ruat hoſtibus oĩs cartha/
go: aut antiq̃ tyrus. Dixit. n. nõ minorẽ luctum fuiſſe ex unius morte: q̃ ſi
tota urbs: q̃d ſine dubio eſſet maius: ruiſſet. Et Homerus idem fecit.

Pathos a loco p̃ter ſpem.

Eſt apud oratores & ille locus idoneus ad pathos mouendũ: quod di
citur: p̃ter: ſpem. Hũc Virgilius freq̃uẽter exercuit: Nos tua p̃genies cæ
li quibus annuis arcẽ. & cætera. Et dido. Hũc ego ſi potui tantũ ſperare
laborẽ. Et p̃ferre ſoror potero: Aeneas euãdro. Et nũc ille q̃dem ſpe mul/
tũ captus inani Fors & uota facit. Et illud: Aduena noſtri: Q uod nunq̃
ueriti ſumus: ut poſſeſſor agelli Diceret hæc mea ſunt ueteres migrate co
loni. Inuẽio tñ poſſe aliquẽ ex eo: q̃d iã ſpauerit: mouere pathos: ut Euã/
der: Haud ignarus erã quãtũ noua gloria i armis. Et p̃dulce decus.

Pathos de ſimilitudine paſſionis

o Ratores ομοιοπαθειαν uocant: quotiens de ſimilitudine paſſio
nis pathos naſcit̃: ut apud Virgilium: Fuit & tibi talis Anchiſes ge
nitor. Et patriæ ſtrinxit pietatis imago. Et dido: me quoq; per multos ſimi
lis fortuna labores.

Pathos ad inanimalia & muta

Eſt & ille locus ad permouendum pathos in quo ſermo dirigit̃ uel ad
inanimalia: uel ad muta: quo loco oratores frequẽter utunt̃. Vtrũq; Vir/
gilius bene pathetice tractauit: uel quũ ait dido: Dulces exuuiæ dum fata
deuſq; ſinebant: uel quum Turnus: Tuq; optima ferrũ terra tene. & idẽ
alibi: Nũc o nũq̃ fruſtrata uocatus haſta meos. Et Rhebe diu res ſiqua
diu mortalibus ulla eſt: uiximus.

Pathos ab addubitatione

Facit apud oratores pathos ẽt addubitatio: quã græci ἀπορησιν uo/
cãt. Eſt eni uel dolẽtis uel iraſcẽtis: dubitare q̃d agas. En q̃d ago? Rurſus
ne p̃cos irriſa priores experiar? Et illud de Orpheo: Q uid faceret? quo ſe
rapta bis cõiuge ferret? Et de Niſo. Q uid faciat? qua ui iuuenẽ: q̃bus au
deat armis eripe? & Anna p̃mouet̃: Q uid primũ deſerta q̃rar? comitẽ ne
ſororẽ? Et atteſtatio rei uiſæ apud rhetores pathos mouet. Hoc Virgi

Pathos ab atteſtatione.

lius ſic exequitur. Ipſe caput niuei fultũ pallantis & ora: Vt uidit leuiq;
patens in pectore uulnus. & illud. Impleuitq; ſinum ſanguis.
Et morienſq; ſuo ſe in ſanguine uerſat.
Et Crudelis nati monſtrantem uulnera cernit.
Et Ora uirum triſti pendebant pallida tabo.
Et Voluitur euryalus leto: pulchroſq; per artus It cruor.

Et uidi egomet duo de numero quum corpora noſtro.

f Acit hyperbole:ideſt nimietas pathos:per quam exprimitur uel ira uel miſericordia. Ira ut quum forte dicimus milies ille perire debuerat: quod eſt apud Virgilium. Omnes per mortes animã ſontẽ ipſe dediſſem. Miſeratio quum dicit: Daphni tuum pœnos etiam igemuiſſe leones Interitum. Naſcitur præter hæc de nimietate uel amatorium: uel alterius generis pathos. Si mihi non hæc lux toto iam longior anno eſt. Et illud ſeorſum: Maria ante exurere turno: q̃ ſacras dabitur pinus. Et non ſi tellurem effundat in undas. Pathos p hyperbolen

e Xclamatio quæ apud græcos ἐκφώνησις dicitur: mouet pathos. Hæc fit interdum ex perſona poetæ: nõnunq̃ ex ipſius quem inducit loquentem. Et poetæ quidem perſona eſt. Pathos p exclamationẽ

Mantua ue miſeræ nimium uicina Cremonæ.

Infelix ut cũq; ferẽt ea facta nepotes. Crimen amor ueſtrũ. & alia ſimilia. Ex perſona uero alterius: Dii capiti ipſius generiq; reſeruent. Et Dii talia graiis Inſtaurate: pio ſi pœnas ore repoſco. Et dii talẽ terris auertite peſtẽ.

Contraria huic figuræ ἀποσιώπησις quod eſt taciturnitas. Nã ut illic aliqua exclamãdo dicimus: ita hic aliqua tacẽdo ſubducimus. Quæ tamẽ intelligere poſſit auditor. Hoc aũt præcipue iraſcentibus conuenit: ut Neptunus. Quos ego. ſed motos præſtat cõponere fluctus. Et. Mneſteus: Nec uincere certo. Pathos per ſilentium.

Quãq̃ o. ſed ſuperent: quibus hoc neptune dediſti. Et Turnus:

Quanq̃ o ſi ſolitæ quicq̃ uirtutis adeſſet. Et in bucolicis:

Nouimus & qui te tranſuerſa tuentibus hircis:

Et quo: ſed faciles nymphæ iriſere: ſacello. Sed & miſeratio ex hac figura mota eſt a Sinone: Donec calchante miniſtro. Sed quid ego hæc autẽ nequicq̃ ingrata reuoluo.

Naſcitur pathos & de repetitione: quàm græci ἐπαναφορὰν uocant: quum ſententiæ ab iiſdem nominibus incipiunt. Pathos ex repetitione

Hinc Virgilius: Eurydicen uox ipſa & frigida lingua.

Ah miſeram eurydicen anima fugiente uocabat:

Eurydicen toto referebant flumine ripæ. Et illud:

Te dulcis coniunx: te ſolo in littore ſecum:

Te ueniente die: te decedente canebat. Et illud:

Te nemus angitiæ: uitrea te fucinus unda

Te liquidi fleuere lacus.

ἐπιτίμησις: quæ eſt obiurgatio: habet & ipa pathos: ideſt quũ obiecta iiſdem uerbis refutamus: Aeneas ignarus abeſt: ignarus & abſit. Pathos per obiurgationem

# MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLAris & illuſtris Saturnaliorum. Liber. v.

P

Oſt hæc quum pauliſper Euſebius quieuiſſet: omnes inter ſe conſono murmure Virgilium non minus oratorem: q̄ poetam habendum ꝓnunciabant: in quo & tanta ornandi diſciplina: & tam diligens obſeruatio rhetoricæ artis oſtenderetur. Et Auienus dicas mihi inquit uolo doctorum optime: ſi concedimus (ſicut neceſſe eſt) oratorē fuiſſe Virgiliū: ſiquis nūc uelit orādi artem conſequi: Vtrum magis ex Virgilio: an ex Cicerone proficiat. Video quid agas inquit Euſebius: quid intendas: quo me trahere coneris: eo ſcilicet quo minime uolo: ad comparationem Maronis & Tullii. Verecūde enim interrogaſti: uter eorum præſtantior: quando quidem neceſſario is plurimum collaturus ſit: qui ipſe plurimū præſtat. Sed iſtā mihi neceſſitatē altam & profundam remittas uolo: quia nō noſtrum inter illos tātas componere lites: Nec auſim in utrãuis partem talis ſententiæ autor uideri. Hoc ſolū audebo dixiſſe: quia facundia mantuañi multiplex & multiformis eſt: & dicendi genus omne cōplectitur. Ecce enim in Cicerone ueſtro unus eloquentiæ tenor ē: ille abundans & torrens & copioſus. Oratoꝶ autem nō ſimplex nec una natura eſt: ſed hic fluit & redundat: cōtra ille breuiter & circūciſe dicere affectat. Tenuis quidā & ſiccus & ſobrius amat quandā dicendi frugalitatem: alius pingui & luculenta & florida oratiōe laſciuit. In qua tanta oīum diſſimulatiōe: unus omnino inuenitur Virgilius: qui eloquentiam ex omni genere conflauerit.

Virgilii laus

R

Eſpondit Auienus: Apertius uellem me has diuerſitates ſub perſonarum exemplis doceres. Quattuor ſunt inquit Euſebius genera dicendi. Copioſum in quo Cicero dominatur. Breue in quo Saluſtius regnat. Siccum quod Frontoni aſcribitur. Pingue & floridum in quo Plynius ſecundus quondam: & nunc nullo ueterum minor noſter Symmachus luxuriatur. Sed apud unum Maronem hæc quattuor genera reperies. Vis audire illum tanta breuitate dicentem: ut artari magis & cōtrahi breuitas ipſa non poſſit? Et campos ubi troia fuit. Ecce pauciſſimis uerbis maximam ciuitatē hauſit & abſorpſit: non reliquit ille nec ruinam. Vis hoc ipſum copioſiſſime dicat? Venit ſumma dies & ieluctabile tempus Dardaniæ: fuimus troes: fuit ilium & ingens Gloria teucrorum. ferus omnia iuppiter argos Tranſtulit: incenſa danai dominantur in urbe. O patria: o diuum domus ilium: & inclyta bello Mœnia dardanidum. Quis cladem illius noctis: quis funera fando Explicet? aut poſſit lachrymis æquare labores? Vrbs antiqua ruit multos dominata per

Dicēdi genera quattuor

Abſorpſit

annos.Q uis fons:quis torrens: quod mare tot fluctibus: quot hic uerbis inundauit.Cedo nũc ſiccum illud genus elocutionis:T urnus ut anteuolans tardũ præceſſerat agmen: V iginti lectis equitum comitatus:& urbi Improuiſus adeſt:maculis quem thracius albis Portat equus criſtaq; tegit galea aurea rubra.Hoc idẽ quo cultu:q̃ florida oratione quum libuerit ꝓfertur:' Forte ſacer cibele choreus olimq; ſacerdos Inſignis lõge phrygiis fulgebat in armis.Spumãtemq; agitabat equum:quẽ pellis ahenis In plumã ſquãmis auro conſerta tegebat.Ipſe peregrina ferrugine clarus & oſtro Spicula torquebat Lycio gortynia cornu: Pictus acu tunicas & barbara tegmina crurum. Sed hæc quidem inter ſe ſeparata ſunt. Vis aũt uidere quẽadmodũ hæc quattuor genera dicendi Virgilius ipſe ꝑmiſceat:' & faciat unũ quoddã ex omni diuerſitate pulcherrimũ tẽperamentum:' Sæpe etiã ſteriles icendere profuit agros:Atq; leuẽ ſtipulã crepitantibus urere flãmis. Siue ide occultas uires & pabula terræ Pinguia cõcipiunt:ſiue illis omne ꝑ ignem Excoquitur uitiũ: atq; exudat inutilis humor. Seu plures calor ille uias & cæca relaxat Spiramenta:nouas ueniat qua ſuccus in herbas.Seu durat magis & uenas aſtringit hiãtes: Ne tenues pluuiæ rapidi ue potẽtia ſolis Acrior:aut boreæ penetrabile friguſ adurat.Ecce dicẽdi genus:quod nuſq̃ alibi dep̃hendes:in quo nec p̃ceps breuitas:nec infinita copia:nec ieiuna ſiccitas:nec lætitia pinguis.

Hinc & aloidas geminos imania uidi Corpora:qui manibus magnum reſcindere cælum Aggreſſi:ſuperiſq; iouē detrudere regnis. Homerus magnitudinē corporum alte lateq; dimenſus eſt:& uerborum ambitu membra depinxit. Veſter ait immania corpora: nihilq; ulterius adiecit:menſurarū nomina nō auſus attingere. Ille de conſtruendis montibus conatum inſanæ molitionis expreſſit. Hic aggreſſus reſcindere dixiſſe conatus eſt cælū. Poſtremo locū loco ſi cōpares:pudendā inuenies differentiam.

ωσ δ οτ εν αιγιαλω πολυηχει κυμα θαλασσησ
ορνυτ επασσυτ ερον ζεφυρου υποκινησαντοσ
ποντω μεν τα πρωτα κορυσσεται αυταρ επει τα
χερσω ρηγνυμενον μεγαλα βρεμει αμφι δε τακρασ
κυρτον εον κορυφουται αποπτυει δαλοσ αχνην

Fluctus uti primo cœpit quum albeſcere ponto:Paulatim ſeſe tollit mare:& altius undas Erigit:inde imo conſurgit ad æthera fundo. Ille cū marino motu & littoris fluctus ab initio deſcribit: hoc iſte præteruolat. Deinde quod ait ille.

ποντω μεν τα πρωτα κορυσσεται

Maro ad hoc uertit Paulatim ſeſe tollit mare. Ille fluctus incremēto ſuo ait ſublime curuatos littoribus illidi:& aſperginem collectæ ſordis expuere:quod nulla expreſſius pictura ſignaret. Veſter mare a fundo ad æthera uſq; perducit. Dixerat: idq; ratum ſtygii per flumina fratris Per pice torrentis atraq; uoragine ripas Annuit: & totum nutu tremefecit olympum.

η και κυανεησιν επ οφρυσι νευσε κρονιων
αμβροσιαι δ αρα χαιται επερρωσαντο ανακτοσ
κρατοσ απ αθανατοιο μεγαν δε λελιξεν ολυμπον

Phidias quū Iouem olympium fingeret: interrogatus de quo exemplo diuinam imitaretur effigiem: reſpondit archetypum Iouis in his ſe tribus Homeri uerſibus inueniſſe. Nam de ſuperciliis & crinibus totum ſe Iouis uultū collegiſſe:quod utrunq; uidetis a Virgilio prætermiſſum. Sane concuſſum olympum nutus maieſtate non tacuit. Iuſiurandum uero ex alio Homeri loco ſumpſit:ut tranſlationis ſterilitas hac adiectiōe compenſaretur. Ora puer prima ſignans intonſa iuuenta Prætermiſſa gratia

incipientis pubertatis minus gratam fecit latinam deſcriptionem.

ωσ δοταν εντε κυνεσσι και ανδρασι θηρευτησι
καπριοσ ηε λεων στρεφεται σθενει βλεμεαινων
οι δε τε πυργηδον σφεασ αυτουσ αρτυναντεσ
αντιοι ισανται και ακοντιζουσι θαμειασ
αιχμασ εκ χειρων του δουποτε κυδαλιμον κηρ
ταρβει ουδε φοβειται αγηνοριη δε μιν εκτα
ταρφεα τε στρεφεται στιχασ ανδρων πειρητιζων
οππητιθυση τητεικουσι στιχεσ ανδρων.

Vt fera: quæ denſa uenantum ſepta corona Contra tela furit: ſeſeq; haud neſcia morti Iniicit & ſaltu ſupra uenabula fertur. Videtis i anguſtum latinā parabolā ſic eſſe cōtractā: ut nihil poſſit eſſe ieiunius? græcam cōtra & uerboꝝ & reꝝ copia pompā ueræ uenationis īpleſſe? In tanta ergo differentia pene erubeſcendum eſt comparare.

φραξαντεσ δορυ δουρι σακοσ σακεϊ προθελυμνων
ασπισ δαρασπι δερει δε κορυσ κορυν ανερα δανηρ

Haud aliter troianæ acies acieſq; latinæ Concurrunt: hæret pede pes denſuſq; uiro uir. Quanta ſit differentia utriuſq; loci: lectori æſtimandum relinquo.

ορνισ γαρ σφιν επηλθε περησεμεναι μεμαωσιν
αιετοσ υψι πετησ επαριστερα λαον εεργων
φοινηεντα δρακοντα φερων ονυχεσι πελωρον
ζωον ετασπαιροντα και ουπω ληθετο μαχησ
κοψε γαρ αυτον εχοντα κατα στηθοσ παρα δειρην
ιδνωθεισ οπισω ο δ απο εθεν ηκε χαμαζε
αλγησασ οδυνησι μεσω δ ενι καββαλλ ομιλω
αυτοσ δε κλαγξασ πετετο πνοιησ ανεμοιο

Vtq; uolās alte raptum quū fulua dracone Fert aquila: īplicuitq; pedes: atq; unguibus hæſit. Saucius at ſerpēs ſinuoſa uolumia uerſat. Arrectiſq; horret ſquāmis: & ſibilat ore: Arduus in ſurgēs: illa haud minus urget obunco Luctantē roſtro: ſimul æthera uerberat alis. Virgilius ſolā aquilæ prædam refert: nec homericæ aqlæ omē aduertit: q̄ & ſiniſtra ueniēs uincentiū ꝓhibebat acceſſum: & accæpto a captiuo ſerpente morſu prædam dolore deiecit: factoq; tripudio ſoliſtimo cum clamore dolorem teſtante ꝓteruolat quibus omnibus uictoriæ præuaricatio ſignificabatur. His prætermiſſis quæ animam parabolæ dabāt: uelut exanime in latinis uerſibus corpus remanſit. Parua metu primo mox ſeſe attollit in auras: Ingrediturq; ſolum: & caput inter nubila condit.

η τολιγη μεν πρωτα κορυσσεται αυταρ επειτα
ουρανω εστηριξε καρη και επι χθονι βαινει

Homerus εριν: hoc eſt cōtentionē a paruo dixit incipere: & poſtea in icre-

mentū cælum uſq; ſubcreſcere. Hoc idē Maro de fama dixit ſed in congrue. Neq; enim æqua ſunt argumēta cōtentionis & famæ: quia cōtētio & ſi uſq; ad mutuas uaſtationes ac bella ꝓceſſerit: adhuc cōtentio eſt: & manet ipſa quæ creuit. Fama uero quū in imenſum ꝓdit: fama eſſe iā deſinit: & fit notio rei iam cognitæ. Quis eni iam famā uocet: quū res aliqua a terra in cælū nota ſit? Deinde nec ipſam hypbolē potuit æquare. Ille cælū dixit: hic auras & nubila. Hæc aūt ratio fuit nō æquādi oia quæ ab autore trāſcripſit: ꝗ in oi operis ſui ꝑte alicuius homerici loci imitationē uolebat iſerere: nec tamē humanis uiribus illā diuinitatē ubiq; æquare: ut in illo loco quē uolo oium noſtrū iudicio in cōmune penſari. Minerua Diomedi ſuo pugnāti dūtaxat flammaꝝ addidit ardorē: & inter hoſtiū cædes fulgor capitis uel armorum pro milite minatur.

Cōtentionis & famæ cōparatio

δαιέοι εκ κορυθοστε και ασπιδοσ ακαματον πυρ
ἀςεροπορι νωεναλιγκιον οςεμάλιςα
λαμπρὸν παμφαινησι λελουμενοσ ὠκεανοιο
τοιον οι πυρ δαιεν αποκρατοστε και ὤμων

Hoc miratus ſupra modū Virgilius imodice ē uſus. Modo. n. ita de Turno ait. Tremunt ſub uertice criſtæ Sanguineæ: clypeoq; micantia fulmina mittūt. Modo idē ponit de Aenea. Ardet apex capiti criſtiſq; ac uertice flāma Fundit: & uaſtos umbo uomit æreus ignes. Quod ꝗ iportune poſitū ſit: hic appet: ꝗ necdū pugnabat Aeneas: ſed tantū in naui ueniēs apparebat. Alio loco: Cui triplici crinita iuba galea alta chimæra Suſtiet: ætneos efflantē faucibus ignes. Quid qđ Aeneas recēs allatis a Vulcano: & i terra poſitis mirat Terribilē criſtis galeā flāmaſq; mouētē. Vultis aliā fruendi auiditatē uidere loci huius: cuius ſupra meminimus fulgore correptus?

Seruo uoluit loquēti Ioui aſſignare parē reuerētiā. Nā quū & i pmo uolumie: & i. iiii. & i. ix. loqt q̄dā Iuppiter ſine tumultu: Deniq; poſt Iunōis & ueneris iurgiū: iſit: eo dicēte. Deū domus alta ſileſcit: & tremefacta ſolo tellus ſilet arduus æther. Tū zephyri poſuere: ꝓmit placida æquora pōtus: tāq̄ nō idē ſit q̄ locutus ſit paulo añ ſine ullo mūdi totius obſequio. Similis opportunitas ē in eiuſdē Iouis lāce quā ex illo loco ſumpſit.

και τοτε δὴ χρυσεια πατηρ ἐτιταινε ταλαντα
ενδε τι θει δυο κηρε τανηλεγεοσ θανατοιο
την μεν ἀχιλληοσ. την δεκτοροσ ιπποδαμοιο
ελκε δε μεσσα λαβὼν ρεπε δεκτοροσ αἴσιμον ημαρ
ὤχετο δεισ αιδαο λιπε δε εφοιβοσ ἀπολλων

Nam quum iam de Turno prædixiſſet Iuno.
Nunc iuuenem imparibus uideo concurrere fatis:
Parcarumq; dies & lux inimica propinquat:

Maniſeſtumq; eſſet: Turnum utiq; periturum: ſero tamen:
Iuppiter ipſe duas æquato examine lances.
Suſtinet: & fata imponit diuerſa duorum.

Sed hæc & alia ignoſcenda Virgilio: qui ſtudii circa Homerum nimieta te excedit modum. Et re uera non poterat non in aliquibus minor uideri: qui per omnem poeſim ſuam hoc uno eſt præcipue uſus archetypo. Acriter enim in Homerum oculos intēdit: ut æmularetur eius non modo magnitudinem: ſed ſimplicitatem & præſentiam orationis: & tacitam maieſtatem. Hinc diuerſarum inter heroas ſuos perſonarum uaria magnificatio: hinc deorum interpoſitio: hinc autoritas fabuloſorum: hinc affectuum naturalis expreſſio: hinc monumentorum perſecutio: hinc parabolarum exaggeratio: hinc torrentis orationis ſonitus: hinc rerum ſingularum cum ſplendore faſtigium. Adeo autē Virgilio Homeri dulcis imitatio eſt: ut & in uerſibus uitia quæ a nōnullis imperite repræhenduntur: imitatus ſit: eos dico quos græci uocant.

Virgilius nimium Homeri æmulator.

Quos hic quoq; Homericum ſtilū approbans nō refugit: ut ſunt apud ipm acephali: arietat in portas: parietibus textū cæcis iter: & ſimilia. Vt ēt q in medio uerſu breues ſyllabas pro lōgis habēt. Et duros obice poſtes. Cōſiliū ipe pater & magna icœpta latinus. Syllabæ lōgiores ſunt. Quin ptinus oia. Vulcano decoquit humorē. Et ſpumas miſcēt argēti uiuaq; ſulphura. Et arbutus horrida. Sunt apud Homerum uerſus uulſis ac raſis ſimiles: & nihil differentes ab uſu loquendi. Hos quoq; tanq̄ heroice incomptos adamauit.

Omnia uincit amor: & nos cedamus amori.
Nudus in ignota palinure iacebis arena.

Sunt amœnæ repetitiones: quas non fugit. Vt
Pan etiam arcadia mecum ſi iudice certet:
Pan etiam arcadia dicat ſe iudice uictum.

Homerica quoq; epitheta quātū ſit admiratus imitādo cōfeſſus ē: & mille taliū uocabulo℞: qbus uelut ſyderibus micat diuini carminis uariata maieſtas. Ad hæc a ueſtro reſpondet. Male ſuada fames. Auricomos ramos. Centū geminus briareus. Adde & fumigerā noctē: & quicqd i ſingulis pene uerſibus diligēs lector agnoſcit. Sæpe Homerus iternarrandum: uelut ad aliquē dirigit orationē. Nec hoc Virgilius omiſit. Migrātes cernas: totaq; ex urbe ruentes. Totūq; iſtructo marte uideres Feruere leucaten. Et pelago credas inare reuulſas Cycladas. Et ſtudio i caſſum uideas geſtire lauandi. Itē diuinus ille uates res uel paulo uel multo añ tranſactas opportune ad narrationis ſuæ ſeriē reuocat: ut & hiſtoricum ſtilū uitet: nō p ordinē dirigēdo quæ geſta ſunt: nec tamē præterito℞ nobis notitiam ſubtrahat. Theben aſiæ ciuitatem: aliaſq; plurimas Achilles anteq̄ iraſceretur euerterat. Sed Homeri opus ab Achillis ira ſumpſit exordiū.

Ne igitur ignoraremus:quæ prius geſta ſunt:ſit eorum tẽpeſtiua narratio.Item ne ignoraremus:quo duce claſſis græcorum ignotum ſibi troiæ littus inuenerit:quum de Calchante quereretur ait:

και νηεοσ ηγησατα χαιῶν ιλιὸν εισω
ην Δια μαντοσυνην την οι ϖορεφοιβοσ αϖολλῶν

Et ipſe Calchas narrat omen quod græcis nauigantibus de ſerpente paſſerum populatore contigerit.Ex quo denunciatum eſt exercitũ annos decem in hoſtico futurum. Alio loco ſenex idẽ:ut referendis fabulis amica & loquax ætas res refert uetuſtas.

Et ſequentia. Virgilius omne hoc genus pulcherrime æmulatus eſt. Nã memini heſionæ uiſentẽ regna ſororis Laomedontiadẽ Priamum.Et atq; equidẽ memini teucrũ ſidona uenire.Et Qualis erã quũ primã aciẽ ꝑneſte ſub ipſa Straui.Et de furto uel pœna Caci tota narratio nec uetuſtiſſima tacuit:quin & ipſa notitiæ noſtræ autoris ſui imitator ingereret.Nãq; ferũt luctu cygnũ phaethontis amati:& ſimilia. Vbi uero enumerant auxilia:quæ græci catalogũ uocant:eundẽ autorẽ ſuum conatus imitari: in nõnullis paululũ a grauitate homerica deuiauit.Primũ ꝙ Homerus prætermiſſis athenis: ac lacedæmoniis : uel ipſis mycænis: unde erat rector exercitus:boeotiam in catalogi ſui capite locauit: nõ ob loci aliquã dignitatem:ſed notiſſimũ promontorium ad exordiũ ſibi enumeratiõis elegit. Vnde ꝓgrediens modo mediterranea: modo maritima iuncta deſcribit. Inde rurſus ad utrũq; ſitũ cohærentiũ locoꝝ diſciplina deſcribẽtis uelut iter agentis accedit.Nec ullo ſaltu cohærentiã regionũ in libro ſuo hiare permittit: ſed hoc hiandi more procedens redit unde digreſſus eſt : & ita finitur quicquid enumeratio eius amplectitur.Contra Virgilius nullum in cõmemorandis regionibus ordinem ſeruat: ſed locorum ſeriem ſaltibus lacerat. Adducit primũ cluſio & coſis Maſſicum. Abas hunc ſequitur:manu populoniæ iluæq; comitatus. Poſt hos Aſilam miſere piſæ. Quæ in ꝙ longinqua ſint hetruriæ parte: notius eſt : ꝙ ut annotandum ſit.Inde mox redit cærete:& pyrgos:& grauiſcas:loca urbi proxima:quibus ducem Aſturem dedit. Hinc rapit illum Cygnus lyguriam. Ocnus mantuam.Sed ne in catalogo auxiliorum Turni: ſi uelis ſitum locorum mente percurrere:inuenies illum continentiã regionum ſecutum. Dein

Deuiauit.

de Homerus omnes quos in catalogo enumerat: etiā pugnantes uel proſpera uel ſiniſtra ſorte cōmemorat. Et quum uult dicere occiſos: quos catalogo non inſeruit: non hominis: ſed multitudinis nomen inducit. Et quotiens multam necem ſignificare uult: meſſem hominum factam dicit: nulli certum nomen facile extra catalogum uel addens in acie: uel detrahens. Sed Maro noſter anxietatem huius obſeruationis omiſit. Nam & in catalogo nominatos præterit in bello: & alios nominat ante non dictos. Sub Maſſico duce mille manus iuuenum ueniſſe dixit: qui mœnia cluſi quiq; coſas liquere. Deinde Turnus naui fugit: qua rex cluſinis aduectus oſinius oris: quem Oſinium nunquā ante nominauit. Et nunc ineptum eſt: regem ſub Maſſico militare. Præterea nec Maſſicus nec Oſinius in bello penitus apparēt: ſed & illi quos dicit: fortēq; gyam fortemq; ſergeſtum. Pulcher quoq; Equiculus: & mauortius hæmon: & fortiſſimus Vmbro: & Virbius hippolyti proles pulcherrima bello nullum locum inter pugnantium agmina uel glorioſa uel turpi commemoratione meruerunt. Aſtur: itemq; Cupauo: & Cygnus inſignis Cygni Phaethontiſq; fabulis nullam pugnæ operam præſtant: quum Aleſus & Sacrator ignotiſſimi pugnent: & Atinas ante non dictus. Deinde in his quos nominat: fit ſæpe apud ipſum incauta confuſio. In nono Corinæum ſternit Aſilas. Deinde in duodecimo. Ebuſum Corinæus interficit Obuius ambuſtum torrem corinæus ab ara Corripit: & uenienti ebuſo plagamq; ferenti Occupat os. Sic & Numam quem Niſus occidit: poſtea Aeneas perſequitur fortemq; Numam. Camertem in decimo Aeneas ſternit. At in duodecimo. Iuturna formam aſſimulata camerti. Clorea in undecimo occidit Camilla: in duodecimo Turnus. Palinurus Iaſides: & Iapyx Iaſides: Quero an fratres ſint. Hyrtacides eſt Hippocoon: & rurſus Hyrtacides Corinæum ſternit Aſilas. Sed potuerunt duo unum nomen habuiſſe. Vbi eſt illa in his caſibus Homeri cautio: apud quem quum duo Aiaces ſint: modo dicit λόκρων ἡγεμόνευεν οἰλῆος ταχυς αἰας. modo Τελαμώνιος αἰας. Item alibi. Aiaces duo.

Nec deſinit: quos iungit nomine īſignibus ſeparare: ne cogātur lector ſuſpiciones de uarietate appellatiōis agitare. Deīde in catalogo ſuo curauit Virgilius uitare faſtidiū: quod Homerus alia rōne nō cauit: eadē figura ſæpe repetita. Hic aūt uariat: uelut dedecus aut crimē uitans repetitionē. Primus init bellū tyrrhenis aſper ab oris: Filius huic iuxta lauſus. Poſt hos inſignē fama p̄ gramina currū: Tū gemini fratres: nec p̄neſtinæ fundator. At Meſappus equū domitor. Ecce ſabinoꝝ priſco de ſāguine. Hic agamēnonios. Et te mōtoſæ. Quin & marubia uēit de gēte ſacerdoſ. Ibat & hippolyti p̄les. Has copias fortaſſe putat aliqs diuinæ illi ſimplicita-

ti præferendas. Sed neſcio quomodo Homerũ repetitio illa unice decet. Et eſt genio antiqui poetæ digna enumerationiq; conueniens. q; in loco mera nomina relaturus non incuruauit ſe:neq; minute torſit: deducendo ſtilum per ſingulorum uarietates: ſed ſtat in conſuetudine percenſentiũ tanq̃ per aciem diſpoſitos enumerans. Quod non aliis q̃ numerorum ſit uocabulis. Et tamen egregie ubi oportet de nominibus ducum uariat. Illam uero enumerationis congeſtionem apud Homerum Maro admiratus ita expreſſit:ut pene eum dixerim elegantius tranſtuliſſe.

Et ſimilia. Ad quod exemplum illa uirgiliana ſunt.
Agmina denſentur campis: argiuaq; pubes
Aruncæq; manus rutuli uetereſq; ſicani
Et ſacranæ acies & picti ſcuta labici.
Qui ſaltus thyberine tuos ſacrumq; numici
Littus arant: rutuloſq; exercent uomere colles
Circæumq; iugum: quis iupiter anxuris aruis
Præſidet: & cætera. Vterq; in catalogo ſuo poſt difficilium rerum uel nominum narrationem: infert fabulam uerſibus amœnioribus : ut lectoris animus recreetur. Homerus inter enumerandam regionem & urbiũ nomina: facit locum fabulis:quæ horrorem ſatietatis excludant.

Et reliqua: quibus protraxit iocunditatem. Virgilius in hoc ſecutus autorem in priore catalogo modo de auentino: modo de Hippolyto fabulatur. In ſecundo cygnus ei fabula eſt:& ſic amœnitas intertexta faſtidio narrationum medetur. In omnibus uero georgicorũ libris hoc idẽ ſumma cum elegantia fecit. Nam poſt præcepta quæ natura res dura eſt:ut legentis animum uel auditum nouaret: ſingulos libros uel acciti extrinſe

cus argumenti interpoſitione concluſit:primum de ſignis tempeſtatum: de laudatione ruſticæ uitæ ſecundum:& tertius deſinit in peſtilentiā pecorum.quarti finis eſt de Orpheo & Ariſteo non ocioſa narratio. Ita in omni opere maronis homerica lucet imitatio.

Homerus omnem poeſim ſuā ita ſentētiis farſit:ut ſingula eius αϖοφθεγματα uice ꝓuerbiorū in omniū ore fungant̃. ut ου γαρ πῶτισ εον γονον ἀυτὸσ ἀνέγνω.ϖαυροι γάρτοι ϖαιδεσ ομοιοι ϖατρασι γενοντο.ουγαρτ αιψα θεων τρεϖεται νοοσ αιεν ἐοντων Et alia innumerabilia:quæ ſentētialiter profernntur.Nec hæc apud Virgilium fruſtra deſideraueris.Non omnia poſſumus omnes. Omnia uincit amor.Labor improbus omnia uincit. Vſq; adeo ne mori miſerum eſt: Stat ſua cuiq; dies.Dolus an uirtus quis in hoſte reqret? Et quid quæq; ferat regio:& quid quæq; recuſet.Auri ſacra fames. Et ne obtundam nota referendo:mille ſententiaꝝ talium aut in ore ſunt ſingulorum:aut obuiæ intentioni legentis occurrunt.

Sententiæ Virgilii.

In nōnullis ab homerica ſecta Haud ſcio caſu ne an ſponte diſcis fortunā:Homerus neſcire maluit:& ſoli decreto quā μοιραν uocat omnia regenda committit:adeo ut hoc uocabulum τυχη in nulla parte homerici uoluminis nominetur.Contra Virgilius non ſolum nouit & meminit: ſed omnipotētiā quoq; eidem tribuit:quā & philoſophi qui eam noīant: nihil ſua ui poſſe:ſed decreti:ſiue prouidentiæ miniſtram eſſe uoluerunt: Et in fabulis ſeu in hiſtoriis nōnunq̄ idem facit.

Aegeon apud Homerum auxilio eſt Ioui.Hunc contra Iouem armāt uerſus maronis.Eumedes Dolonis proles bello præclara aio manibuſq; parentem refert:quū apud Homerum dolo imbellis ſit. Nullam commemorationē de iudicio Paridis Homerus admittit. Idem uates Ganymedem nō ut Iunonis pellicem a Ioue raptum:ſed Ioui alium poculorū miniſtrum in cælum a diis aſcitum fert:uelut decorum. Virgilius tantā deā quod cuiuis de honeſtis fœminæ deforme eſt:uelut ſpecie uictam Paride iudicante doluiſſe:& propter catamiti pellicatum:totam gentem eius uexaſſe commemorat.

Interdum ſic autorem ſuum diſſimulanter imitatur:ut loci inde deſcripti ſolam diſpoſitionem mutet:& faciat uelut aliud uideri.Homerus ingenti ſpiritu ex perturbatione terræ ipſum Ditem patrem territum proſilire & exclamare quodāmodo facit.

Hoc maro non narrationis:ſed parabolæ loco poſuit:ut aliud eſſe uidetur. Nõ ſecus ac ſi qua penitus ui terra dehiſcens Infernas reſeret ſedes & regna recludat Pallida diis inuiſa. ſuperq; immane barathrũ Cernatur: trepidentq; immiſſo lumine manes. Hoc quoq; ſimulando ſurripuit. Nã quum ille dixiſſet deos ſine labore uiuere. θεοι ρειαζωντεσ. Hoc idem dixit occultiſſime: Dii iouis in tectis iram miſerãtur inanem Amborum: & tantos mortalibus eſſe labores: quibus ipſi ſcilicet carent.

Quid Virgilio contulerit Homerus: hinc maxime liquet: ꝙ ubi rerũ neceſſitas exegit a Marone diſpoſitionem inchoandi belli: quam non habuit Homerus: quippe qui Achillis iram exordium ſibi fecerit: quæ decimo demum belli anno contigerit: laborauit ad rei nouæ partum: ceruum fortuito ſaucium fecit cauſam tumultus. Sed ubi uidit hoc leue nimiſq; puerile: dolorem auxit agreſtium: ut impetus eorum ſufficeret ad bellũ. Sed nec ſeruos Latini: & maxime ſtabulo regio curantes: atq; ideo quid fœderis cum troianis Latinus icerit: ex muneribus equorum & currus iugalis non ignorantes: bellum generi deum oportebat inferre. Quid igiẽ deorum maxima deducitur e cælo. & maxima furiarum de tartaris aſciſcitur. Sparguntur angues uelut in ſcæna parturientes furorem. Regina nõ ſolum de penetralibus reuerentiæ matronalis educitur: ſed & per urbem mediam cogitur facere diſcurſus. Nec hoc contenta ſiluas petit accitis reliquis matribus in ſocietatem furoris. Bacchatur chorus quondam pudicus & orgia inſana celebrantur. Quid plura? maluiſſem Maronem & in hac parte apud autorem ſuum: uel apud quẽlibet græcorum aliũ quod ſequeretur habuiſſe. Alium non fruſtra dixi: quia non de unius racemis uindemiam ſibi fecit: ſed bene in rem ſuam uertit quicquid ubicunq; inuenit imitandũ: adeo ut de argonauticoꝝ quarto quoꝝ ſcriptor eſt Apollonius: librũ æneidos ſuæ quartum totũ pene formauerit: ad Didonẽ uel Aeneã amatoriã continẽtiã Medeæ circa Iaſonẽ transferendo: qđ ita elegantius autore digeſſit: ut fabula laſciuientis Didonis: quã falſam nouit uniuerſitas: per tot tamẽ ſæcula ſpeciem ueritatis obtineat. & ꝓ uero per ora oium uolitet: ut pictores fictoreſq; qui figmentis liciorum contextas imitanẽ effigies: hac materia uel maxime in efficiendis ſimulacris tanq̃ unico argumento decoris utuntur: nec minus hiſtrionũ perpetuis & geſtibus & cantibus celebraẽ. Tantum ualuit pulchritudo narrandi: ut oẽs phœniſſæ caſtitatis conſcii: nec ignari manũ ſibi iniecisse reginã: ne patereẽ dãnũ pudoris: cõniueãt tñ fabulæ: & intra cõſcientiã ueri fidẽ frementes malint ꝓ uero celebrari: qđ pectoribus hũanis dulcedo fingẽtis ĩfudit.

Aeneidos q̃rtus ſumptus ab Apolloio argonauticorum ſcriptore

Videamus utrũ attigerit & pindaꝝ: quẽ Flaccus imitationi inacceſſum fatetur. Et minuta quidem atq; rorantia q̃ inde ſubtraxit. relinquo. Vnum uero locum: quem tentauit ex integro pene tranſcribere: uolo cõmunicare uobiſcum: quia dignus eſt: ut eum uelimus altius intueri. Nã

Quum pindari carmen quod de natura atq; flagrantia montis ætnæ cō/poſitum eſt:æmulari uellet: eiuſmodi ſententias & uerba molitus eſt: ut Pindaro quoq; ipſo qui nimis opima & pingui facundia exiſtimatus eſt: inſolentior hoc quidem in loco tumidiorq; ſit. Atq; uti uoſmetipſos eius quod dico arbitros faciam: carmen Pindari quod eſt ſuper monte ætna quātulum mihi eſt memoriæ dicam. Aetna iuxta imitationem Pindari.

κιὼν δουρανία συνέχει νιφόεσσαιτ νὰ ϖανέτεσ χιόνοσ οξειὰσ τί
θηνατασ ερευγονται αϖλατου ϖυροσ αγνοτaται ἐκ μυχῶν ϖη
γαιϖοταμόι δαμεραισι μεν ϖροχεσ ὺτιρόον καϖνου αιθῶνοσ
αλλενορφναισι ϖετρασ φοινισσα κυλινδαμενα φλοξεσ βαθει
αν φερέιϖοντου πλακα γυν παταγω κειησ δαφαιςοιο κρου
νουσ ερϖετον δεινοτατουσ αναϖεμϖει. τερασ μεν θαυμασιον προσιδεσθαι θαυμα δε κ(αι) παρεοντων ακουσαι

Deest græcum quod videbis apud gel. l. i7 cap. quem imitatus est macrobius ipse adduc.

Audite nunc Virg. uerſus: ut incohaſſe eum uerius q̃ perfeciſſe dicatis.

Portus ab acceſſu uentorum immotus: & ingens
Ipſe: ſed horrificis iuxta tonat ætna ruinis.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo & candente fauilla:
Attollitq; globos flammarum: & ſydera lambit.
Interdum ſcopulos auulſaq; uiſcera montis.
Erigit eructans: liquefactaq; ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat: fundoq; exæſtuat imo.

In principio Pindarus ueritati obſecutus dixit quod res erat: quodq; illic oculis depræhenditur: interdiu fumare ætnam: noctu flammigare. Virgilius autem dum in ſtrepitu ſonituq; uerboꝝ conquirendo laborat: utrūq; tempus nulla diſcretione facta confundit. Atq; ille græcos quidem fontes imitatus ignes eructare: & fluere amnes fumi: & flammarum fulua & tortuoſa uolumina in plagas maris ferre quaſi quoſdam igneos amnes luculente dixit. At hic ueſter atram nnbem turbine pieeo & fauilla fumāte ῥοον καϖνου αἰθῶνα interpretari uolens craſſe & immodice congeſſit. globoſq; flāmaꝝ quod ille κρουνουσ dixerat: duriter poſuit & ακυρωσ. Hoc uero inenarrabile eſt: ꝙ nubem atram fumare dixit turbine piceo & fauilla candente. Non enim fumare ſolent: neq; atra eſſe: quæ ſunt cādētia: niſi forte candente dixit peruulgate & improprie pro furenti non pro relucenti. Nam candens ſcilicet a candore non a calore dictū. Quod aūt ſcopulos eructari & erigi: eoſdemq; ipſos ſtatim liquefieri: & gemere atq; glomerari ſub auras dixit: hoc nec a Pindaro ſcriptum: nec umq̃ fando auditum: & oium quæ monſtra dicuntur: monſtruoſiſſimū eſt. Candens.

Poſtremo graiæ linguæ q̃ ſe libenter addixerit: de crebris quæ uſurpat uocabulis æſtimate. Dirus Vlyxes. Spelæa ferarum. Dædala tecta. Rhodopeiæ arces. Altaq; panchæa: atq; gætæ: atq; hebrus: & actias orithya. Et Thyas ubi audito ſtimulant trieterica baccho Orgia: nocturnuſq; uo

Græca uocabula q̃ libēter Virgi. uſurpauerit.

cat clamore citheron. Et non tibi tyndaridis facies inuiſa lacænæ. Et Ferte ſimul fauniq; pedem dryadeſque puellæ. Et hinc atque hinc glomerātur oreades. Et Pars pedibus plaudunt choreas. Et Mileſia uellera nymphæ Carpebant hyaliſa tyro fucata colore. Et Drynoq; xanthoq; lygeaque phyllodoceque. Et Melite panopæaque uirgo: Neſea ſpioque thaliaq; cymodeceque. Et alcandrumq; haliumque noemonaq; prytaninq;. Et Amphyon dircæus in atteo aracyntho. Et Senior glauci chorus: inouſque palæmon. Verſus eſt Parthenii: quo grammatico in græcis Virgilius uſus eſt. Hic ait: Glauco & panopeæ & inoo melicerte: Et tritoneſq; citi. Immania cete. Adeo autem & declinationibus græcis delectatur: ut Mneſthea dixerit ꝓ Mneſtheum. Sicut ipſe alibi: Nec fratre Mneſtheo. Et pro Orpheo dicere maluerit Orphi: græce declinando: ut Orphi caliopea lino formoſus apollo. Et uidimus o ciues diomede. Et talium nominum accuſatiuus græcus eſt in e deſinens. Nam ſiquis eum putat latine dixiſſe Diomedem: ſanitas metri in uerſu deſiderabitur. Deniq; omnia carmina ſua græce maluit inſcribere bucolica: georgica: æneis: cuius nominis figuratio a regula latinitatis aliena eſt. Sed de his hactenus quorū plura omnibus: aliqua nonnullis romanorum nota ſunt. Ad alia uenio quæ de græcarum litterarum penetralibus eruta nullis cognita ſunt: niſi qui græcam doctrinam diligenter hauſerunt. Fuit enim hic poeta ut ſcrupuloſe & anxie: ita diſſimulanter: & quaſi clanculo doctus: ut multa trāſtulerit: quæ unde tranſlata ſint difficile ſit cognitu.

In exordio georgicorum poſuit hos uerſus.

Liber & alma ceres ueſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta:
Poculaq; inuentis acheloia miſcuit uuis.

Nihil in his uerſibus grāmaticorum cohors diſcipulis ſuis amplius tradit: niſi illud opera Cereris effectum: ut homines ab antiquo uictu deſiſterent: & frumento pro glandibus uterentur. Liberum uero uitis repertorem præſtitiſſe humano potui uinum: cui aqua admiſceretur. Cur autē acheloum amnem potiſſimum Virgilius: quum aquā uellet intelligi: nominauit: nemo uel quærit: uel omnino ſubeſſe aliquid eruditius ſuſpicatur. Nos id altius ſcrutati animaduertimus: doctum poetam antiquiſſimorum græcorum more ſicut docebit autoritas elocutum. apud quos ꝓprie in aquæ ſignificatione ponebatur achelous. Neq; id fruſtra: nam cauſa quoq; eius rei cum cura relata eſt. Sed prius q̄ cauſam propono. Illud antiquo poeta teſte monſtrabo: hunc morem loquendi peruagatum fuiſſe: ut acheloum pro quauis aqua dicerent. Ariſtophanes uetus comicus in comedia cotalo ſic ait: Grauabor inquit uino cui aqua non fuiſſet admixta. i. mero. Cur autē ſic loqui ſoliti ſunt: Ephorus notiſſimus ſcriptor hiſtoriarum libro ſecundo oſtendit his uerbis:

Achelous cur ꝓ aqua accæptum.

Poteſt ne lucidius oſtendi acheloum a græcis ueteribus pro quacunque aqua dici ſolitum. Vnde doctiſſime Virgilius ait uinū acheloo Liberum patrem miſcuiſſe. Ad quam rem & ſi ſatis teſtium eſt: cum Ariſtophanis comici: & Ephori hiſtorici uerba prodiderimus: tamen ultra progrædiemur. Didymus enim grāmaticorū longe erudititiſſimus poſita cauſa. quā ſuperius Ephorus dixit: alteram quoq; adiecit his uerbis:

Licet abunde iſta ſufficiant ad probationem moris antiqui: quo ita loquēdi uſus fuit: ut achelous commune omnis aquæ nomen haberetur: tamē his quoq; & Euripidis nobiliſſimi tragœdiarum ſcriptoris addetur autoritas: quam idem Didymus grammaticus in his libris quos Τραγωδουμενησ λεξεοσ ſcripſit: poſuit his uerbis:

Sunt in libro ſeptimo illi uerſus: quibus hernici populi: & eorum nobiliſſima ut tunc erat ciuitas anagnia enumerantur. Quos diues anagnia paſcit. Hernici philoſophi.

Quos amaſene pater: non illis omnibus arma<br>
Nec clypei curruſue ſonant. pars maxima glandis<br>
Liuentis plumbi ſpargit. pars ſpicula geſtat<br>
Bina manu: fuluoſq; lupi de pelle galeros<br>
Tegmen habent capiti: ueſtigia nuda ſiniſtri<br>
Inſtituere pedis: crudus tegit altera pero

Hunc morem in italia fuiſſe: ut uno pede calciato: altero nudo iretur ad bellum: nuſq̄ adhuc quod ſciam repperi: ſed eam grecorum nonnullis cōſuetudinem fuiſſe locupleti autore iam palam faciam. In qua quidem re mirati eſt poetæ huius occultiſſimam diligentiam. Qui quum legiſſet hernicos quorum eſt anagnia: a pelaſgis oriundos: appellatoſque ita: a pelaſgo quodam duce ſuo: qui Hernicus nominabatur: morem quem de ætolia legerat hernicis aſſignauit: qui ſunt uetus colonia pelaſgorum. & Hernicum quidem hominem pelaſgū ducem hernicis fuiſſe Iulius Higinus in libro. ii. urbiū non paucis uerbis probat. Morem uero ætolis fuiſſe uno tantūmodo pede calciato in bellū ire: oſtendit clariſſimus Euripides ſcriptor tragicus. In cuius tragœdia quæ Meleager inſcribitur: nūtius inducitur deſcribēs: quo quiſq; habitu fuerit ex ducibus: qui ad aprū capiendū conuenerant. In eo hi uerſus ſunt.

Mos eundi in bellū alter pede nudo.

Pelaſgus Hernicus

Animadnertis diligētiſſime uerba Euripidis a Marone ſeruata. Ait. n. ille:

Et eundem pedem nudum Virgilius quoq; dixit: Veſtigia nuda ſiniſtri

id ſibi uelit macro uide quum Don
n eunucho dicat reticemus dolores.

inſtituere pedis.In qua quidem re:quo uobis ſtudium noſtrũ magis cõprobetur:nõ reticebimus rem pauciſſimis notã: repræhenſum Euripidẽ ab Ariſtotele:qui ignorantiã iſtud Euripidis fuiſſe cõtẽdit: œtolos enim non leuũ pedem habere nudũ:ſed dextrũ. Q uod ne affirmem potius q̃ probem:Ariſtotelis uerba ponam ex libro quem de poetis ſecũdo ſupra dixit.In quo de Euripide loquens ait:

Q uũ hæc ita ſint:uidetis tñ Virgilium Euripidẽ autore q̃ Ariſtotele uti maluiſſe.Nã ut hæc ignorauerit tã anxie doctus minime crediderim.Iure aũt ꝑtulit Euripidẽ. Eſt.n.ingẽs ei cũ græcaꝝ tragœdiaꝝ ſcriptoribus familiaritas:qđ uel ex ꝓcedẽtibus licet:uel ex his q̃ mox dicent̃:opinari. In li.iiii.ideſcribẽda Eliſſæ morte ait:ꝙ ei crinis abſciſſus eẽt his uerſibus

Crinis abſciditur morientibus

Nondum illi flauum proſerpina uertice crinem,
Abſtulerat:ſtygioq; caput damnauerat orco.

Deinde Iris a Iunone miſſa abſcidit ei crinẽ:& ad orcũ refert. Hãc Virgilius nõ de nihilo fabulã fingit:ſicut Aurelius:uir alias doctiſſimus: Cornutus extimat: qui adnotationem eiuſmodi appoſuit his uerſibus. Vnde hæc hiſtoria ut crinis auferẽdus ſit moriẽtibus:ignorat̃:Sed aſſueuit poetico more aliqua fingere:ut de aureo ramo. Hæc Cornutus. Sed me pudet ꝙ tantus uir græcaꝝ etiã doctiſſimus litteraꝝ ignorauit Euripidis nobiliſſimam fabulam Alceſtim:In hac enim fabula in ſcæna Orcus inducitur gladium geſtans:quo crinem abſcidit Alceſtidi:& ſic loquitur.

Proditũ eſt(ut opinor)quẽ ſecutus Virgilius fabulã abſcindendi crinis induxerit.αγνισαι autem dicunt diis conſecrare:unde poeta noſter ait ex Iridis perſona.Hũc ego diti ſacrum iuſſa fero:teq; iſto corpe ſoluo.

Nunc quia pleraq; & omnia quæ ſupradixi inſtructa autoritate tragicorum probaui:id quoq; quod a Sophocle tractũ eſt:annotabo. In libro enim quarto Virgilius Eliſſam facit poſtq̃ ab Aenea relinquit̃. uelut ad ſacricolaꝝ ſagarũq; carmina & deuotiones fugientẽ:& inter cætera ait:ſedandi amoris gratia herbas quæſitas:quæ æneis falcibus ſecarẽtur. Hæc res nonne quæſtione digna eſt?Vnde Virgilio Aeneæ falces in mentem uenerint?Ponam itaq; uirgilianos uerſus.mox & inde Sophoclis : quos Maro æmulatus eſt:

Falcibus & meſſæ ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ nigri cum lacte ueneni.

Sophoclis autem tragœdia id de quo quærimus etiam titulo præfert.

Inſcribitur enim rizotomoi:in qua Medæam deſcribit maleficas herbas ſecantem:ſed auerſam:ne ui noxii odoris ipſa interficeretur: & ſuccū quidem herbarum in cados æneos refundentem. Ipſas aūt herbas æneis falcibus execantem. Sophoclis uerſus hi ſunt:

Falx ænea in ſacris.

Hæc ſophocles. Quo autore ſine dubio Virgilius protulit æneas falces. Omnino aūt ad rem diuinam pleraq; ænea adhiberi ſolita multa indicio ſunt:& in his maxime ſacris:qbus delinire aliquos aut deuouere:aut deniq; exigere morbos uolebāt. Taceo illud palutinū quū ait: Mecum habet pagus morbus æs. & ꝙ alibi Virgilius: Curetū ſonitus crepitantiaq; æra. Sed Carminii curioſiſſimi & docti uerba ponā:qui in libro de italia ſecundo ſic ait:Prius itaq; & thuſcos æneo uomere uti cū cōderent urbes ſolitos:in traiectíciis eoꝝ ſacris inuenio:& in ſabinis ex ære cultros:in quibus ſacerdotes tonderentur. Poſt hæc Carminii uerba longum fiat:ſi uelim percenſere q̄ multis in locis græcoꝝ uetuſtiſſimi æris ſonos tanq̄ rem ualidiſſimam adhibere ſoliti ſunt. Sed præſenti operi docuiſſe nos ſufficit:falces æneas Maronis exemplo græci autoris inductas:

Vomer æneus in ſignandis mœnibuſ urbis.

In libro nono Virgilius poſuit hos uerſus.

Stabat in egregiis arcentis filius armis
Pictus acu chlamydem & ferugine clarus hibera
Inſignis facie:genitor quem miſerat arcens
Eductum matris luco ſyme tia circum
Flumina:pinguis ubi & placabilis ara palici.

Quis hic Palicus deus uel potius qui dii:Palici(nā duo ſunt)apud nullum penitus autorē latinū qđ ſciā repperi:ſed de græcoꝝ penitiſſimis litteris hanc hiſtoriā eruit Maro. Nā primum ut ſymetus fluuius cuius his uerſibus meminit:in ſicilia ē:ita & dii Palici ī ſicilia colūtur:quos primū oīum Aeſchylus tragicus uir utiq; ſiculus in litteras dedit. Interpretationem quoq; noīs eoꝝ:quā græci αἰτυμολογίαν uocāt:exp̄ſſit uerſibus ſuis. Sed priuſq̄ uerſus Aeſchyli ponā paucis explanāda eſt hiſtoria Palicorum. In ſicilia ſymetus fluuius eſt. Iuxta hūc nympha Thalia compreſſu Iouis grauida:metu Iunonis optauit:ut ſibi terra dehiſceret: qđ & factum eſt. Sed ubi uenit tēpus maturitatis infantū:quos aluo illa geſtauerat:recluſa terra eſt:& duo infantes de aluo Thaliæ progreſſi emerſerūt: appellatiq; ſunt Palici ἀπὸ τοῦ παλιν ἱκέσθαι:qm̄ prius in terrā merſi: denuo inde regreſſi ſunt. Nec longe inde lacus breues ſunt: ſed imēſum ꝓfundi:aquaꝝ ſcaturigine ſemp ebuliētes:quos incolæ crateras uocant: & noīe dellos appellāt:fratreſq; eos Palicoꝝ extimāt:& habent in cultu maximo:præcipueq; circa exigendū iuxta eos iuſiurandū:præſens & effi

Palici dii *hanc et silenus autor grecus hist. tāgit sed uarie*

Symetus flu.

Crateres lacus.

cax numẽ oſtendit̃.Nã quũ furti negati uel eiuſcemodi rei fides quærit̃: & iuſiurandũ a ſuſpecto petitur:uterq; ab omni cõtagione mundi: ad crateras accedunt:accæpto prius fideiuſſore a pſona quæ iuratura eſt:de ſoluendo eo quod peteret̃:ſi addixiſſet euentus.Illic inuocato loci numine teſtatũ faciebat eſſe iurator:de quo iuraret.Q uod ſi fideliter faceret: diſcedebat illæſus.Si uero ſubeſſet iuriiurando mala cõſciẽtia: mox in lacu amittebat uitam falſus iurator.Hæc res ita religionẽ fratrũ cõmendabat: ut crateres quidem implicabiles uocarent̃.Nec ſine diuinatione eſt Palicorum templũ. Nã quũ ſiciliã ſterilis annus arefeciſſet:diuino Palicorũ reſponſo admoniti ſiculi:Heroi cuidam certũ ſacrificium celebrauerunt: & reuertit ubertas:Q ua gratia ſiculi omne genus frugum congeſſerunt in aram Palicorum.Ex qua ubertate ara ipſa pinguis uocata eſt. Hæc eſt omnis hiſtoria:quæ de Palicis eorũq; fratribus i græcis tantũmodo litteris inuenit̃:quas Maro nõ minus q̃ latinas hauſit.Sed hæc quæ diximus autoritatibus approbanda ſunt.Aeſchyli tragœdia ẽ:quæ inſcribit̃ ætna. In hac quũ de Palicis loqueretur:ſic ait.

Hæc Aeſchylus

Calias autem in ſeptima hiſtoria de rebus ita ſcribit:

Hactenus Calias.Polemon uero ſic ait:in libro qui inſcribitur.

Hæc Polemon.Sed & Anaxagoras in tertia hiſtoria ſua de loci diuinitate ita ſcribit.

Abſoluta ẽ extimo & autoribus idoneis aſſerta explanatio uirgiliani loci quẽ litteratores noſtri nec obſcurũ putant:contenti uel ipſi ſcire uel inſinuare diſcipulis:Palicũ dei eſſe cuiuſdã nomẽ.Q uis ſit aũt deus iſte uel unde ſit dictus:tam neſciunt:q̃ ſcire nolũt:quia nec ubi quærãt ſuſpicantur:quaſi græcæ lectionis ex partes.

Nec illos uerſus relinquemus intactos q̃ ſunt in primo γεοργικων.

Humida ſolſtitia atq; hyemes orate ſerenas
Agricolæ,hyberno lætiſſima puluere fara.

Lætus ager nullo tantum ſe miſia cultu
Iactat:& ipſa ſuas mirantur gargara meſſes.

Sẽſus hic quũ uideať obſcurior:pauloq; ꝑplexius q̃ poetæ huius mos ẽ ꝓnũciatus:tñ habet i ſe aĩaduertẽdã q̃ſtionẽ ex græca antiq̃tate ueniẽtẽ. Quæ ſint iſta gargara q̃ Virgilius eſſe uoluit fertilitatis exẽplar. Gargara hæc igiť ſunt i miſia:q̃ eſt helleſpõti ꝓuincia. Sed ſignificatio nois & loci duplex ẽ. Nã & cacumẽ mõtis idæ:& oppidũ ſub eodẽ mõte hoc noie uocať. Homerus ſignificationẽ cacumis ita poſuit γαργαρον ακρὸν. Hic gargarũ pro excelſiſſimo mõtis loco accipi cõuenire & ipe ſẽſus idiciũ fac:nã de Ioue loqť. Sed & alibi eodẽ Homero teſte mãifeſtius exprimiť. Et Epicharmus uetuſtiſſimus poeta i fabula q̃ iſcribiť troes:ita poſuit:

Ex his liq̃do claret:gargara cacumẽ idæ mõtis appellitari. Pro oppido autẽ gargara q dixerint:enumerabo. Ephorus notiſſimus hiſtoriaꝝ ſcriptor i libro quito ſic ait:

Nec Ephorus ſolus: ſed etiam Phileas uetus ſcriptor in eo libro qui inſcribitur aſia:ſic meminit.

Arati etiã liber elegion fertur in quo de Diotimo quodã poetã ſic ait.

Ex his uerſibus etiã ciuiũ nomẽ inotuit: q̃a gargares uocanť. Quũ igiť cõſtet gargara nũc pro mõtis cacumine: nũc pro oppido ſub eodẽ mõte poſito accipienda. Virgilius non de ſummo mõte:ſed de oppido loquiť. Cur tamẽ gargara poſuerit:ut locũ frugũ feracẽ:req̃ramus. & oẽm q̃dem illã miſiã opimis ſegetibus habitã ſatis cõſtat:ſcilicet ob humorem ſoli. Vnde Virgilius in ſupradictis uerſibus quũ dixiſſet. Humida ſolſtitia: i tulit:nullo tantũ ſe miſia cultu iactat:atq; diceret: Ois regio quæ opportunos habuit humores æquiparabit fœcũditates aruoꝝ miſiæ. Sed Homerus quum ait:

Humidũ deſignat ſubiacẽtẽ mõti agrũ. Nã polypidata ſignificat fontibus abũdantẽ. Vnde hæc gargara tãta frugũ copia erat:ut qui magnum cuiuſq; rei numeꝝ uellet exprimere:pro multitudine imenſa gargara nominaret: Teſtis Alceus:qui in cælo tragœdia ſic ait:

Gargara ut uidetis manifeſte poſuit ꝓ multitudie. Nec alter ariſtomenes.

Ariſtophanes aũt comicus cõpoſito noie ex arena & gargaris inumera

Miſia

Claret.

Gargara oppidum

bilē:ut eius lepos ē:nūcꝙ conat̄ exprimere:In fabula.n.Acharneuſin ait:

aūt ſeorſum pro multis Varro ſæpe in menippeis ſuis poſuit.Sed ariſtophanes adiecit gargara ad ſignificationē numeroſitatis innumeræ.Eſt ergo ſecūdū hæc ſēſus hoꝝ uerſuū talis.Quū ea ſit āni tēperies:ut hyems ſerena ſit:ſolſtitiū uero ībricū:fructus optime ꝓueniūt.Hæc autem adeo agris neceſſaria ſunt:ut ſine iis:nec illi natura fœcundiſſimi miſiæ agri reſpōſuri ſint opinioni fertilitatis:quæ de his habet̄. Addit miſiæ nominatim gargara:ꝙ ea urbs poſita ī imis radicibus idæ mōtis:defluētibus inde humoribus irriget̄:poſſitq; uideri ſolſtitiales ībres nō magnope deſiderare.Hoc ī loco ad fidē ſenſui faciēdā: ꝙ uliginoſa ſint nō ſola gargara ꝓuicia mōtis:ſed & uniuerſæ miſiæ arua:adhiberi pōt teſtis Eſchylus.

Quid de græcis ī hoc loco traxerit diximus. Addemus ꝑterea hoc cū iocūditatis gratia:& ut liqueat Virgiliū noſtrū undiq; ueteꝝ ſibi ornamēta traxiſſe:unde hoc dixerit:hyberno lætiſſima puluere farra.In libro.n.uetuſtiſſimoꝝ carminū q ante oia q̄ a latinis ſcripta ſūt:cōpoſitus ferebat̄:inuenit̄ hoc ruſticū uetus canticū: Hyberno puluere:uerno luto grandia farra Camille metes. Noia poculoꝝ Virgilius plærūq; græca pōit: ut carcheſia:ut cymbia:ut cātaros:ſcyphos. De carcheſiis ita:Cape meonii carcheſia bacchi:oceano libemus ait.

Poculorū uariæ figuræ

Et alibi.Hic duo rite mero libans carcheſia baccho:
De cymbiis:Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.
De cantaro:Et grauis attrita pendebat cantarus anſa.
De ſcyphis:Et ſacer ipleuit dextrā ſcyphus. Ea aūt cuius figuræ ſint:q̄ſue eoꝝ fecerit mētionē:nemo q̄rit: cōtēti ſc ire huiuſcemodi eſſe pocula. Et ſcyphos qdē cātaroſq; cōſueta uulgi noia ferēdū ſi trāſeāt.Sed de carcheſiis cymbiiſq; q̄ apud latinos haud ſcio an unq̄ repperias:Apud græcos aūt ſunt rariſſima:nō uideo cur cogant̄ inq̄rere: qd ſibi noua & ꝑegrina græca noia uelint.Eſt aūt carcheſiū poculū græcis tātūmō notū. Meminit eius Pherecides ī libris hiſtoriaꝝ aitq; Ioue Alcumenæ ꝑciū cōcubitus carcheſiū aureū dono dediſſe.Sed Plautus iſuetū nomē reliq̄t.aitq; ī fabula amphytriōe:paterā datā:quū lōge utriuſq; poculi figura diuerſa ſit.Patera enī ut & ipm nomē idicio ē:planū ac patens ē.Carcheſiū uero ꝓcerū & circa mediā ꝑtem cōpreſſum anſatū mediocriter anſis a ſummo ad iſimū ꝑtingētibus.Aſclepiades aūt uir iter græcos apprime doctus ac diligēs:carcheſia a nauali re exiſtimat dicta. Ait enī naualis ueli partē īferiorē paternā uocari: at circa mediā ferme partē τραχηλον dici: ſūmam uero partem carcheſium nominari: & inde diffundi in utrunq; ueli latus:eaq; cornua uocantur. Nec ſolus Aſclepiades meminit huius poculi:ſed & alii illuſtres poetæ:ut Sappho:quæ ait

Carcheſium

Macrobius lib xix et cap xi ... carcheſio et ... cymbio

Patera

Sophocles in ſabula quæ inſcribitur:

Hæc de carcheſiis ignoratis latinitati & ſola græcia celebratis. Sed nec cymbia ī noſtro ſermone reperies. Eſt enim a græcorum paucis relatum. Phelimon notiſſimus comicus in phantaſmate ait:

Cymbia.

Anaxandrides etiam comicus in ſabula a græcis:

Meminit eius & Demoſthenes in oratione q̄ eſt ī Midiam. Cybia autem hæc ut ipſius nois figura īdicat: diminutiue a cymba dicta quod & apud græcos & apud nos ab illis trahentes: nauigii genus ē. Ac ſane animaduerti ego apud græcos multa poculoꝝ genera a re nauali cognominata: ut carcheſia ſupra docui: ut hæc cymbia pocula ꝑcera ac nauibus ſimilia. Meminit huius poculi Eratoſthenes uir lōge doctiſſimus in epiſtola ad Agetorē lacedæmoniū his uerbis: Fuerūt: q̄ cymbiū a ciſſimbio ꝑ ſincopā dictū exiſtimauerunt. Ciſſimbii aūt (ut de Homero taceam: qui hoc poculū Cyclopi ab Vlyxe datū memorat) multi faciūt mētionē: uolūtq; nōnulli ꝓprie ciſſimbiū ligneū eē poculū ex hedera: ideſt κισσου. Et Nicāder qdā colophōius ī prīo hialicō ſic ait:

Ciſſimbium.

Sed & Callimachus meminit huius poculi:

Qui aūt ciſſimbiū ex hedera factū poculū οἰο̄ν ἐκ κισσοῡ nō dici arbitrant: Euripidis autoritate niti uident: qui in Andromacha ſit ait.

Hæc de cymbio. Sequit ut quādo cantaꝝ & poculi & nauigii genus eē ſupradiximus: probetur exemplis. Et pro poculo quidem nota res ē: uel ex ipſo Virgilio: qui apertiſſime proprium Liberi patris poculū aſſignat Sileno. Sed id ut ſupra polliciti ſumus etiā pro nauigio poni ſolitum debemus oſtendere. Menander in nauclero.

Cantarus

Et ſacer īpleuit dextrā ſcyphus: ſcyphus Herculis poculū eſt: ita ut Liberi patris cātatus: Herculē uero fictores ueteres nō ſine cā cū poculo fecerūt: & nōnunq̄ caſſabundū & ebriū: nō ſolū q̄ is heros bibax fuiſſe phibet: ſed etiā q̄ antiqua hiſtoria eſt. Herculē poculo tanq̄ nauigio uentis īmenſa maria trāſiſſe. Sed de utraq; re pauca ex græcis antiqtatibus dicā Et multibibū heroa iſtū fuiſſe: ut taceā quæ uulgo nota ſunt: illud nō obſcuꝝ argumētū eſt: qd̄ Ephippus ī Buſiride īducit Herculē ſic loquētē.

Scyphus

Hercules multibibus

Eſt etiā hiſtoria non adeo notiſſima: nationē q̄dam hoīum fuiſſe ꝑpe he-

Calix. racleã ab Hercule cõſtitutã cylicrãoꝝ cõpoſito noĩe απο της κυλικος
Quod poculi genus nos una littera ĩmutatã calicẽ dicimus. Poculo aũt Herculẽ ductũ ad εγητηρα hiſpaniæ iſulã nauigaſſe: & Piniaſtis egregius ſcriptor græcoꝝ dicit:& Pherecides autor ẽ:quoꝝ uerba ſubdere ſuperſedi: quia ꝓpiora ſunt fabulæ q̃ hiſtoriæ. Ego tñ arbitror nõ poculo Herculẽ maria trãſuectũ:ſed nauigio:cui ſcypho nomẽ fuit: ita ut ſupra cantaꝝ & carcheſiũ:& a cymbis deriuata cymbia:oĩa hæc aſſeruimus nauigioꝝ uocabula. Noĩa quoq; Virgilius nõnũq̃ ex antiquiſſimis græcoꝝ hiſtoriis mutuaẗ.Scitiſ apud illũ unã ex comitibuſ Dianæ Opin uocari:Quod nomẽ uulgo fortaſſe temere ĩpoſitũ:uel etiã fictũ putatur ab ignorãtibus iſidioſũ poetã cognomẽ qđ a ueteribus græcis ſcriptoribus ipſi Dianæ fuerat ĩpoſitũ comiti eius aſſignare uoluiſſe.Sed Virg.ſic ait.

Opis nympha

Velocem interea ſuperis in ſedibus opin
Vnam ex uirginibus ſociis ſacraq; caterua
Compellabat:& has triſtis latonia uoces Ore dabat: Et infra
At triuiæ cuſtos iam dudum in montibus opis.

Opin inquit comitem & ſociã Dianæ. Sed audite unde uirgilius hoc nomen accæperit:qui ut dixi quod epitheton ipſuiſce legerat:ſociæ eius ipoſuit. Alexander ætolus poeta egregius in libro q̃ inſcribitur muſæ: refert quanto ſtudio populus epheſius dedicato tẽplo Dianæ curauerit ꝑmiis propoſitis:ut qui tunc erant poetæ ingenioſiſſimi: in deã carmina diuerſa componerent. In his uerſibus Opis nõ comes Dianæ: ſed Diana ipſa uocata eſt. Loquitur autem(ut dixi de populo epheſio:

Apparuit(ni fallor)Opin Dianã dictã:& uirgiliũ de nimia doctrina hoc nomẽ in eius comitẽ trãſtuliſſe. Exceſſere oẽs adytis ariſq; relictis dii. Hoc uñ Virgilius dixerit:nullus inq̃rit:ſed cõſtat illũ de Euripide traxiſſe:q ĩ fabula troadibus ĩducit Apollinẽ:quũ troia capiẽda eẽt.iſta dicẽtẽ.

Qui uerſus docẽt unde Virgilius uſurpauerit diſceſſiſſe deos a ciuitate iam capta. Nec hoc ſine autoritate græcæ uetuſtatis eſt:quod ait: Ipſa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem.

Euripides eni inducit Mineruã uentos cõtra græcoꝝ claſſem a Neptuno petentẽ:dicentẽq;:debere illũ facere qđ Iuppiter fecerit:a quo in græcos fulmẽ accæperit. Apud Virgiliũ Pan niueo lanæ munere lunam illexiſſe perhibetur in nemora alta uocans. Munere ſic niueo lanæ ſi credere dignum eſt:& reliqua. In hoc loco Valerius Probus uir perfectiſſimus notat: neſcire ſe hanc hiſtoriam ſiue fabulam: quo referat autore. Quod tantum uirum fugiſſe miror. Nam Nicander huius eſt au-

tor hiſtoriæ:poeta:quē Didymus grāmaticoꝝ oīum quiq; ſint: quiq; fue rint inſtructiſſimus:fabuloſum uocat. Q uod ſciens Virgilius adiecit: ſi credere dignū:adeo ſe fabuloſo uſum autore fatetur.

In tertio libro curſim legitur:neq; unde tranſlatū ſit qrit:Q uæ phœbo pater oīpotēs:mihi phœbus apollo Prædixit & cætera: In talibus locis grāmatici excuſantes imperitiā ſuā:inuētiōes has īgenio magis q̄ doctrinæ Maronis aſſignāt.nec dicūt eum ab aliis mutuatum:ne nominare autores cogantur. Sed affirmo doctiſſimum uatem etiam in hoc Aeſchylum eminentiſſimum tragœdiarum ſcriptorem ſecutum: qui in fabula quæ latina lingua ſacerdotis inſcribitur: ſic ait.

Ecquid claꝝ factū:inde ſumpſiſſe Virgiliū:q Apollo ea uaticinet:quæ ſibi Iuppiter fatur: Probatū ne uobis ē: Virgiliū:ut ab eo ītelligi nō pōt: qui ſonū latinæ uocis ignorat:ita nec ab eo poſſe: qui græcā nō hauſerit extrema ſatietate doctrinā.Nā ſi faſtidiū facere nō timerē: ingentia poteram uolumia de his quæ a penitiſſima græcorum doctrina trāſtuliſſet:implere.Sed ad fidem rei propoſitæ relata ſufficient.

Virgi. nō recte ītelligi ſine eruditiōe græca.

## MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLAris & illuſtris Saturnaliorum. Liber. vi.

### De his quæ a latinis Maro tranſtulit.

h Ic prætextatus: mirū inq̄t in modū digeſſit Euſtachius q̄ de græca antiqtate carmini ſuo Virgilius iſeruit:Sed meminimus:uiros inter oēs noſtra ætate lōge doctiſſimos:Furiū: Cecinnāq; Albinū ꝑmiſiſſe ſe ꝑdituros: quid idē Maro de antiquis ſcriptoribus traxerit:Q uod nūc ut fiat tempus admonet. Q uumq; omnibus idem placeret: tum Furius albinus:Et ſi uereor: ne dum oſtēdere cupio quātū Virgilius noſter ex antiquoꝝ lectiōe profecerit:& quos ex omnibus flores: uel quæ in carminis ſui decorē ex diuerſis ornamenta leuauerit:occaſionē repræhendendi uel imperitis uel malignis miniſtrem: exprobantibus tanto uiro alieni uſurpationem:nec conſiderantibus hunc eſſe fructum legendi. æmulari ea q̄ in aliis probes: & quæ maxime īter aliorum dicta mireris:in aliquē uſum tuum opportuna deriuatione conuertere: quod & noſtri tam inter ſe q̄ a græcis:& græcorum excellentes inter ſe ſæpe fecerunt. Et ut de alienigenis taceā:poſſē pluribus edocere quātū ſe mutuo cōpilarint bibliothecæ ueteris autores: Q uod tñ opportune alias(ſi uolentibus uobis erit)

ꝓbabo: Vnum nunc exemplũ ꝓferam: quod ad ꝓbanda quæ aſſero pene ſufficiet. Affranius enim togataꝵ ſcriptor in ea togata quæ cõpitalia iſcribit̃: nõ inuerecunde reſpõdens arguẽtibus: ꝙ plura ſumpſiſſet a Menandro: Fateor inquit ſumpſi: non ab illo modo: ſed ut quiſqs habuit qđ cõueniret mihi: quodq; me nõ poſſe melius facere credidi: etiam a latino. Quod ſi hæc ſocietas & rerũ cõmunio poetis ſcriptoribuſq; oĩbus inter ſe exercẽda cõceſſa ẽ: quis fraudi Virgilio uortat: ſi ad excolẽdũ ſe: q̃dam ab antiquioribus mutuatus ſit? Cui etiã gratia hoc noĩe ẽ habẽda: ꝙ nõnulla ab illis in opus ſuũ quod æterno mãſurũ ẽ: trãſferẽdo: fecit ne oĩno memoria ueteꝵ deleret̃: quos (ſicut p̃ſens tẽpus oſtendit) nõ ſolũ lectui uerum etiã riſui habere iam cœpimus. Deniq; & iudicio transferendi: & modo imitandi conſecutus eſt: ut quod apud illũ legerimus alienũ: aut illius eſſe malimus: aut melius hic quã ubi natum̃ eſt: ſonare miremur. Dicam itaq; primũ quos ab aliis traxit uel ex dimidio ſui uerſus: uel pene ſolidos. Poſt hoc locos integros cum parua quadã mutatione trãſlatos: ſenſuſue ita tranſcriptos: ut unde eſſent eluceret: Immutatos alios: ut tamen origo eorum non ignoraretur. Poſt hæc quædã de his quæ ab Homero ſumpta ſunt: oſtendam non ipſum ab Homero tuliſſe: ſed prius alios inde ſumpſiſſe: & hunc ab illis quos ſine dubio legerat: tranſtuliſſe.

Virgilius.

Vertitur interea cælum & ruit oceano nox.

Ennius in ſexto.

Vertitur interea cælum cum ingentibus ſignis.

Virgilius.

Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum

Ennius in primo.

Qui cælum uerſat ſtellis fulgẽtibus aptũ. Et in tertio.
Cælũ proſpexit ſtellis fulgentibus aptũ. Et in decimo.
Hic nox præceſſit ſtellis ardentibus apta.

Virgilius.

Conciliumq; uocat diuum pater atq; hominum rex.

Ennius in ſexto.

Tum cum corde ſuo diuum pater atq; hominum rex.

Virgilius.

Eſt locus heſperiam graii cognomine dicunt.

Ennius in primo.

Eſt locus heſperiam quam mortales perhibebant.

Virgilius.

Tuq; o thybri tuo genitor cũ flumine ſancto

Ennius in primo.

Teq; pater thyberine tuo cum flumine ſancto.

Virgilius.

Accipe daq; fidem:ſunt nobis fortia bello Pectora.

Ennius in primo.

Accipe daq; fidem(fœduſq; feri bene firmum.

Virgilius.

Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.

Ennius in primo.

Quum ſuperum lumen nox intempeſta teneret:

Virgilius.

Tu tamē interea calido mihi ſanguine pœnas pſolues.

Ennius in primo.

Nec pol homo quiſq̄ faciet impune animatus
Hoc:niſi tu.mihi nam calido das ſanguine pœnas.

Virgilius.

Concurrunt undiq; telis Indomiti agricolæ

Ennius in tertio.

Poſtq̄ defeſſi ſunt:ſtant & ſpargere ſeſe:
Haſtis anſatis concurrunt undiq; telis.

Virgilius.

Summa nituntur opum ui.

Ennius in quarto.

Romani ſcalis ſumma nituntur opum ui. Et in.xvi.
Reges per regnum ſtatuaſq; ſepulcraq; quærunt.
Aedificant nomen. ſumma nituntur opum ui.

Virgilius.

Et mecum ingentis oras euoluite belli.

Ennius in ſexto.

Qui potis ingentis oras euoluere belli.

Virgilius.

Ne qua meis dictis eſto mora: iuppiter hac ſtat

Ennius in ſeptimo:

Non ſemper ueſtra euertit: nunc iuppiter hac ſtat:

Virgilius.

Inuadunt urbem ſomno uinoq; ſepultam.

Ennius in octauo.

Nunc hoſtes uino domiti ſomnoq; ſepulti.

Virgilius.

Tollitur in cælum clamor:cunctiq; latini

Ennius in ſeptimodecimo.

Tollitur in cælum clamor exortus utriſq;.

Virgilius.

Quadrupedāte putrem ſonitu quatit ungula campū

Ennius in ſexto.

Explorant numidæ: totam quatit ungula terram. Et in.viii.
Cum ſequitur ſummo ſonitu quatit ungula terram. Et i.xvii.
It eques:& plauſu caua concutit ungula terram:

Virgilius.

Vnus qui nobis contando reſtituit rem.

Ennius in.xii.

Vnus homo nobis contando reſtituit rem.

Virgilius.

Corruit in uulnus:ſonitum ſuper arma dederunt

Ennius in.xvi.

Concidit: & ſonitum ſimul inſuper arma dederunt.

Virgilius.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras.

Lucretius in.ii.

Quum primum aurora reſpargit lumine terras.

Virgilius.

Flammarum longos a tergo inuoluere tractus.

Lucretius in.ii.

Non ne uides longos flammarum ducere tractus.

Virgilius.

Ingeminant abruptis nubibus ignes.

Lucretius in.ii.

Nunc hinc nunc illinc abruptis nubibus ignes.

Virgilius.

Belli ſimulacra ciebat.

Lucretius in.ii.

Componunt:complent: belli ſimulacra cientur.

Virgilius.

Simulacraq; luce carentum.

Lucretius in.iiii.

Quum ſæpe figuras.
Contuimur miras:ſimulacraq; luce carentum.

Virgilius.

Aſper acerba tuens retro redit.

Lucretius in.v.

Aſper acerba tuens immani corpore ſerpens.

Virgilius.

Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Furius in primo annali.

Interea oceani linquens aurora cubile.

Virgilius

Q d' genus hoc hoīum: quæue hūc tā barbara morē:

Furius in.vi.

Q uod genus hoc hoīum ſaturno ſancte create.

Virgilius

Rumoreſq; ſerit uarios:ac talia fatur.

Furius in.x.

Rumoreſq; ſerunt uarios:ac multa requirunt.

Virgilius

Nomine quēq; uocans reficitq; in prælia pulſos.

Furius in.x.

Nomine quēq; ciet.dictorum tempus adeſſe.
Commemorat. Deinde infra.
Confirmat dictis:ſimulatq; exuſcitat acris
Ad bellandum animos:reficitq; ad prælia mentes.

Virgilius

Dicite pierides:non omnia poſſumus omnes.

Lucretius in.v.

Maior erat natu:non omnia poſſumus omnes.

Virgilius

Diuerſi circunſpiciunt:hoc acrior idem.

Pacuuius in Medea.

Diuerſi circunſpicimus:horror percipit.

Virgilius

Ergo iter incœptum peragunt rumore ſecundo.

Sueuius in libro.v.

Redeunt referuntq; petita rumore ſecundo.

Virgilius

Nunq̄ hodie effugies:ueniam quocunq; uocaris.

Neuius in equo troiano.

Nunq̄ hodie effugies:quin mea manu moriare.

Virgilius

Vendidit hic auro patriam:dominumq; potentem
Impoſuit:fixit leges pretio atq; refixit:

Varius de morte

Vendidit hic latium populis:agroſq; quiritum
Eripuit:fixit leges pretio atq; refixit.

Virgilius

Vt gemma bibat:& ſarano dormiat oſtro.

Varius de morte.

Incubet & tyriis:atq; ex ſolido bibat auro.

Virgilius

Talia ſæcla ſuis dixerunt currite fuſis.

Catullus.

Currite ducentes ſubtegmina currite fuſi

Virgilius

Felix heu nimium felix ſi littora tantum
Nunq̄ dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ.

Catullus.

Iuppiter oīpotens utinam non tempore primo
Gnoſia cecropiæ tetigiſſent littora puppes.

Virgilius

Magna oſſa lacertoſq; exuit.

Ennius in.xvii.

Magna oſſa lacertiq; apparent homini.

Virgilius

Placidam per membra quietem Irrigat.

Furius in primo.

Mitemq; rigat per pectora ſomnum.

Lucretius in.iiii.

Nūc qbus ille modis ſōnus p mēbra q̄etē Irrigat.

Virgilius

Campoſq; liquentes.

Lucretius in.vi.de mari ſimile.

Et liquidam molem campoſq; natantes.

Virgilius

Et geminos duo fulmina belli ſcipiadas.

Lucretius in.iii.

Scipiades belli fulmen chartaginis horror.

Virgilius

Et ora triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror

Lucretius in.ii.

Fœdo pertorquet ora ſapore.

Virgilius

Morte obita qualis fama eſt uolitare figuras.

Lucretius in.i.

Cernere uti uideamur eas audireq; coram.
Morte obita quorum tellus amplectitur oſſa.
Hinc eſt & illud Virgilii
Et patris anchiſæ græmio complectitur oſſa.

Virgilius

Ora modis attolens pallida miris.

Lucretius in.i.

Sed quædam ſimulacra modis pallentia m̃iris.

Virgilius

Tum gelidus toto manabat corpore ſudor.

Ennius in.xvi.

Tunc timido manat ex omni corpore ſudor

Virgilius

Labitur uncta uadis abies.

Ennius in.xiiii.

Labitur uncta carina:uolat ſuper impetus undas.

Virgilius

Ac ferreus ingruit imber.

Ennius in.viii.

Haſtati ſpargunt haſtas:fit ferreus imber.

Virgilius

Apicem̃ tamen incita ſummum Haſta tulit

Ennius in.xvi.

Tamen inde uolans ſecũ abſtulit haſta Inſigñe.

Virgilius

Puluerulentus eques furit:oẽs arma requirunt.

Ennius in.vi.

Ballatum pecudes quatit:omnes arma requirunt.

Virgilius

Nec uiſu facilis nec dictu affabilis ulli.

Actius in Philoctete.

Quem neq; tueri contra neq; affari queas.

Virgilius

Aut ſpoliis ego iam raptis laudabot opimis:
Aut leto inſigni.

Actius in armorum iudicio.

Nam tropheũ ferre me a forti uiro pulchrum eſt.
Si autem & uincar:uinci a tali nullum eſt probrum̃.

Virgilius

Nec ſi miſerum fortuna ſinonem
Finxit:uanum etiã mendacemq; improba finget.

Actius in Telepho.

Nam ſi a me regnum fortuna atq; opes
Eripere quiuit:& uirtutem nequiuit:

Virgilius

Diſce puer uirtutem ex me uerumq; laborem:
Fortunam ex aliis.

Actius in armorum iudicio.

Virtuti is par:diſpar fortunis patris.

Virgilius

Iam iam nec maxima iuno:
Nec ſaturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.

Actius in Antigona:

Iam iam neq; dii regunt
Neq; profecto deum ſummus rex omnibus curat.

Virgilius

Nũ capti potuere capi? nũ icẽſa cremauit Troia uiros?

Ennius in.x.quũ de pgamis loqret.

Quæ neq; dardaniis campis potuere perire
Nec quum capta capi.nec quũ combuſta cremari.

Virgilius

Multi præterea quos fama obſcura recondit.

Ennius in alexandro.

Multi alii aduentant:paupertas quoq; obſcurat noia.

Virgilius

Audentes fortuna iuuat.

Ennius in ſeptimo.

Fortibus eſt fortuna uiris data.

Virgilius

Recoquunt patrios fornacibus enſes
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.

Lucretius in quinto.

Inde minutatim proceſſit ferreus enſis.
Verſaq; in obſcurum ſpecies eſt facilis æneæ.

Virgilius

Pocula ſunt fontes liqdi atq; exercita curſu flumina

Lucretius in quinto.

Adſedare ſitim fluuii fonteſq; uocabant.

Virgilius

Quos rami fructus:quos ipſa uolentia rura
Sponte tulere ſua: carpſit.

Lucretius in quinto.

Quod ſol atq; imbres dederat:quod terra crearat.
Sponte ſua:ſatis id placarat pectora donum.

Poſt uerſus ab aliis uel ex integro uel ex parte tranſlatos : uel quædam immutando uerba tanq̃ ſucco alio tinctos : nunc locos locis componere : ſed & animo ut unde formati ſint : quaſi de ſpeculo cognoſcas.

Virgilius.

Nec ſum animi dubius uerbis ea uincere magnum
Quam ſit:& anguſtis hunc addere rebus honorem.
Sed me parnaſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor:iuuat ire iugis qua nulla priorum
Caſtaliam molli deuertitur orbita cliuo.

Lucretius in primo.

Nec me animi fallit q̃ ſint obſcura:ſed acri
Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor:
Et ſimul incuſſit ſuauem mi in pectus amorem
Muſarum:quo nunc inſtinctus mente uigenti
Auia pieridum peragro loca nullius ante
Trita ſolo.

Accipe & alterum locum Maronis illi unde traxerat comparandũ ut eundem colorem ac pene ſimilem ſonum loci utriuſq; reperias.

Virgilius.

Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantum totis uomit ædibus undam:
Nec uarios inhiant pulchra teſtudine poſtes.
Et mox.
At ſecura quies & neſcia fallere uita
Diues opum uariarum:at latis ocia fundis:
Speluncæ uiuiq; lacus:at frigida tempe:
Mugituſq; boum molleſq; ſub arbore ſomni
Non abſunt illic ſaltus ac luſtra ferarum:
Et patiens operum paruoq; aſſueta iuuentus

Lucretius in ſecundo.

Si non aurea ſunt iuuenum ſimulacra per ædes
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris.
Lumina nocturnis epulis ut ſuppeditentur:
Nec domus argento fulgens auroq; renidens:
Nec cytharam reboant laqueata aurataq; templa
Cum tamen inter ſe proſtrati in gramine molli
Propter aquæ riuum ſub ramis arboris altæ:
Non magnis opibus iocunde corpora curant:
Præſertim quum tempeſtas arridet:& anni
Tempora conſpargunt uiridantis floribus herbas.

Virgilius.

Non umbræ altorum nemorum non mollia poſſunt.
Prata mouere animum:non qui per ſaxa uolutus
Purior electro campum petit amnis.

Lucretius in ſecundo.

Nec teneræ ſalices atq; herbæ rore uigentes.
Fluminaq; ulla queunt ſummis lābentia ripis
Oblectare animum:ſubitamq; auertere curam.

Ipſius uero peſtilentiæ:quæ eſt in tertio georgicoꝝ: color totus & liniamenta pene omnia tracta ſunt de deſcriptione peſtilētiæ quæ eſt in. Vi. Lucretii. Nam uirgiliana incipit.

Hic quondam morbo cæli miſeranda choorta eſt
Tempeſtas:totoq; autumni incanduit æſtu:
Et genus omne neci pecudum dedit:omne ferarum.

Lucretii uero ſic incipit.

Hæc ratio quondam morborum & mortifer æſtus
Finibus in cecropis funeſtos reddidit agros:
Vaſtauitque uias:exhauſit ciuibus urbem.

Sed quatenus totum locum utriuſq; ponere ſatis longum eſt: excerpam aliqua:ex quibus ſimilitudo geminæ deſcriptionis appareat.

Virgilius ait.

Tum uero ardentes oculi atq; attractus ab alto
Spiritus interdum gemitu grauis:imaq; longo
Ilia ſingultu tendunt:it naribus ater
Sanguis:& oppreſſas fauces premit aſpera lingua

Lucretius ait:

Principio caput incenſum feruore gerebant:
Et duplices oculos ſuffuſa luce rubentes.
Sudabant etiam fauces intrinſecus atro
Sanguine:& ulceribus uocis uia ſepta cohibat.
Atq; animi interpres manabat lingua cruore
Debilitata malis:motu grauis:aſpera tactu.

Virgilius ſic ait.

Hæc ante exitium primis dant ſigna diebus.
Et quæ darent ſigna: ſupra rettulit: id eſt
Demiſſæ aures:ſincerus ibidem
Sudor & ille quidem morituris frigidus aret:
Pellis & attactu tractanti dura reſiſtit.

Lucretius ait.

Multaq; præterea mortis tunc ſigna dabantur
Perturbata animi mens in mœrore metuque:
Triſte ſupercilium:furioſus uultus & acer:
Sollicitæ porro plenæque ſonoribus aures:
Creber ſpiritus:aut ingens raroq; coortus.
Sudoriſq; madens per collum ſplendidus humor

Tenuuia ſputa minuta croci contracta colore:
Salſaque per fauces raucas uix edita tuſſis.

Virgilius.

Profuit inſerto latices infundere cornu.
Leneos.ea uiſa ſalus morientibus una.
Mox erat hoc ipſum exitio.

Lucretius ait.

Nec ratio remedii communis certa dabatur.
Nam quod alii dederat uitalis aeris auras
Voluere in ore licere:& cæli templa tueri
Hoc aliis erat exitio:letumque parabat.

Virgilius ait.

Præterea nec iam mutari pabula refert.
Quæſitæque nocent artes:ceſſere magiſtri.

Lucretius ait:

Nec requies erat ulla mali:defeſſa iacebant
Corpora muſſabat tacito medicina timore:

Virgilius ait.

Ipſis eſt aer auibus non æquus:& illæ
Præcipites alta uitam ſub nube relinquunt.

Lucretius ait.

Nec tamen omnino temere illis ſedibus ullã
Comparebat auis:nec triſtia ſecla ferarum
Exibant ſiluis:languebant plæraque morbo:
Et moriebantur:

Non ne uidentur nobis membra huius deſcriptionis ex uno fonte manaſſe? Sed rurſus locos alios cõparamus.

Virgilius.

Gaudent perfuſi ſanguine fratrum.
Exilioque domos & dulcia limina mutant.

Lucretius in tertio.

Sanguine ciuili rem conflant:diuitiaſque
Conduplicant auidi cædem cæde accumulantes:
Crudeles gaudent in triſti funere fratris.

Virgilius.

Multa dies uariuſque labor mutabilis æui
Rettulit in melius:multos alterna reuiſens
Luſit:& inſolido rurſus fortuna locauit.

Ennius in octauo.

Multa dies in bello conficit unus.
Et rurſus multæ fortunæ forte recumbunt.

Haud quaq̃ quenq̃ ſemper fortuna ſecuta eſt.

Virgilius.

O præſtans animi iuuenis:quantum ipſe feroci
Virtute exuperas:tanto me impenſius æquum eſt
Conſulere:atq; omnes metuentem expendere caſus.

Actius in Antigona.

Q uanto magis te iſtiuſmodi eſſe intelligo:
Tanto antigona magis me par eſt tibi
Conſulere & parcere.

Virgilius.

O lux dardaniæ ſpes o fidiſſima teucrum.& reliqua

Ennius in Alexandro.

O lux troiæ germane hector
Q uid ita cum tuo lacerato corpore miſer.
Aut qui te ſic reſpectantibus tractauere nobis?

Virgilius.

Frena pelectronii:lapithæ gyroſq; dedere
Impoſiti dorſo:atq; equitem docuete ſub armis
Inſultare ſolo:& greſſus glomerare ſuperbos.

Varius de morte

Q uem non ille ſinit lentæ moderator habenæ:
Q ua uelit ire:ſed anguſto prius ore coercens
Inſultare docet campis:fiugitq; morando.

Virgilius.

Talis amor daphnim:qualis quũ feſſa iuuencum
Per nemora atq; altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuum uiridi procumbit in ulua
Perdita:nec ſeræ meminit decedere nocti.

Varius de morte.

Ceu canis umbroſam luſtrans gortynia uallem:
Si ueteris potuit ceruæ comprehendere luſtra:
Sæuit in abſentem.& circum ueſtigia luſtrans
Aethera per nitidum tenues ſectatur odores.
Non amnes illam medii:non ardua tardant.
Perdita nec ſeræ meminit decedere nocti.

Virgilius.

Nea tua funera mater
Produxi:preſſiue oculos:aut uulnera laui.

Ennius in Cteſiphonte.

Neq; terram iniicere neq; cruenta
Conueſtire mihi corpora licuit

Neq; miſeræ laueræ lachrymæ ſalſum ſanguinem.

Virgilius.

Nãq; canebat uti magnum per inane coacta
Semina: terrarumq; animæq; mariſq; fuiſſent:
Et liquidi ſimul ignis:ut iis exordia primis
Omnia: & ipſe tener mundi concreuerit orbis.
Tum durare ſolum:& diſcludere nerea ponto
Cœperit:& rerum paulatim ſumere formas.
Iamq; nouum terræ ſtupeant luceſcere ſolem.

Lucretius in qnto ubi de cõfuſione orbis ante hunc ſtatum loquitur.

His neq; tum ſolis tota cerni lumine claro
Altiuolans poterat:neq; magni ſydera mundi:
Nec mare nec cælum:nec deniq; terra nec aer:
Nec ſimilis noſtris rebus res ulla uideri.
Sed noua tempeſtas quædam: moleſq; cohorta
Diffugere inde loci partes cœpere : pareſq;
Cum paribus iungi res:& diſcludere mundum
Membraq; diuidere: & magnas diſponere partes.

Et infra.

Hoc eſt a terris magnum ſecernere cælum
Et ſeorſum mare uti ſecreto humore pateret.
Seorſus item puri ſecretiq; ætheris ignis

Et infra.

Omnia enim magis hæc ex leuibus atq; rotundis.

Virgilius.

Cum fatalis equus ſaltu ſuper ardua uenit
Pergama: & armatum peditem grauis attulit aluo.

Ennius in alexandro.

Nam maximo ſaltu ſuperauit
Grauibus armatis equus
Qui ſuo partu ardua perdat pergama.

Virgilius.

Tum pater omnipotens rerũ cui ſumma poteſtas
Infit: eo dicente deum domus alta ſileſcit:
Et tremefacta ſolo tellus.ſilet arduus æther:
Tum uenti poſuere: p̃mit placida æquora pontus.

Ennius in Scipione.

Mundus cæli uaſtus conſtitit ſilentia:
Et neptunus ſæuus undis aſperis pauſam dedit.
Sol equis iter repreſſit ungulis uolantibus.
Conſiſtere amnes perennes:arbores uẽto uacant.

Virgilius.

Itur in antiquam ſyluam ſtabula alta ferarum:
Procumbunt piceæ: ſonat icta ſecuribus ilex:
Fraxineæq; trabes:cuneis & fiſſile robur
Scinditur:ac uoluunt ingentes montibus ornos.

Ennius in ſexto.

Incedunt arbuſta per alta ſecuribus cædunt:
Percellunt magnas:quercus exciditur ilex.
Fraxinus frangitur:atq; abies conſternitur alta.
Pinus proceras peruertunt:omne ſonabat
Arbuſtum fremitu ſyluai frondoſai:

Virgilius.

Diuerſi magno ceu quondam turbine uenti
Cõfligũt:zephyruſq; notuſq;:& lætuſ eois Eurus eq̃s.

Ennius in decimoſeptimo.

Concurrunt ueluti uenti quum ſpiritus auſtri
Imbricitor aquiloq; ſuo cum flamine contra:
Inde mari magno fluctus extollere certant.

Virgilius.

Nec tamen:hæc cum ſunt hominũq; boumq; labores
Verſando terram experti nihil improbus anſer

Lucretius in quinto.

Sed tamen interdum magno quæſita labore
Quum iam per terras frondent atq; omnia florent:
Aut nimiis torrens feruoribus æthereus ſol
Aut ſubiti perimunt imbres gelidæq; pruinæ:
Flabraq; uentorum uiolento turbine uerſant:

Sunt alii loci plurimorum uerſuum:quos Maro in opus ſuum cum paucorum imutatione uerbo℞ a ueteribus tranſtulit. Et quia longum eſt uniuerſos uerſus ex utroq; tranſcribere: libros ueteres notabo ut qui uolet illic legendo æqualitatẽ loco℞ conferendo miretur. In primo æneidos tempeſtas deſcribitur:& Venus apud Iouẽ queritur de periculis filii:& Iupiter eam de futurorum proſperitate ſolatur. Hic locus totus ſumptus a Neuio ẽ ex primo libro belli punici. Illic enim æque Venus troianis tempeſtate laborantibus cum Ioue queritur:& ſequuntur uerba Iouis filiam conſolantis ſpe futurorum. Item de Pandaro & Bitia aperiẽtibus portas: locus acceptus eſt ex libro quintodecimo Ennii: qui induxit hiſtros duos in obſidione erupiſſe portam: & ſtragem de obſidente hoſte feciſſe. Nec Tullio compilando dummodo undiq; ornamenta ſibi conferret: abſtinuit. O fama ingens ingentior armis Vir troiane: Nempe hoc ait: Aeneam famam ſuam factis fortibus ſupergreſſum: quum plærumq;

fama ſit maior rebus. Senſus hic in Catone Ciceronis his uerbis contin-gebat in eo: quod plæriſq; cõtra ſolet: ut maiora oĩa re q̃ fama uiderentur: Nã ſæpe euenit ut expectatio cognitione: aures ab oculis uincerent̃: Itẽ ꝓximus huic lõgo: ſed ꝓximus iteruallo. Cicero in Bruto: Duobus igit̃ ſũmis Craſſo & Antonio Lucius Philippus ꝓximus accedebat: ſed longo iteruallo: tñ ꝓximus. Sũt quædã apud Virgiliũ quæ ab Homero creditur trãſtuliſſe: ſed ea docebo a noſtris autoribus ſumpta: Qui priores hæc ab Homero in carmina ſua traxerãt: quod primũ ſummus homericæ laudis cumulus: ẽ quod quũ ita a plurimis aduerſus eũ uigilatum ſit: coactæq; oĩum uires manũ cõtrafecerint. Ille uelut pelagi rupes immota reſiſtit. Homerus de Aiacis forti pugna ait. Hunc locum Ennius in. xv. ad pugnam Celii tribuni his uerſibus tranſfert.

Vndiq; conueniunt: uelut imber tela tribuno
Configunt parmam: timuit haſtilibus umbo
Aerato ſonitu galeæ: ſed nec pote quiſq̃
Vndiq; intendo corpus diſcerpere ferro.
Semper abundantes haſtas frangitq; quatitq;:
Totum ſudor habet corpus: multumq; laborat.
Nec reſpirandi fit copia præpete ferro.
Hiſtri tæla manu iacientes ſolicitabant.

Hinc Virg. eũdem locũ de incluſo Turno gratia elegãtiore compoſuit.

Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere tantum
Nec dextra ualet: obiectis ſic undiq; telis
Obruitur: ſtrepit aſſiduo caua tempora circum
Tinnitu galea: & ſaxis ſolida æra fatiſcunt.
Diſcuſſæq; iubæ capiti: nec ſufficit umbo
Ictibus: ingeminant haſtis & troes & ipſe
Fulmineus mneſtheus: tum toto corpore ſudor
Liquitur: & piceum (nec reſpirare poteſtas)
Fulmen agit feſſos: quatit æger anhelitus artus.

Homerus ait.

Furius in quarto annali

Preſſatur pede pes: mucro mucrone: uiro uir.

Hinc Virgilius ait.

Hæret pede pes: denſuſq; uiro uir:

Homeri eſt.

Hunc ſecutus Hoſtius poeta in libro ſecundo belli hiſtorici ait.

Non ſi mihi linguæ centum atq; ſint ora totidem uoceſq; liquatæ.

Hinc Virgilius ait.

Non mihi ſi linguæ centum ſint oraq; centum
Homerica deſcriptio eſt equi fugientis:in hæc uerbā.

Ennius hinc traxit.

Et tum ſicut equus qui de præſepibus actus
Vincla ſuis magnis animis abrupit:& inde
Fert ſeſe campi per cærula lætaq; prata
Celſo pectore: ſæpe iubam quaſſat ſimul altam:
Spiritus ex anima calida ſpumas agit albas.

Virgilius.

Qualis ubi abruptis fugit præſepia uinclis. & cætera.

Nemo ex hoc uiles putet ueteres poetas ꝙ uerſus eoꝝ ſcabri nobis uidētur. Ille.n.ſtilus Enniani ſæculi auribus ſolus placebat & diu laborauit ætas ſecuta:ut magis huic molliori ſtilo acqeſcereť. Sed ulterius nemo ror Cecinnā:qn & ip̄e ꝓdat:q̄ meminit Maronē ex antiqtate trāſtuliſſe.

Tum Cecinna in uerſibus uel in locis quantum ſibi Maro ex antiquitate quæſiuerit:Furius ut memor & ueteris & nouæ autorum copiae diſſeruit.Ego conabor oſtēdere hūc ſtudioſiſſimū uatē & de ſingulis uerbis

Additus pro inſcito

ueterum aptiſſime iudicaſſe iſeruiſſe lecta operi ſuo uerba quæ nobis noua uideri facit incuria uetuſtatis: ut ecce addita: pro inimica & iſeſta: qs nō extimet poetā arbitrio ſuo nouum uerbū ſibi uoluiſſe fabricari affixa & per hoc infeſta: hoc iam dixerat Lucilius in nono his uerſibus.

Si mihi non prætor ſiet additus:atq; agitet me:
Non male ſit ille ut dico me extenderat unus.

Vomere

Virgilius.

Mane ſalutantum totis uomit ædibus undam.

Pulchre uomit undam & antique. Nam ait Ennius.

Vomitoria i ſpectaculis

Et tyberis flumen uomit in mare ſaxum.

Vnde & nunc uomitoria in ſpectaculis dicimus: unde homines glomeratim ingredientes in ſedilia ſe fundunt.

Agmen

Agmen pro actu & ductu quodam ponere non inelegans eſt: ut leui fluit agmine tybris: immo & antiquum eſt.

Ennius enim in quinto ait.

Crepitātibus flamis

Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen.

Quod ait:Crepitantibus urere flammis: non nouum uſurpauit uerbum ſed prior Lucretius in ſexto poſuit.

Nec res ulla magiſq̄ phœbi delphica laurus

Terribili ſonitu flamma crepitante crematur.

Tũ ferreus haſtis:Horret ager:horret mire ſe hẽt. Sed & Ennius i.ix. Horret ager.
Horreſcit telis exercitus aſper utrũqꝫ. Et in Erectheo
Arma arrigunt horreſcunt tela. Et in Scipione:
Sparſis haſtis lõgis cãpus ſplẽdet & horret.Sed & añ oẽs Homerus.

Splendet tremulo ſub lumine pontus.Tremulum lumen de imagine rei ipſius expreſſum ẽ.Sed prior Ennius in Menalippe.Lumen ſic tremulo terra & caua cærula candent. Et Lucretius in.vi. Præterea ſolis radiis iactatur aquai humor.& in lucem tremulo rareſcit ab æſtu. Tremulum lumen

Hic candida populus antro iminet & lentæ texunt umbracula uites. Sũt qui extimẽt hoc uerbũ umbracula Virgilio autore cõpoſitũ: quum Varro reꝝ diuinaꝝ lib.x.dixerit nõnullis magiſtratibus in oppido id genus umbraculi cõceſſum.Et Cicero in.v.de legibus.Vis ne igitur(quoniam ſol paululũ a meridie iam deuexus uidetur:neqꝫ dũ ſatis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur)deſcendatur ad lirim? eaqꝫ q̃ reſtant in illis alnorum umbraculis perſequamur? Similiter i Bruto.Sed ut & Theophraſti doctiſſimi hominis umbraculis. Vmbracula.

Tranſmittunt curſu campos:atqꝫ agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant: quod ait ſpecioſe tranſmittunt pro tranſeunt. Sic & Lucretius in ſecundo. Trãſmittere.
Et circumuolitant equites:medioſqꝫ repente
Tranſmittunt ualido quatientes impete campos.
Sed & Peſtanus Iubonenſis ſic ait: Pedibus equos tranſmiſimus quod eſt tranſiuimus.

Quam tota cohors imitata relictis Ad terram defluxit equis. Defluere ad terram.
Sic Furius in primo.
Ille graui ſubito deuinctus uulnere habenas
Miſit equi lapſuſqꝫ in humũ defluxit & armis Reddidit æratis ſonitũ.

Tum durare ſolum & diſcludere nerea ponto Cœperit.Ferit aures noſtras hoc uerbum diſcludere:ut nouum.Sed prior. Lucretius in quinto.
Diffugere inde loci partes cœpere pareſqꝫ
Cum paribus iungi res:& diſcludere mundum.

Paſtorem tityre pingues Paſcere oportet oues:deductũ dicere carmẽ. Deductum carmen
Deductũ pro tenui & ſubtili elegãter poſitũ ẽ.Sic aũt & Affranius i uirgine uerbis pauculis reſpõdit:Triſti uoce deducta:malleqꝫ ſe nõ qeuiſſe. Dixit itẽ apud Cornificiũ Deducta mihi uoce garrienti. Sed hæc ab illo fluxerunt:quod Põponius in atelania quæ kalendæ martiæ iſcribit᷑: ait. Vocẽ deducas oportet:ut mulieris uideãt᷑ uerba.Iube mõ afferat᷑ unus: ego uocẽ reddã tenuẽ & tremulã:Et infra:Etiam nũc uocẽ deducam.

Proiecta ſaxa Proiectaq; ſaxa pachynni Radimus. Proiecta ſi ſecũdũ cõſuetudinẽ dicat̃: itelligit̃ abiecta. Si ſecũdũ ueteres: ꝓiecta porro iactarat alibi ait. Proiecto dũ pede leuo Aptat ſe pugnæ. Sed & Siſenna in ſecũdo dixit: Et marſi ꝓpius ſuccedũt:atq; ita ſcutis ꝓiectis tectis ſaxa certati lẽta ma nibus cõiiciũt i hoſtes. Et i eodẽ: Vetus atq; igẽs erat arbor ilex: q̃ circũ ꝓiectis ramis maiorẽ partẽ loci ſummi tegebat. Et Lucretius in tertio.

Quamlibet immani proiectum corporis extet.

Tempeſtiua pinus. Et tempeſtiuam ſiluis euertere pinum.

Hoc uerbũ de pino tempeſtiuã a Catone ſumpſit:q ait:Pineã nucẽ quũ effodies:luna decreſcẽte eximito poſt meridiẽ ſine uẽto auſtro. Tum uero erit tempeſtiua:quum ſemen ſuum maturũ erit.

Inſeruit opi ſuo & græca uerba. ſed nõ primus hoc auſus: Autoꝝ eni Lychni. ueteꝝ audaciã ſecutus ẽ. Depẽdẽt lychni laquearibus aureis. Sicut Ennius i.ix. Lychnoꝝ lumina bis ſex. Et Lucretius i.v. Quin ẽt nocturna tibi terreſtria q̃ ſunt lumina pẽdẽtes lychni. Lucilius i.i. Porro chænopoda chnopodos lychnoſq;:& diximus cemnos ante pedes lecti atq; lucer Aethra nas. Et qđ dixit. Nec lucidus æthra ſydera polus: Ennius prior dixerat in xvi. Interea fax occidit:oceanũq; rubra tracti obruit æthra: Et Illius i theu trante Flãmineã p æthrã alte feruidã ferri facẽ. Dædala Circae: qa Lucretius dixerat:Dædala tellus. Reboant ſiluæq; & magnus olympus:quia ẽ apud Lucretiũ:Nec cythara reboant laqueata aurataq; tecta. Sed Hac licentia largius ſunt uſi ueteres:partius Maro. Quippe illi dixerũt & pauſam & machærã & acotiã & malacem: & alia ſimilia. Nec nõ & punicis oſciſq; uerbis uſi ſunt ueteres:quoꝝ imitatiõe uirgilius ꝑegrina uerba nõ Vri Camurus reſpuit:ut i illo: Silueſtres uri aſſidue. Vri eni gallica uox ẽ: qua feri boues ſignificãtur. Et camuris hirtæ ſub cornibus aures. Camuris peregri Camera. nũ uerbũ eſt:ideſt i ſe redeũtibus. Et forte nos quoq; hac rõne cameram figurauimus: Multa quoq; epitheta apud Virgilium ſunt q̃ ab ipſo facta creduntur:ſed & hæc a ueteribus tracta mõſtrabo:Sũt aũt ex his alia ſim Mulciber. plicia:ut gradiuus. mulciber:alia cõpoſita:ut arcitenẽs:uitiſator. Sed prius de ſimplicibus dicã:Et diſtictos mulciber afros. Mulciber eſt Vulcanus ꝙ ignis ſit:& oĩa mulceat ac domet. Actius in Philoctete:Heu mulciber arma ignauo iuicta es fabricatus & manu. Et Egnatius de rerũ natura libro primo:Deniq; mulciber & ipſe ferens altiſſima cæli contingũt. Petulci hædi hædiq; petulci floribus inſultent. Lucretius in.ii.

Præterea teneri tremulis in uocibus hædi
Corniferas norunt matres agniq; petulci

Liq̃di ignis. Illud audaciæ maximæ uideri poſſit: quod ait in bucolicis. Et liquidi ſimul ignis pro puro uel lucido:ſeu pro effuſo & abundanti: niſi prior hoc epitheto Lucretius uſus fuiſſet in ſexto.

Hac etiam fit uti de cauſa mobilis ille

Deuolet in terram liquidi calor aureus ignis.

Triſtis pro amaro tranſlatio decens ē.ut triſteſq; lupini. Et ita Ennius in libro ſabinarum.iiii.Neq; triſte quæritat ſinapi:neq; cepe mœſtū.Auritos lepores non Maro primus uſurpat:ſed Afraniū ſequitur: qui in prologo ex perſona Priapi ait:Nam quod uulgo prædicat aurito me parēte natū: non ita eſt.& ut compoſita ſubiungam: quod ait Virgilius. Triſtis.p amaro Auritus lepus

Vidit thuricremis quum dona imponeret aris. Thuricremis

Iam Lucretius in ſecundo dixerat.

Nam ſæpe ante deum uitulus delubra decora
Thuricremas propter mactatus concidit aras.

Quā pius arcitenens.Hoc epitheto uſus eſt Neuius belli punici libro ſecundo. Deinde pollens ſagittis inclytus arcitenens ſanctiſq; delphis prognatus pythius apollo. Idem alibi. Arcitenens

Cum tu arcitenens ſagittis pollens dea.
Sed & Hoſtius libro ſecundo belli hiſtrici.
Dia Minerua ſimul autem inuictus Apollo. Arcitenens,latonius.

Etiam ſyluicolæ fauni.

Neuius libro primo belli punici. Syluicolæ

Syluicolæ homines belliq; inertes.

Actius in Bacchis.

Syluicolæ ignota inuiſentes loca

Deſpiciens mare ueliuolum. Veliuolum.

Liuius in Helena

Tu qui permenſus ponti maria alta ueliuola.

Ennius in decimoquarto.

Quum procul aſpiciunt hoſtes accedere uentis Nauibus ueliuolis.

Idem in Andromache

Rapit & ex alto naues ueliuolas.

Vitiſator ſeruans curuam ſub imagine falcem. Vitiſator

Actius in Bacchis.

O Dioniſe pater optie uitiſator ſemela genitus euchia.

Almaq; curru Noctiuago phœbe.

Egnatius de rerum natura libro primo. Noctiuago

Roſcida noctiuagis aſtris labentibus phœbe
Pulſa loco ceſſit concedens lucibus altis

Tu nubigenas inuicte bimembres.

Cornificius in Glauco Bimembres

Centauros fodere bimembres

Caprigenumq; pecus nullo cuſtode per herbas Caprigenū

Pacuuius in Paulo.

Quāuis cāprigeno pecori grandior greſſio eſt.

Actius in Philoctete.

Caprigenum trita ungulis. Idem in Minotauro.
Taurigeno ſemine ortum fuiſſe: an humano.

Decēter & his epithetis Virgilius uſus eſt.pro ſagitta uolatile ferrum: & pro romanis gentem togatam: quorum altero Sueuius: altero Laberius uſus eſt. Nam Sueuius in libro quinto ait.

Volucrūq; uolatile telum. Ac Laberius in ephœbo: Licentiam ac libidinem ut tollam petis togatæ ſtirpis. Idem infra: Iccirco ope dilatatum eſt dominium togatæ gentis.

Figuras uero quas traxit de uetuſtate: ſi uolentibus uobis erit quum repentina memoria ſuggeſſerit enumerabo. Sed nunc dicat uolo Seruius quæ in Virgilio notauerit ab ipſo figurata nō a ueteribus accepta: uel auſu poetico noue quidem ſed decenter uſurpata. Quottidie enim romanæ indoli enarrando eundem uatem: neceſſe eſt habeat huius annotationis ſcientiam promptiorem.

Figuræ Virgilianæ.

p Lacuit uniuerſis electio: In reliqua ſuffecti etiā adhortati ſunt Seruium: ut quæ in ſe refuſa ſunt annotaret. Ille ſic incipit. Vates iſte uenerabilis uarie modo uerba modo ſenſus figurando multum latinitati leporis adiecit qualia ſunt hæc. Suppoſita de matre nothos furata creauit: ut ipſa creauerit quos creari fecerit: Tepidaq; recentem Cæde locum: quū locus recēs cæde noue dictus ſit. Et hæc ait: & ſocii ceſſerunt æquo re iuſſo: pro eo quod iuſſi ceſſerunt: Et cæſo ſparſurus ſanguine flāmas: qui ex cæſis uidelicet profunditur. Vota deū primo uictor ſoluebat eoo: pro quæ diis uota ſunt: & me conſortem nati cōcede ſepulchro. Alius dixiſſet: Et me conſortem nato concede ſepulchri: & Illa Viam celerās per mille coloribus arcum: ideſt per arcum mille colorum: & Hic alii ſpolia occiſis direpta latinis Coniiciunt igni: pro in ignem: & Corpore tela modo atq; oculis uigilantibus exit. Tela exit: pro uitat. & Senior leto canentia lumina ſoluit. pro uetuſtate ſenilia. Exeſæ arboris antro. pro cauerna. & Frontem obſcenam rugis arat: arat non nimie: ſed pulchre dictum. Ter ſecum ærato circūfert tegmine ſyluam: pro iaculis. & Vir gregis: pro capro: & illa q̄ pulchra ſunt. Aquæ mons: telorum ſeges: ferreus imber: ut apud Homerum.

Et dōa laboratæ cereris. & Oculiſq; aut pectore noctem accipit. & Vociſq; offenſa reſultat imago. & Pacemq; per aras exquirunt. & Paulatim abolere ſycheum incipit. Sæpe etiam uerba pro uerbis pulchre ponit. Oraq; corticibus ſumunt horrenda cauatis: ora pro perſonis. & Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit. Quid ē enim aura auri? aut quemadmodum aura refulget? Sed tamen pulchre uſurpauit: & Simili frōde-

ſcit uirga metallo:q̃ bene uſus eſt frondeſcit metallo? & Nigri cum lacte ueneni:nigro imponere nomen lactis. & Haud aliter iuſte qbus eſt Mezentius iræ: Odio eſſe aliquem uſitatum:iræ eſſe inuentum Maronis ē. Item de duobus incipit dicere & in unum deſinit: Interea reges ingenti mole latinus Quadriiugo uehitur curru:ut eſt apud Homerum.

Et protinus orſilochum & buthen duo maxima teucrum
Corpora:ſed buthen aduerſum cuſpide fixit:& cætera.
Iuturnam miſero fateor ſuccurrere fratri Suaſi:

Quũ ſolitũ ſit dici:Iuturnæ ſuaſi.& Vrbem quã ſtatuo ueſtra eſt.& Tu modo quos ĩ ſpem ſtatues ſubmittere gẽtis. Præcipuũ iam inde a teneris impẽde laborẽ:ꝓ in eos impẽde.Facit pulcherrimas repetitiões. Nã neq; Parnaſi uobis iuga:nã neq; pindi ulla morã fecere:quæ uobis quæ digna uiri pro talibus auſis? Vidiſtis quo Turnus equo:quibus ibat in armis? Nec interpoſitiones eius ocioſæ ſunt.Si te nulla mouet tantaꝶ gloria rerum.At ramum hunc(aperit ramũ q ueſte latebat)Agnoſcas. Vt ſceptꝶ hoc(dextra ſceptrũ nã forte gerebat) Nunq̃ fronde leui.Et illa mutatio elegantiſſima eſt:ut de quo loquebaꝛ ſubito ad ipſum uerba cõuertens. Vt bello egregias idem diſiecerit urbes:Troiãq; œchaliãq; & duros mille labores Rege ſub euriſtheo fatis iunonis iniquæ Pertulerit: tu nubigenas inuicte bimembris:& reliqua.Illa uero intermiſſio:quos ego:ſed motos præſtat componere fluctus:tracta eſt a Demoſthene

Hæc uero q̃ poetica indignatio:Proh iuppiter ibit:Hic ait: Hæc miſeratio.O patria o rapti nequicq̃ ex hoſte penates.& illa trepidatio: Ferte citi ferrum:date tela:& ſcandite muros:Hoſtis adeſt.Et cõqueſtio Me ne igitur ſocium ſummis adiũgere rebus:Niſe fugis? Quid illa excogitatio nouoꝶ intellectuũ:ut Mẽtitaq; tela:& ferrũq; armare ueneno. & Cultuſq; feros mollire colẽdo:Exuerint ſylueſtrem animũ:& uirgineũq; alte bibit acta cruorem:ut apud Homeꝶ de haſta:

Et Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores: & Glacie curſus frenaret aquaꝶ:& miſtaq; ridẽti colocaſia fundet acantho:eſt mollis flãma medullas Interea:& tacitum uiuit ſub pectore uulnus.& duro ſub robore uiuit Stupa mouens tardũ fumũ:& Sæuitq; canũ latratus in auras:& Cælataq; amnẽ fundens pater Inachus urna:& affixæ uenis.animaſq; in uulnera ponunt.Ei quicqd de apibus dixit in uiroꝶ fortium ſimilitudinem: ut adderet quoq; mores & ſtudia: populos & prælia. Quid plura? ut & quirites uocaret:dies me deficiet ſi oia perſequi a Virgilio figurata uelim. Sed ex his quæ dicta ſunt oia ſimilia lector diligens annotabit.

Quum Seruius iſta diſſereret Prætextatus Auienũ Euſtachio inſuſur-

rantem uidens:quid age inquit Euſtachi: uerecundiā Auieni probi ado‑
leſcentis iuua:& ipſe publicato nobis quod imurmurat Euſtachius iam
inquit:multa de Virgilio Seruiū geſtit interrogare: quoꝝ enarratio reſpi
cit officiū litteratoris:& tēpus indulgeri optat:quo de obſcuris ac dubiis
Ambigis: ſibi a doctiore fiat certior. Et prætextatus. Probo inquit mi Auiene qđ ea
de qbus ambigis:clam te eē nō pateris: Vnde exoratus ſit a nobis doctiſ
ſimus doctor:ut te ſecū negociū habere patiat̄. qa in cōmune ꝓficient q̄
deſideras audire. Ne tu modo ultra ceſſes aperire Seruio uiā de Virgilio
diſſerēdi. Tunc Auienus totus cōuerſus in Seruium:dicas uolo inqt do
ctoꝝ maxime:qd ſit ꝙ quū Virgilius anxie ſemp diligēs fuerit in uerbis
pro cauſæ merito uel atrocitate ponendis:incurioſe & abiecte in his uer‑
ſibus uerbū poſuit. Candida ſuccinctā latrantibus inguina mōſtris Duli
chias uexaſſe rates:uexaſſe enim uerbum eſt leuis ac parui incōmodi:nec
tam atroci caſui cōgruens. Quū repente hoies a bellua imaniſſima rapti
laniatiq; ſint. Sed & aliud huiuſcemodi depræhendi: Quis aut eury‑
ſthea duꝝ: aut illaudati neſcit buſiridis aras? Hoc enim uerbū illaudati
nō eſt idoneū ad exprimēdā ſceleratiſſimi hois deteſtationē: qui ꝙ hoies
oium gentium imolare ſolitus fuit:nō laude dignus eſt:ſed deteſtatione
execrationeq; totius generis humani dignus eſt:Sed nec hoc uerbum ex
diligentia uirgiliana uenire mihi uidet̄. Per tunicā ſqualentem auro:non
enim cōuenit dicere auro ſqualentem. qm̄ nitori ſplendoriq; auri cōtraria
Vexaſſe. ſit ſqualoris illuuies. Et ſeruius:De uerbo uexaſſe ita reſponderi poſſe ar
bitror uexaſſe graue uerbum eſt:tractūq; ab eo uidet̄ quod eſt uehere in
quo ineſt iam uis quædā alieni arbitrii:nō eni ſui potens eſt q uehit̄. Ve
xaſſe aūt quod ex eo inclinatum eſt:ui atq; motu ꝓcul dubio uaſtiore ē:
Taxare nā qui fert̄ & raptat̄:atq; huc atq; illuc diſtrahit̄:is uexari ꝓprie dicit̄: ſi
Iactare cuti taxare preſſius crebriuſq; eſt:q̄ tangere unde id procul dubio inclina
Quaſſare tum eſt:& iactare multo fuſius largiuſq; eſt q̄ iacere:unde id uerbum tra
ductū eſt. Quaſſare etiā q̄ quatere grauius uiolētiuſq; eſt. Nō igit̄ quia
uulgo dici ſolet uexatū eſſe quē fumo aut uento aut puluere laborare ui
demus:ꝓpterea debet uis uera atq; natura uerbi depire: quæ a ueteribus
qui ꝓprie & ſignate locuti ſunt:ita ut decuit obſeruata ē. M. Catonis uer
ba ſunt:ex oratione quā de achæis ſcripſit. quūq; Annibal terrā Italiā la‑
ceraret atq; uexaret:uexatā Italiā dixit Cato ab Annibale quādo nullum
calamitatis aut ſæuitiæ aut imanitatis genus reperiri queat: quod in eo tē
pore italia nō perpeſſa ſit. M. Tullius quarto in Verrē quæ ab iſto ſic ſpo
liata atq; direpta eſt:nō ut ab hoſte aliquo:q tamē in bello religionem &
cōſuetudinis iura retineret:ſed ut a barbaris ꝑdonibus uexata eſſe uidea
Illaudatus tur. De illaudato aūt duo uident̄ reſponderi poſſe. Vnum eſt eiuſmodi:
Nemo quiſq̄ tā efflictis eſt moribus:qn faciat:aut dicat nonnunq̄ aliqd
quod laudari queat. Vnde hic antiquiſſimus uerſus uice prouerbii cele‑

bratus eſt.Sed.n.qui in omni re atq; in omni tempore omni laude uacat: is illaudatus ẽ:iſq; oium peſſimus deterrimuſq; ẽ. At ſicuti ois culpæ priuatio inculpatũ facit:inculpatus aũt inſtar eſt abſolutæ uirtutis.Illaudatus quoq; igit̃ finis eſt extremæ malitiæ.Itaq; Homerus non uirtutibus appellãdis:ſed uitiis detrahẽdis laudare ampliter eam ſolet. Hoc.n.eſt. Inculpatus

Epicurus quoq; ſimili modo maximam uoluptatem priuationem detractionemq; omnis doloris definiuit his uerbis.

Eadem ratione idem Virgilius inamabilẽ dixit ſtygiam paludẽ. Nam ſicut illaudatum κατα ςερησιν laudis:ita inamabilẽ ꝑ amoris ςερησιν deteſtatus eſt.Altero modo illaudatus ita defendit̃.Laudare ſignificat priſca lingua nominare:appellareq;.Sic in actiõibus ciuilibus autor laudari dicit̃:quod eſt nominari.Illaudatus ergo eſt:quaſi illaudabilis ideſt nũq̃ nominãdus:ſicuti quondã a cõmuni cõſilio aſiæ decretũ eſt:uti nomen eius:qui templũ Dianæ epheſiæ incẽderat: ne quis ullo in tẽpore nominaret.Tertiũ reſtat ex his quæ repræhenſa ſunt:ꝙ tunicam ſqualentẽ auro dixit.Id aũt ſignificat copiã denſitatẽq; auri in ſquamarũ ſpeciẽ intexti. Squalere enim dictũ ab ſquamarũ celebritate aſperitateq;:quæ in ſerpentum piſciumue coriis uiſunt̃.Quã rem & alii & hic idẽ poeta locis aliquot demõſtrat. Quẽ pellis inquit ahenis In plumam ſquamis auro cõſerta tegebat.Et alio loco:Iamq; adeo rutilũ thoraca indutus ahenis Horrebat ſquamis. Accius in pelopidibus ita ſcribit. Eius ſerpentis ſquamæ ſqualido auro & purpura prætextæ.Quicquid igit̃ nimis inculcatũ obſitumq; aliqua re erat:ut incuteret uiſentibus facie noua horrorẽ: id ſqualere dicebatur.Sicut in corporibus incultis ſquamoſiſq; alta cõgeries ſordium ſqualor appellatur:Cuius ſignificationis multo aſſiduoq; uſu totũ id uerbum ita contaminatum eſt:ut iam ſqualor de re alia nulla q̃ de ſolis inquinamentis dici cœperit. Gratũ mihi eſt Auienus inquit correctum: quod de optimis dictis male opinabar.Sed in hoc uerſu mihi uidetur deeſſe aliquid:Ipſe quirinali lituo paruaq; ſedebat Succinctus trabea. Si.n. nihil deeſſe concedimus:reſtat ut fiat lituo & trabea ſuccinctus:quod eſt abſurdiſſimum.quippe quũ lituus ſit uirga breuis in parte q̃ robuſtior ẽ incurua:q̃ augures utunt̃.Nec uideo qualiter poſſit lituo ſuccinctus uideri.Reſpondit Seruius ſic hoc dictũ eſſe:ut plæraq; dici ꝑ defectionem ſolent:ueluti cũ dicit̃.M.Cicero homo magna eloquẽtia. Et Roſcius hiſtrio ſũma uenuſtate.Nõ plenũ hoc utrũq;:neq; perfectũ eſt:ſed enim ꝓ pleno ac ꝑfecto audit̃:ut Virgilius alio in loco: Victorẽ buten imani corpore:ideſt corpus imane habentẽ.Et itẽ alibi.In mediũ geminos immani pondere ceſtus Proiecit ac ſimiliter:Domus ſanie dapibuſq; cruẽtis. Sic igit̃ id quoq; dictũ uideri debet:Ipſe quirinali lituo; ideſt lituũ quirinalẽ

Laudare qd ſignificat

Squalere

Squalor

Lituus

tenes:Quod minime mirandū foret:ſi ita dictum fuiſſet:Picus quirinali
lituo erat:ſicuti dicimus ſtatua grandi capite erat.Et eſt aūt:& erat:& fuit
plærūq; abſunt cū elegantia: ſine detrimēto ſentētiæ. Sed qm̄ litui facta
mentio eſt prætermittendum nō eſt: quod poſſe quæri animaduertimus:
utrū a tuba lituus auguralis appellet̃: an tuba a lituo augurum lituus di
cta ſit. Vtrūq; enim pari forma & pariter in capite incuruū eſt. Sed ſi (ut
quidam putant) tuba a ſonitu.lituus appellata eſt ex illo. Homeri uerſu
λιγξεβιοσ:neceſſe eſt ut uirga auguralis a tubæ ſimilitudine lituus uo
cetur. Vtit̃ aūt uocabulo iſto Virgilius pro tuba:ut ibi: Et lituo pugnas
Maturare inſignis obibat & haſta.Subiecit Auienus.Maturate fugā: quid ſit parū
mihi liquet.Cōtraria enim mihi uidet̃ fuga maturitati: unde quid de hoc
uerbo ſentiendū ſit:quæſo me doceas.Et Seruius:Nigidius homo oium̄
bonaꝝ artium diſciplinis egregius.Maturare inquit eſt quod neq; citius:
neq; ſerius:ſed mediū quiddam & temperatū ē: bene atq; proprie Nigi
dius. Nam & in frugibus & in pomis matura dicunt̃ quæ neq; immitia
ſunt:neq; caduca & nimium cocta:ſed tempore ſuo tēperate adulta.Hāc
interpretationē nigidianam diuus Auguſtus duobus uerbis græcis ele-
ganter exprimebat.Nā & dicere in ſermōibus:& ſcribere in epiſtolis ſoli
tum ferunt:σπευδεβραδεωσ:per qđ monebat: ut ad rem agendā ſi-
mul adhiberet̃ & induſtriæ celeritas:& tarditas diligētiæ:Ex qbus duo-
bus cōtrariis fit maturitas.Sic ergo Virgilius īducit neptunū diſceſſum
uentis imperantē:ut & tam cito diſcedant tanq̄ fugiāt:& tamē flādi me-
diocritatē in regreſſu teneāt tanq̄ mature:ideſt temperate abeūtes. Veret̃
enim ne in ipſo diſceſſu claſſi noceāt:dum raptu nimio tanq̄ per fugā re-
deunt.Idem Virgilius maturare & properare tanq̄ plene cōtraria ſcitiſſi-
me ſeparauit his uerſibus:Frigidus agricolas ſi quando cōtinet iber:Mul
ta forent quæ mox cælo ꝓperāda ſereno Maturare datur.Bene & elegā-
ter duo iſta uerba diuiſit. Nāq; i properatu rei ruſticæ per tempeſtates &
pluuias:quoniā & neceſſitate ociū eſt:maturari pōt:per ſerenas uero:qm̄
tempus inſtat ꝓperari neceſſe ē. Sane quū ſignificandū eſt coactius qđ
Premature. & feſtinatius factū:rectius hoc dicit̃ præmature factū:quā mature.Sicu
ti Afranius dixit i toga:cui tituli nonen eſt: appetis dominatum: Petens
præmature præcocem.In quo uerſu animaduertendū eſt: ꝙ præcocem i
quit nō præcoquē.Eſt enim caſus eius rectus nō præcoquis.ſed præcox.
Præcox.cis. Hic Auienus rurſus interrogat. Quū Virgilius iquit Aeneā ſuū tāquā
oium pium a contagione atrocis uiſus apud inferos uindicauerit:& ma-
gis eum fecerit audire reoꝝ gemitus:quā ipſa uidere tormēta: in ipſos ue
ro campos pioꝝ licenter iduxerit:cur hoc tantū uerſu oſtendit illi partē
locoꝝ:quibus impii cohibebant̃. Veſtibulū ante ipſum primiſq; in fau-
cibus orci.Qui enim ueſtibulum & fauces uidet:intra ipſam ædem iam
ſine dubitatione ſucceſſit:aut ſiquid aliud de ueſtibuli uocabulo intelli-

gendum:ſcire deſidero. Ad hæc Seruius: Plæraq; ſunt uocabula quibus
uulgo utimur:nõ tamen liquido animaduertimus: quid ea ex uera ꝓprie
tate ſignificent:ſicuti eſt ueſtibulum in ſermonibus celebre atq; obuium
uerbum:nõ in oibus tamen qui illo facile utunt̃ ad liquidũ expectatum.
Putant enim ueſtibulũ eſſe partem domus priorẽ quã atriũ uocant. Sed Veſtibulum hec de ueſtibulo ex xvi et cap v gellij ſumpta ſunt
Cecilius Gallus uir doctiſſimus in libro de ſignificatiõe uerboꝶ: quæ ad
ius ciuile pertinẽt ſecũdo: Veſtibulum dicit eſſe nõ in ipſis ædib us. neq;
ædiũ partẽ:ſed locum ante ianuã domus uacuũ. per quẽ de uia aditus ac
ceſſuſq; ad fores ædium fit. Ipſa enim ianua ꝓcul a uia fiebat area interſi-
ta quæ uacaret. Q uæ porro huic uocabulo ratio ſit queri multum ſolet.
ſed q̃ ſcripta apud idoneos autores legi: ꝓferre in mediũ non pigebit. Ve Vetus
ꝑticula ſicuti quædã alia: tũ intentionẽ ſignificat: tũ minutionem. Nam Vehemens
uetus & uehemens alteꝶ ab ætatis magnitudine cõpoſitũ eliſumq; ẽ:al-
terũ a nimio impetu & ui mentis inſtructũ. Vecors aũt & ueſanus priua Vecors
tionem ſignificat ſanitatis & cordis. Diximus aũt ſupius eos qui amplas Veſanus
domus antiquitus faciebant:locũ ante ianuã uacuũ relinquere ſolitos: q̃
interfores domus & uiã medius eſſet: In eo loco qui dominũ eiuſdẽ do-
mus ſalutatũ uenerãt: prius q̃ admitterent̃: conſiſtebãt: & neq; in uia ſta-
bant: neq; itra ædes erãt: Ab illa ergo gtãdis loci cõſiſtione: & quaſi qua-
dam ſtabulatione ueſtibula appellata ſunt ſpatia: in qbus multũ ſtaretur
ab aduenĩetibus prius q̃ intromitterent̃ in domũ. Alii conſentientes ue-
ſtibula eadẽ eſſe quæ diximus: in ſenſu tamẽ uocabuli diſſentiunt. Refe
runt eni; nõ ad eos q adueniunt: ſed ad illos qui in domo cõmanẽt: quo-
niã illic nunq̃ conſiſtũt: ſed ſolius tranſitus cauſa ad hunc locũ ueniunt
exeundo ſiue redeũdo. Siue igit̃ ſecundũ priores p augmeutũ: ſiue p ſe-
cundos per diminutionẽ intelligendũ eſt: tamen ueſtibula cõſtat aream:
quæ a uia domũ diuidit. Fauces aũt iter anguſtũ eſt: per qđ ueſtibulũ de Fauces.
uia flectit̃. Ergo Aeneas: quũ uidet fauces atq; ueſtibulũ domus impioꝶ
nõ eſt intra domũ. nec cõtactu ædiũ execrabili ſæuoq; polluit̃: ſed de uia
uidet loca inter uiam & ædes locata.

Bidẽtes hoſtiæ qd eſſent: inquit Auienus: interrogaui quẽdam de grã Bidentes. omnia hec de bidẽte ad uerbũ ex gell. lib. xvi cap vi ſũpta ſunt
maticoꝶ cohorte. & ille bidẽtes oues eſſe reſpõdit: iccircoq; lanigeras ad
iectũ: ut oues planius demonſtrarent̃. Eſto inquã oues bidentes dicant̃.
Sed quæ ratio huius in ouibus epitheti ſcire inquam uolo. Atq; ille nihil
cunctatus: oues iquit bidẽtes dictæ ſunt: ꝙ duos tm̃ dentes habeãt. Tũc
ego ubi terraꝶ quæſo te inq̃ duos ſolos p naturã dentes habere oues ali-
quando uidiſti? Oſtentũ enim hoc eſt factis piaculis procurandũ. Tum
ille petmotus mihi: & irritatus: quære inquit ea potius quæ a grammatico
quærenda ſunt. Nam de ouiũ dentibus opiliones percunctãtur: Facetias
ego nebulonis hominis riſi: & reliqui. Sed te percũctor quaſi ipſius uer-
borum naturæ conſcium. Tum Seruius. de numero dentiũ quẽ ille opi-

natus eſt:reprehendendus a me nõ eſt:quum ipſe iam riſeris. Verũ procurandum mihi eſt : ne illud obrepat : ꝙ bidentes epithetum ſit ouium. quum Pmponius egregius attellanarum poeta in gallis tranſalpinis hoc ſcripſerit:Mars tibi uoueo facturum:ſi unq̄ rediero:bidente:uerre. Publius autem Nigidius in libro quem de extis compoſuit: bidentes appellari ait:non oues ſolas:ſed omnes beſtias bimas. Neq; tamen dixit: cur ita appellentur.Sed in cõmentariis ad ius pontificum pertinentibus: legi bidennes primo dictas.d.littera ex ſuperfluo(ut ſæpe aſſolet)interiecta : ſicut pro reire redire dicitur:& pro reamare redamare: & redarguere ꝓ reარguere.Ad hiatum enim duarum uocalium procurandum: interponi ſolet.d.littera. Ergo bidennes primum dictæ ſunt quaſi biennes. & longo uſu loquendi corrupta eſt uox: & ex bidennibus bidentes dictæ. Higinus tamen : qui ius pontificum non ignorauit : in.v. librorum : quos de Virgilio fecit:bidentes appellari ſcripſit hoſtias : quæ per ætatem duos dentes altiores haberent : per quos ex minore in maiorem tranſcendiſſe conſtaret ætatem.

Iterum querit Auienus in his uerſibus Frena pelethronii lapithæ gyroſq; dedere impoſiti dorſo:atq; equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo & greſſus glomerare ſuperbos cur Virgilius equi officium equiti dederit.Nam inſultare ſolo:& glomerare greſſus:equi conſtat eſſe:nõ equitis.Bene inquit Seruius: hæc tibi quæſtio nata ex incuria ueteris lectionis.Nam quia ſeculum noſtrum ab Ennio:& omni bibliotheca uetere deſciuit:multa ignoramus quæ non laterent:ſi ueterum lectio nobis eſſet familiaris.Omnes enim antiqui ſcriptores:ut hominem equo inſidentem ita & equum quum portaret hominem:equitem uocauerunt : & equitare non hominem tantum: ſed equum quoq; dixerunt Ennius libro annalium.vii.ait. Deniq; ui magna quadrupes eques: atq; elephanti proiiciũt ſeſe.Nunquid dubium eſt quin equitem in hoc loco ipſum & equũ dixerit? quũ addidiſſet illi epitheton quadrupes? Sic & equitare quod uerbum e uocabulo equitis inclinatum eſt: & homo utens equo: & equus ſub homine gradiens dicebatur.Lucillius nãq; uir apprime linguæ latinæ ſcius equum & currere & equitare dicit hoc uerſu. Nempe hunc currere equum nos atq; equitare uidemus.Ergo & apud Maronem:qui antiquæ latinitatis diligens fuit:ita intelligendũ eſt:atq; equitẽ docuere ſub armis.Ideſt docuerunt & equum portantem hominem inſultare ſolo : & greſſus glomerare ſuperbos.

Eques & equitare.

Subiecit Auienus:Quũ iam trabibus cõtextus acernis Staret equus ſcire uellem in equi fabrica caſu ne an ex induſtria hoc genus ligni nominauerit.Nam licet unum pro quolibet ligno ponere poeticæ licentiæ ſit: ſolet tamen Virgilius temeritatem licentiæ non amare: ſed rationis certæ uim rerum uel nominum eligere.

# MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLAris & Illuſtris Saturnaliorum. Liber.vii.

p

Rimis menſis poſt epulas iam remotis:& diſcurſim uariantibus poculis minutoribus: Prætextatus:Solet cibus inquit quũ ſumitur tacitos efficere:potus loquaces. At nos & iter pocula ſilemus: tanq̃ debeat ſeriis:uel etiã philoſophicis carere tractatibus tale conuiuiũ. Et Symmachus: Verũ ne ita ſentis Vecti? ut philoſophia cõuiuiis iterſit: & non tanq̃ cenſoria quædã: & plus nimio uerecũnda materfamilias penetralibus ſuis contineatur: nec miſceant ſe libero: cui etiã tumultus familiares ſunt:quũ ipſa huius ſit uerecundiæ: ut ſtrepitũ nõ modo uerboꝝ:ſed ne cogitationum quidẽ in ſacrarium ſuæ quietis admittat. Doceat nos uel peregrina iſtitutio & diſciplina a parthis petita:qui ſolẽt cũ cõcubinis nõ cũ cõiugibus inire conuiuia:tanq̃ has & in uulgus ꝓduci:& laſciuire quoq; illas non niſi domi abditas tueri deceat tectũ pudorẽ. An ego cenſeã ꝓducendã philoſophiã:quo rethorica ueni re ars:& ꝓfeſſio popularis erubuit? Iſocrates eni græcus orator qui uerba Iſocrates prius libera ſub numeros ire primus coegit:quũ in conuiuio a ſodalibus oraret̃:ut aliqd ĩ mediũ de æloquẽtiæ ſuæ fonte ꝓferret:hãc ueniã deprecatus eſt. Quæ p̃ſens iquit locus & tẽpus exigit:ego nõ calleo. quæ ego calleo:nec loco p̃ſenti ſunt apta:nec tempori. Ad hæc Euſtachius:Probo Symmache ꝓpoſitũ tuũ:q; philoſophiã ea quã maximã putas obſeruatione ueneraris:ut tantũ intra ſuũ penetral exiſtimes adorandã. Sed ſi pp Penetral. hoc a cõuiuiis exulabit ꝓcul hinc faceſſant & alũnæ eius: honeſtatẽ dico & modeſtiã:nec minus cũ ſobrietate pietatẽ. Quã enim haꝝ dixerim minus eſſe uenerabilẽ? Ita fit ut ab eiuſmodi cœtibus relegatus matronarum taliũ chorus libertatẽ cõuiuioꝝ ſolis cõcubinis ideſt uitiis & criminibus abdicat. Sed abſit:ut philoſophia quæ in ſcholis ſuis ſollicite tractat de officiis cõuiuialibus:ipſa cõuiuia reformidet:tanq̃ nõ poſſit rebus aſſerere:quæ ſolet uerbis docere:aut neſciat ſeruare modũ: cuius ĩ oibus humanæ uitæ actibus terminos ipſa cõſtituit. Neq; eni ita ad mẽſas inuito philoſophiã:ut nõ ſe ipſa moderet̃:cuius diſciplina eſt:reꝝ oium moderationẽ docere. Vt ergo inter te & Vectiũ uelut arbitrali iudicatiõe cõponã:aperiam quidẽ philoſophiæ tricliniorꝝ fores. Sed ſpõdeo ſic interfuturã:ne mẽſuram notæ ſibi ac ſectatoribus ſuis diſpenſationis excedat.

Tũc Furius:Quia te unicũ Euſtachii inquit ſectatorẽ philoſophiæ noſtra ætas tulit:oratus ſis:ut modũ diſpenſationis quã das ei conuiuanti: nobis ipſe patefacias. Et Euſtachius:Primũ hoc eã ſcio ſeruaturã:ut ſecũ æſtimet præſentiũ ingenia cõuiuaꝝ. Et ſi plures peritos:uel ſaltem amato

tis ſui in conuiuii ſocietate repperit:ſermonem de ſe patietur agitari: quia uelut paucæ litteræ mutæ diſperſæ inter multas uocales in ſocietatẽ uo-cis facile manſueſcunt:ita rariores imperiti gaudentes conſortio peritoꝝ: aut conſonant ſi qua poſſunt:aut rerum talium capiuntur auditu.Si ue-ro plures ab inſtitutione huius diſciplinæ alieni ſint: prudentibus q pau ciores interrerunt: ſanciet diſſimulationem ſui: & patietur loquacitatem maiori parti amiciorẽ ſociare:ne rara nobilitas a plebe tumultuoſiore tur betur.Et hæc eſt una de uirtutibus philoſophiæ.quia quũ orator nõ ali-ter niſi orando probetur:philoſophus non minus tacendo pro tempore: q̃ loquẽdo philoſophatur.Si ergo pauci aderunt doctiores:in cõſenſum rudis conſortii ſalua & interquieſcente ueri notione migrabunt:ut omnis diſcordiæ ſuſpicio faceſſat.Nec mirũ ſi doctus faciet:quod fecit quondã Piſiſtratus athenaꝝ tyrãnus:qui quũ filiis ſuis rectum dando conſilium non obtinuiſſet aſſenſum: atq; ideo eſſet in ſimultate cũ liberis:ubi hoc æmulis cauſam fuiſſe gaudii cõperit:ex illa diſcordia ſperãtibus in domo regnãtis naſci poſſe nouitatẽ:uniuerſitate ciuium cõuocata ait: ſuccen-ſuiſſe quidem ſe filiis nõ acquieſcentibus patriæ uoluntati: Sed hoc ſibi poſtea uiſum paternæ aptius eſſe pietati ut in ſententiã liberorũ ipſe cõ-cederet.Sciret igitur ciuitas ſobolem regis cũ patre eſſe cõcordem. Hoc cõmento ſpem detraxit inſidiantibus regnãtis quieti.Ita in omni uitæ ge nere præcipueq; in lætitia cõuiuiali:omne quod uidetur abſonum:in unã concordiam ſoni ſalua innocentia redigendum eſt.Sic Agathonis cõui-uium.quia Socrates Phædros:pauſanias:& Eriſymmachos habuit. Sic ea cœna quam Callias doctiſſimus dedit:Charniadam dico:Antiſthenẽ: & Hermogenem cæteroſq; his ſimiles:uerbum nullum niſi philoſophũ ſenſit.At uero Alcioni uel Didonis menſa quaſi ſolis apta delitiis habuit hæc Ioppam:illa Poliphemum cithara canentes. Nec deerant apud Al-cionum uiri ſaltatores:& apud Didonem Bitias: ſic hauriens merum: ut ſe totum ſuperflua eius effuſione prolueret.Nonne ſiquis aut inter phæ acas:aut apud pœnos ſermones de ſapientia erutos conuiuialibus fabu-lis miſcuiſſet:& gratiam illis cœtibus aptam perderet:& in ſe riſum plane iuſte moueret?Ergo prima eius obſeruatio erit æſtimare conuiuas. Dein de ubi ſibi locum patere uiderit:nõ de ipſis profunditatis ſuæ inter pocu la ſecretis loquet̃:nec nodoſas & anxias:ſed utiles quidẽ facileſq; quæſti ones mouebit:Nã ſicut inter illos qui exercitii genus habẽt in mediis ſal tare cõuiuiis:ſiquis ut ſe amplius exerceat:uel ad curſum:uel ad pugilla-tũ:ſodales laceſſiuerit:quaſi ineptus relegabit̃ ab alacritate conſortii:Sic apud menſam qñ licet aptis philoſophandũ eſt:ut crateri liquoris ad læti tiã nati adhibeat̃ nõ modo nymphaꝝ:ſed muſaꝝ quoq; admiſtione tem peries:Nam(ſicut fateri neceſſe ẽ)in omni cõuentu aut tacendũ eſt: aut loquendum.Quæramus: ſilentium ne conuiuiis:an & opportunus ſer-

Piſiſtratus

Agathonis conuiuiũ.

mo conueniat. Nā ſi ſicut apud athenas ariopagitæ tacentes iudicant: ita inter epulas oportet ſemp ſileri: Nō eſt ultra quærendū inter mēſas philoſophādū nec ne ſit. Si uero nō erūt muta cōuiuia: cur ibi ſermo ꝑmittitᷣ ihoneſtus: honeſtus ꝓhibetᷣ? maxīe quū non minus quā dulcedo uini: hilarēt uerba cōuiuium: Nā ſi Homeri latentē prudentiā inſcruteris altius: delinimentū illud quod Helena uino miſcuit: nō herba fuit: non ex idia ſuccus: ſed narrandi opportunitas: q̄ hoſpitem mœroris oblitū flexit ad gaudium. Vlyxis enim præclara facinora filio præſente narrabat.

ϖαντα μεν ὀυκαν εγώ μυθησομαι ουδονομηνὼ
οσσοι ὀδυσσηοσ ταλασιφρονοσ εισιν αεθλοι
αλλοιον τοδερεξε και ετ λη καρτεροσ ανηρ
δημω ενι τρωώνοτι ϖασχετε ϖηματα χαιοι

Ergo paternā gloriam & ſingula eius fortia dicendo: animū filii fecit alacriorem. & ita credita eſt contra mœrorē uino remediū miſcuiſſe. Quid hoc inquis ad philoſophiam? Immo nihil tam cognatū ſapientiæ: quā locis & tēporibus aptare ſermones: perſonarū quæ aderunt æſtimatione in mediū uocata: Alios enim relata incitarūt exempla uirtutū: alios beneficioꝝ: nōnullos modeſtiæ: ut & qui aliter agebāt: ſæpe auditis talibus ad emendationē uenirent. Sic aūt uitiis irretitos: ſi & hoc cōuiuiis exegerit loquēdi ordo: feriet philoſophia nō ſentientes: ut Liber pater thyrſo ferit ꝑ obliquationē circūfuſæ hederæ latente mucrone: qa nō ita ꝓfitebitᷣ in cōuiuio cenſorē: ut palā uitia caſtiget. Cæteꝝ his obnoxii repugnabunt: & talis erit cōuiuii tumultus: ut ſub huiuſmodi iuitati uideantᷣ edicto. Bacchus quō modo ferit

Quod ſupereſt: læti bene geſtis corpora rebus
Procurate uiri: & pugnam ſperate parari.

Aut ut Homerus breuius & expreſſius dixit:

Ergo ſi opportunitas neceſſariæ rep̄henſionis emerſerit: ſic a philoſopho ꝓficiſcetur: ut & tecta & efficax ſit. Quid mirū ſi feriet ſapiēs ut dixi nō ſentiētes: quū interdū ſic repræhendat ut rep̄henſus hilaretur? Nec tantum fabulis ſuis: ſed iterrogationibus quoq; uim philophiæ nihil ineptū loquētis oſtēdet. Hāc ergo nullus honeſtus actus: locuſue: cœtuſue excludat: quæ ita ſe aptat: ut ubiq; ſic appareat neceſſaria: tanquā abeſſe illā nefas fuerit. Et Auienus: Nouas mihi duas diſciplinas uideris inducere: interrogādi uel rep̄hendendi: ut alacritas utrinq; iis ad quos ſermo eſt exciteᷣt: quū dolor ſemp rep̄henſionē uel iuſtā ſequatᷣ. Vnde hæc quæ leuiter attigiſti fac quæſo enarrando planiora. Primum iquit Euſtachius hoc teneas uolo: non de ea me repræhenſione dixiſſet: quæ ſpeciem accuſationis habet: ſed quæ uituperationis inſtar eſt: hoc græci ſcōma uocāt: Scōmma nō minus quidem amarum q̄ accuſatio: ſi importune ꝓferatur. Sed a ſa-

piente ſic proferetur:ut dulcedinē quoq; non careat. Et ut prius tibi de iterrogando reſpondeā. Qui uult amœnus eſſe cōſultor: ea interrogat q̃ ſunt iterrogato facilia reſpōſu:& quæ ſcit illū ſedula exercitatiōe didiciſſe. Gaudet enim quiſqs ꝓuocatur ad doctrinā ſuā in mediū ꝓferendam: quia nemo uult latere quod didicit:maxime ſi ſcientia quā labore quæſiuit:cū paucis illi familiaris: & plurimis ſit icognita:ut de aſtronomia: uel dialectica cæteriſq; ſimilibus. Tūc enim uident conſeq fructum laboris: quum adipiſcuntur occaſionem publicandi quæ didicerant ſine oſtentationis nota:qua caret qui non ingerit:ſed inuitatur ut proferat. Cōtra magne amaritudinis eſt:ſi coram multis interroges aliquem: quod non optima ſcientia quæſiuit. Cogitur enim aut negare ſe ſcire: quod extremū uerecundiæ damnū putant:aut reſpondere temere:& fortuito ſe euentui ueri falſiue cōmittere. Vnde ſæpe naſcitur iſcitiæ proditio: & omne hoc infortunium pudoris ſui imputat conſulenti. Nec nō & qui obierunt maria & terras:gaudent quum de ignoto multis uel terrarū ſitu: uel ſinu maris interrogantur:libenterq; reſpondent:& deſcribūt modo uerbis:modo radio loca:glorioſiſſimū putantes quæ ipſi uiderant aliorum oculis obiicere. Quid duces & milites: qui fortiter a ſe facta ſemper dicturiunt: & non tacent arrogantiæ metu? Non ne ſi ut hæc referant inuitentur: mercedem ſibi laboris extimant perſolutam? remunerationem putantes iter uolentes narrare quæ fecerant? Adeo autem id genus narrationum habet quendam gloriæ ſaporem:ut ſi inuidi uel æmuli forte præſentes ſint: tales interrogationes obſtrependo diſcutiant: & alias inſerendo fabulas prohibeant illa narrari:quæ ſolent narranti laudem creare. Pericula quoq; præterita uel erumnas penitus abſolutas qui euaſit:ut referat: gratiſſime prouocatur. Nam qui adhuc in ipſis uel paululum detinetur: horret admonitionem:& formidat relatum. Ideo Euripides expreſſit:adiecit enī σώθεντα:ut oſtenderet poſt finem malorum gratiam relationis incipere. Et poeta noſter adiiciendo olim: quid aliud niſi poſt emenſa infortunia futuro tempore iuuare dicit memoriam ſedati laboris? Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit. Nec negauerim eſſe malorum genera: quæ non uult qui pertulit uel tranſacta meminiſſe. Nec minus interrogatus offenditur:q̃ quum in ipſis malis fuit:ut qui carnifices expertus eſt:& tormenta membrorū:ut qui infauſtas pertulit orbitates:uel cui nota quondā afflicta cenſoria eſt. Caue interroges:ne uidearis obiicere. Illum ſæpe ſi potes ad narrandum prouoca: qui recitando fauorabiliter excæptus eſt: uel qui libere & feliciter legationem peregit: uel ab imperatore comiter affabiliterq; ſuſcæptus ē:uel ſiquis tota pene claſſe a piratis occupata: ſeu igenio ſeu uiribus ſolus euaſit:qa uix implet deſideriū loquētis reꝝ taliū uel lōga narratio. Iuuat:ſi quē dicere iuſſeris amici ſui repētinā felicitatē. quantus illi honor acreuerit:quā ſponte non audebat uel tacere uel dice-

Dicturiunt.

re: modo iactantiæ modo malitiæ metu.Qui uenatibus gaudet:interrogetur de ſiluæ ambitu:de ambage luſtrorum:de uenationis euentu. Religioſus ſi adeſt:da illi referendi copiam:quibus obſeruationibus meruerit auxilia deorum:quantus illi cerimoniarum fructus: quia & hoc genus religionis exiſtimant:numinum beneficia non tacere.Adde quia uolunt & amicos ſe numinibus extimari.Si uero & ſenex præſens eſt:habes occaſionem qua plurimum illi contuliſſe uidearis:ſi eum interroges: uel quæ ad illum omnino nõ Pertinent.Eſt enim huic ætati loquacitas familiaris. Hæc ſciens Homerus quandam congeriem ſimul interrogantium Neſtori fecit offerri:

Senibus loquacitas ẽ familiaris

Tot loquẽdi ſemina interrogãdo congeſſit: ut pruritum ſenectutis expleret.Et Virgilianus Aeneas gratum ſe ad oĩa præbens Euandro:uarias illi narrãdi occaſiones miniſtrat.Neq; enim de una re aut altera requirit: ſed ſingula lætus Exquiritq; auditq; uirũ monumẽta prioꝝ.Et Euãder conſultationibus captus ſcitis q̃ multa narrauerit.

Hæc dicẽtem fauor excæpit omniũ.Sed mox ſubiecit Auienus.Vos omnes qui doctorum doctiſſimi adeſtis orauerim: ut hortau ueſtro Euſtachius quæ de ſcõmate paulo ante dixerit:animetur aperire.Oibuſq; ad hoc ꝓuocãtibus ille cõtexuit.Præter categoriã quæ eſt ψογοσ:& præter Διαβολην quæ delatio eſt: ſunt alia duo apud græcos nomina lœdoria:& ſcõma:quibus nec uocabula latina reperio:niſi forte dicas lœdoriam exprobrationẽ eſſe ad directam cõtumeliam: Scõma enim pene dixerim morſum figuratũ:quia ſæpe fraude uel urbanitate tegitur:ut aliud ſonet:aliud itelligas.Nec tamẽ ſemp ad amaritudinẽ pergit: ſed nõnunq̃ iis in quos iacit̃ & dulce eſt.Quod genus maxime uel ſapiens: uel alias urbanus exercet:præcipue inter mẽſas & Pocula: ubi facilis ẽ ad iracundiam ꝓuocatio.Nã ſicut in præcipiti ſtantẽ uel leuis tactus ipellit: ita uino uel ĩfuſum uel aſperſum paruus quoq; dolor icitat in furorem. Ergo cautius in cõuiuio abſtinendum ſcõmate:quod tectam intra ſe habet iniuriam.Tanto enim preſſius hærent talia dicta: q̃ directe lœdorie: ut hami coanguloſi q̃ directi mucrones tenacius infigunt̃: maximeq; dicta huiuſmodi riſum p̄ſentibus mouent: quo uelut aſſenſus genere confirmat̃ iniuria.Eſt enim lœdoria huiuſmodi:Oblitus ne es quia ſalſamenta uendebas?Scõma autem:qđ diximus ſæpe cõtumeliã eſſe celatã:tale ẽ.Meminimus quãdo brachio te emungebas. Nã quum res eadẽ utrobiq; dicta ſit:illud tamẽ lœdoria eſt.quod apte obiectũ ex ꝓbatũq; eſt:hoc ſcõma:qđ figurate.Octauius q natu nobilis uidebat̃:Cicerõi recitãti ait:Nõ audio quæ dicis.Ille reſpõdit Certe ſolebas bene foratas habere aures. Hoc eo dictum eſt:quia Octauius libys oriũdus dicebat̃:quibus mos ẽ aurem forare.In eundem Ciceronem Laberius:quum ab eo ad cõſeſſum

Lœdoria

Scomma

Lœdoria
Scomma

non reciperetur:dicente recipere te niſi anguſte ſederemus:ait ille minus mordaciter:Atqui ſolebas duabus ſellis ſedere.obiiciens tãto uiro lubricum fidei.Sed id quod Cicero dixit:niſi anguſte ſederemus:ſcomma ẽ in .C.Cæſarem:qui i ſenatũ paſſim tam multos admittebat:ut eos.xiiii.gradus capere nõ poſſent.Tali ergo genere quod fœtum cõtumeliæ ẽ:abſtinẽdum ſapienti ſup cæteris in cõuiuio ẽ:Sunt alia ſcõmata minus aſpera edentatæ belluæ morſus:ut Tullius in conſulẽ qui uno tantũ die cõſulatũ peregit.Solent inqt eſſe flamines diales: modo cõſules diales habemus. Et in eundẽ:Vigilantiſſimus ẽ conſul noſter: qui in conſulatu ſuo ſomnum nõ uidit.Eidemq; exprobranti ſibi. ꝙ ad eundem cõſulem non ueniſſet:Veniebam inquit:ſed nox me cõpræhendit.Hæc & talia ſunt:q̃ plus urbanitatis:minus amaritudinis habent : ut ſunt & illa de nõnullis corporis uitiis aut parũ aut nihil gignẽtia doloris:ut ſi in caluitiũ cuiuſq̃ dicas uel in naſum:ſeu curuam erectionẽ:ſeu ſocraticã depreſſionẽ.Hæc enĩ quanto minoris infortunii ſunt:tanto lenioris doloris.Cõtra oculorũ orbitas non ſine excitatione cõmotionis obiicitur. Quippe Antigonus

Theocritus chius

rex Theocritum chium:de quo iurauerauerat ꝙ ei parſurus eſſet occidit: ꝓpter ſcomma ab eodẽ de ſe dictũ.Quum enim quaſi puniendus ad antigonũ raperetur:ſolantibus eũm amicis:ac ſpẽ pollicentibus:ꝙ omnino clæmentiam regis experturus eſſet:quum ad eius oculos ueniſſet: reſpõdit: Ergo impoſſibilem mihi dicitis ſpem ſalutis. Erat autem antigonus uno orbatus oculo: & importuna urbanitas maledicacem luce priuauit. Nec negauerim philoſophos quoq; incurriſſe nõnunq̃ per indignationẽ hoc genus ſcommatis. Nam quum regis libertus ad nouas diuitias nuper erectus philoſophos ad conuiuium congregaſſet:& irridendo eorum minutulas quæſtiones:ſcire ſe uelle dixiſſet:cur & ex nigra & ex alba faba pulmentũ unius coloris edat.

Aridices philoſophus

Aridices philoſophus indigne ferens:tu nobis inquit abſolue:cur de albis & nigris loris ſimiles maculæ gignantur.

Scõmatum duæ ſpẽs.

Sunt ſcommata quæ in ſuperficie habẽt ſpeciem cõtumeliæ: ſed interdum non tangunt audientes:quum eadem ſi obnoxio dicantur exagitant: ut contra ſunt quæ ſpeciem laudis habent : & perſonam audientis efficiunt contumeliæ plenam. De priore prius dicam.

L.Quintus prætor.

Lucius Quintus prætor de prouincia nuper reuerterat: obſeruata quod mireris domitiani temporis præturæ maxima caſtitate.Is quum æger aſſidenti amico diceret: frigidas ſe habere manus: renidens ille ait. At qui eas de prouincia calidas paulo ante reuocaſti. Riſit Quĩtus: delectatuſq; eſt: quippe alieniſſimus a ſuſpicione furtorum. Contra ſi hoc diceretur male ſibi conſcidet ſua furta recolenti:exacerbaſſet auditum.Critobolũ famoſæ pulchritudinis adoleſcentem Socrates quũ ad comparationem formæ prouocaret:iocabãtur:nõ irridebat.Certe ſi dicas cõſumatarũ diuitiarum uiro:tibi excito creditores tuos:aut ſi nimis caſto:gratæ ſũt tibi meretrices: qa con

tinuā eas largitatē ditaſti:utiq; delectabuntur: ſcientes his dictis ſuā conſcientiā non grauari. Sicut cōtra ſunt: quæ ſub ſpecie laudis exagitāt: ſicut paulo ante diuiſi. Nam ſi timidiſſimo dixero: Achilli uel Herculi cōparandus es: aut famoſæ iniquitatis uiro: ego te Ariſtidi in æquitate ꝓpono: ſine dubio uerba laudē ſonantia ad notā uitupationis ſuæ uterq; tracturus eſt. Eadem ſcommata eoſdē modo iuuare modo mordere poſſunt pro diuerſitate ꝑſentiū ꝑſonaꝝ. Sunt eni quæ ſi corā amicis obiiciant̃ nobis: libenter audire poſſimus. & uxore uero ſeu parentibus: magiſtris ue ꝑſentibus dici in nos aliqđ ſcomma nolimus: niſi forte tale ſit: quod illoꝝ cenſura libenter accipiat: Vt ſiqs adoleſcentem corā parentibus uel magiſtris irrideat: q; inſanire poſſit cōtinuis uigiliis: lectionibuſq; nocturnis: aut uxore præſente: q; ſtulte faciat uxorium ſe præbendo: nec ullam elegantiam eligendo formarum. Hæc enim & in quos dicuntur: & præſentes hilaritate perfundunt. Cōmendat ſcomma & conditio dicentis: ſi ī eadem cauſa ſit: ut ſi alium de paupertate pauper irrideat: ſi obſcure natum natus obſcure. Nam Tharſius Amphias quū ex hortulano potens eſſet: & in amicū quaſi degenerem nōnulla dixiſſet: mox ſubiecit: Sed & nos de eiſdem ſeminibus ſumus: & omnes pariter lætos fecit. Illa uero ſcommata directa lætitiam cum in quem dicuntur infundunt: ſi uirum fortem uituperes quaſi ſalutis ſuæ prodigum: & pro aliis mori uolentem: aut ſi obieceris liberali: q; res ſuas profundat minus ſibi q̃ aliis conſulendo. Sic & Diogenes Antiſthenem Cynicum magiſtrum ſuum ſolebat ueluti uituperando laudare. Ipſe me aiebat mendicum fecit ediuite: & pro ampla domo in dolio fecit habitare. Melius autem iſta dicebat: q̃ ſi diceret: gratus illi ſum: quia ipſe philoſopum me & conſumatæ uirtutis uirum fecit. Ergo quum unum nomen ſcommatis ſit: diuerſi continentur in eo effectus. Ideo apud lacedæmonios iter cætera exactæ uitæ īſtituta: hoc quoq; exercitii genus Lycurgo eſt inſtitutum: ut adoleſcentes & ſcommata ſine morſu dicere: & ab aliis in ſe dicta perpeti diſcerent. Ac ſiquis eorum in indignationem ob tale dictum prolapſus fuiſſet: ulterius ei in alterum dicere non licebat. Quum ergo uideas mi Auiene (inſtituenda eſt enim adoleſcentia tua: quæ ita docilis eſt: ut dicenda præcipiat) quum uideas inquā: anceps omne eſſe ſcommatum genus: ſuadeo in cōuiuiis in quibus læticiæ inſidiabitur ira: ab eiuſmodi dictis faceſſas: & magis quæſtiones conuiuiales uel proponas: uel ipſe diſſoluas. Quod genus ueteres ita ludicrum non putarunt: ut & Ariſtoteles de ipſis aliqua conſcripſerit: & Plutarchus: & ueſter Apuleius. Nec contemnendum ſit: quod tot philoſophantium curam meruit. Ludicrum

Et Prætextatus: Hoc quæſtionum genus quum & ſenilem deceat ætatem: cur ſoli iuueni ſuadetur? Quin agite omnes qui adeſtis hæc apta cōuiuio fabulemur: nec de cibatu tantū: ſed & ſi qua de natura corporū: uel alia: ꝑſente maxīe Diſario noſtro: Cibatu

cuius plurimũ ad hoc genus quæſtionũ poterit ars & doctrina cõferre: ſortiamurq̧(ſi uidetᷣ)ut per ordinẽ unuſquiſq̧ ꝓponat quã ſoluendam exiſtimet quæſtionem. Hic aſſenſi omnes. Prætextato anteloquiũ detulerunt: orantes ut quum ipſe cœpiſſet: cæteris ex filo conſultationis eius: interrogandi conſtitueretur exemplum.

Anteloquiũ

Cibus nec ſimplex: an multiplex digeſtu facilior ſit.

Tum ille quæro inquit: utrũ ſimplex an multiplex cibus digeſtu facilior ſit: quia multos hũc: nõnullos illũ ſectantes uidemus. Et ẽ quidẽ ſuperba ac cõtumax: & ueluti ſui oſtentatrix cõtinentia: cõtra amœnam ſe & comem appetẽtia uult uideri. Q uũ ergo cenſoria ſit una: delicata altera: ſcire equidem uelim: q̃ ſeruandæ aptior ſit ſanitati. Nec longe petẽdus aſſertor eſt: quũ Diſarius adſit: qui qđ cõueniat corporibus humanis nõ minus callet: q̃ ipſa natura huius fabricæ autor & nutrix. Dicas ergo uelim: quid de hoc quod q̃ritᷣ medicinæ ratio pſuadeat: Si me Diſarius inqt aliquis ex plebe impitoꝝ de hac q̃ſtione cõſuluiſſet: quia plebeia ingenia magis exemplis q̃ rõne capiuntᷣ: admonuiſſe illũ contentus forem iſtitutionis pecudũ: quibus quũ ſimplex & uniformis cibus ſit: multo ſaniores ſunt corporibus humanis: & inter ipſas illæ morbis implicantur: quibus(ut altiles fiant)offæ cõpoſitæ & quibuſdã cõdimentis uariæ farciũtur. nec dubitaret poſthac: quũ aduertiſſet aialibus ſimplici cibo utentibus familiarem ſanitatẽ: ægreſcere aũt quæ ſaginantᷣ: & cõpoſita uarietate crudeſcere. Fortaſſe illũ attentiorem exemplo altero feciſſem: ut conſideraret nullũ unq̃ fuiſſe medicoꝝ circa curas ægreſcẽtiũ tam audacis negligentiæ: ut febrienti uariũ & nõ ſimplicẽ cibũ daret. Adeo cõſtat q̃ facilis digeſtu ſit uniformis alimonia: ut ei uel cũ infirma ſit natura ſufficiat: Nec tertiũ defuiſſet exemplũ: ita eſſe uitandam ciboꝝ uarietatem: ut uaria ſolent uina uitari. Q uis enim ambigat: eum qui diuerſo uino utitur: in repentinam ruere ebrietatem? nec dum hoc potus copia poſtulante? Tecum autem Vecti: cui ſoli perfectionem diſciplinarũ omnium contigit obtinere: non tam exemplis: q̃ rõne tractandum eſt: quæ & me tacente clam te eſſe non poterit. Cruditates eueniũt: aut qualitate ſucci: in quẽ cibus uertitur: ſi non ſit aptus humori qui corpus obtinuit: aut ipſius cibi multitudine: non ſufficiente natura ad omnia quæ congeſta ſunt concoquenda. Ac primum de ſucci qualitate uideamus. Q ui ſimplicem cibum ſumit: facile quo ſucco uel corpus eius iuuetur: uel grauetᷣ: uſu docente cognoſcit. Nec eni ambigit cuius cibi qualitate poſſeſſus ſit: quũ unum ſumpſerit: & ita fit: ut noxa cuius cauſa dephenſa eſt: facile uitetᷣ. Q ui aũt multiplici cibo alitur: diuerſas patitᷣ q̃litates ex diuerſitate ſuccoꝝ. Nec cõcordãt humores ex materiæ uarietate naſcentes: nec efficiũt liquidum purumue ſanguinem: in quem iecoris miniſterio uertuntur: & in uenas cũ tumultu ſuo trãſeunt. Hinc morboꝝ ſcaturigo: qui ex repugnantium ſibi humorum diſcordia naſcuntur. Deinde quia non omnium

Noxa

quæ eſui ſunt:una natura eſt:non oia ſimul coquuntur:ſed alia celerius: tardius alia:& ita fit ut digeſtionũ ſequentiũ ordo turbet̃.Neq; enim cibi quem ſumimus:una digeſtio eſt:ſed ut corpus nutriat: quattuor patit̃ digeſtiones:quaꝝ unã oẽs:uel ipſi quoq; ebetes ſentiũt:alias occultior ratio dep̃hendit.Quod ut oibus liqueat:paulo altius mihi cã repetẽda eſt. Quattuor ſunt nobis uirtutes:quæ adminiſtrandã alimoniã receperunt. Quaꝝ una dicit̃ Δεκτικη q̃ deorſum trahit cibaria cõfecta mãdibulis. Quid enĩ tam craſſam materiã per fauciũ anguſta fulciret: niſi eã uis naturæ occultior hauriret? Hauſta uero nõ cõtinuo lapſu p omne corpus ſuccedẽtibus ſibi foraminibus peruiũ ad imũ uſq; deſcẽdũt: & talia q̃lia accæpta ſunt: egeruntur.ſed ſalutare officiũ digeſtionis expectãt.Secundæ hoc cura uirtutis ẽ:quã græci quia retentatrix ẽ uocant κατεκτικην. Tertia quia cibũ in aliud ex alio mutat:uocat̃ αλλοιωτικη.Huic obſequunt̃ oẽs:qa ipſa digeſtióibus curat. Vẽtris enĩ duo ſunt orificia.Quorũ ſuperius erectũ recipit deuorata:& in follẽ uentris recõdit.Hinc ẽ ſtomachus qui paterfamilias dici meruit:quaſi oẽ animal ſolus gubernans. Nam ſi ægreſcat:uita in ancipiti ẽ: titubante alimoniæ meatu:cui natura tanq̃ rõnis capaci uelle ac nolle cõtribuit. Inferius uero demiſſum inteſtinis ad iacentibus inſerit̃:& inde uia ẽ egerẽdi.Ergo in uentre fit prima digeſtio uirtute αλλοιωτικη in ſuccum uertente quicqd accæptũ eſt. cuius fex retrimenta ſunt.q̃ per inteſtina inferiore orificio tradẽte labuntur: & officio quartæ uirtutis:cui αποκριτικη nomẽ eſt: procuratur egeſtio. Ergo poſtq̃ in ſuccum cibus reformat̃:hic iam iecoris cura ſuccedit. Eſt aũt iecur cõcretus ſanguis:& iõ habet natiuũ calorẽ: qui cõfectũ ſuccũ uertit in ſanguinẽ.Et ſicut cibũ in ſuccũ uerti prima eſt:ita ſuccũ tranſire in ſanguinẽ ſecunda digeſtio ẽ. Hunc calor iecoris adminiſtrandum per uenaꝝ fiſtulas in ſua quæq; mẽbra diſpergit:pte quæ ex digeſtis frigidiſſima ẽ in lyenem refuſa:qui ut iecur caloris:ita ipſe frigoris domiciliũ eſt. Nam ideo oẽs dexteræ partes ualidiores ſunt:& debiliores ſiniſtræ:quia has regit calor uiſceris ſui:illæ cõtagione frigoris ſiniſtra obtinẽtis hebetant̃.In uenis aũt & arteriis:q̃ ſunt recæptacula ſanguinis & ſpiritus:tertia fit digeſtio.Nã accæptũ ſanguinẽ quodã modo defæcant:& qd̃ in eo aquoſum ẽ:uenæ in ueſicã refundunt:liquidũ uero purumq; & altilẽ ſanguinẽ ſingulis totius corporis mẽbris miniſtrãt.Et ita fit:ut cibum ſolus uẽter accipiat:eius alimõia dipſa p uniuerſos mẽbroꝝ meatus:oſſa quoq; & medullas & ungues nutriat:& capillos.Et hæc ẽ quarta digeſtio: q̃ in ſingulis membris fit: dum quod unicuiq; mẽbro datum ẽ: ipſi mẽbro fit nutrimentũ.Nec tamen huic totiens defæcato retrimẽta ſua de ſunt: quæ quum mẽbra omnia in ſua ſunt ſanitate:per ocultos euaneſcũt meatus: Si qua uero pars corporis ægreſcat: in ipſam quaſi infirmiorẽ ultia illa quæ diximus retrimẽta labunt̃.Et hinc naſcunt̃ cauſæ quæ ρευματα

Digeſtióes cibi quattuor

Mandibulis. Faucium.

Curat digeſtionibus

Retrimenta

Iecur quid

Lyen

Dexteræ partes cur ualidiores:ſiniſtræ minus.

Vrina quõ fit

Retrimenta

medicis uocāre mos eſt. Si enim fuerit ultimi ſucci iuſto uberior multitu do: hāc a ſe repellit pars corporis illa: q̄ ſanior ē: & ſine dubio labit̃ in īfirmā: quæ uires nō habet repellēdi. Vñ & alieni recæptio diſtēdit locū: in quē ceciderit: & hic creant̃ dolores. Hæc ē ergo triplex cā uel podagræ: uel cuiuſlibet ex cōfluētia morbi. i. multitudo humoris: fortitudo mēbri a ſe repellētis: & recipiētis īfirmitas. Quū igit̃ aſſeruerimus: q̄ttuor i corpore fieri digeſtiōes: quarꝶ altera pendet ex altera: & ſi p̄cedens fuerit ipedita: nullus fit ſequētis effectus: recurramus aīo ad illā primā digeſtionē: quæ in uētre cōficitur: & inueniet̃ qd impedimēti ex multiformi naſcat̃ alimonia. Diuerſoꝶ enim ciboꝶ diuerſa natura ē: & ſunt q celerius: q tardius digerunt̃. Quū ergo prima digeſtio uertit̃ in ſuccū: quia nō ſimul accæpta oīa uertunt̃: quod prius uerſum ē: dum alia tardius uertunt̃: aceſcit: & hoc ſæpe ēt eructādo ſentimus. Alia quoq; qbus tarda digeſtio ē: uelut ligna humida: q̄ urgente igne fumū de ſe creāt: ſic illa imīnēte igne naturæ: fumant: dū tardius coquunt̃: ſiqdem nec hoc ſenſum eructantis euadat. Cibus aūt ſimplex nō habet cōtrouerſam morā: dum ſimplicē in ſuccū uertitur. Nec digeſtio illa turbat̃: dum oēs ſibi pro ſtatuta momentoꝶ dimēſione ſuccedūt. Siqs aūt (quia nihil impatiētius impitia) rationes has dedignet̃ audire: extimās nō impediri digeſtionē: niſi ſola ciboꝶ multitudine: nec uelit de qualitate tractare. Hic quoq; multiformis alimonia dephendit̃ cauſa morboꝶ. Nā pulmentoꝶ uarietas recipit uaria condimenta: qbus gula ultra q̄ naturæ neceſſe eſt: laceſſit̃: & fit inde congeries: dum pruritu deſiderii amplius: uel certe de ſingulis parua libantur. Hinc Socrates ſuadere ſolitus erat illos cibos potuſue uitādos: qui ultra ſitim famēue ſedandā ꝓducunt appetētiā. Deniq; uel ꝓpter hoc edendi uarietas repudiet̃: quia plena ē uoluptatis: a qua ſeriis & ſtudioſis cauendū eſt. Quid. n. tā cōtrariū: q̄ uirtus & uoluptas? Sed modū diſputationis facio: ne uidear hoc ipm in quo ſumus (licet ſobriū ſit) tamē qa uariū eſt: accuſare conuiuium.

Morborum cauſæ

Hæc quū Prætextato & cæteris ꝓna aſſenſiōe placuiſſent. Euāgelus exclamauit nihil tā indignū toleratu: q̄ ꝙ aures noſtras græca ligua captiuas tenet: & uerboꝶ rotunditati aſſentire cogimur circūuenti uolubilitate ſermonis: qa ad extorquendā fidē agit in audiētes tyrānū. Et quia his loquēdi labyrinthis ipares nos fatemur: age Vecti hortemur Euſtachiū: ut recæpta cōtraria diſputatiōe: quicqd pro uario cibo dici pōt: uelit cōmunicare nobiſcū: ut ſuis telis ligua uiolenta ſuccūbat: & græcus græco eripiat hūc plauſum: tanq̄ cornix cornici oculos effodiat. Et Symmachus: Rem iocūdā Euāgele amarius poſtulaſti. Audere. n. cōtra tam copioſe & elegāter inuēta: res eſt q̄ habeat utilē uoluptatē: ſed non tanq̄ ingeniis inſidiātes & glorioſis tractatibus inuidētes hoc debemus expetere. Nec abnego potuiſſe me quoq; tanq̄ palinodiam canere. Eſt. n. retho-

tica prælufio:cōmunes locos in utramuis partem inuentorꝫ alternatione tractare. Sed quia facilius græcorꝫ inuentionibus a græcis forte aliis relata reſpondent:te Euſtachii oramus omnes:ut ſenſa & inuenta Diſarii cōtrariis repellendo:in integrū reſtituas exautoratū conuiuiorum leporem. Ille diu hoc a ſe officiū deprecatus:ubi tot impellentium procerum quibus obuiandum nō erat:hortaui ſuccubuit. Obuiandū

Bellū inquit duobus mihi amiciſſimis cogor indicere. Diſario & cōtinētiæ. Sed ab autoritate ueſtra tanq̄ ab edicto prætoriis impetrata uenia: gulæ patronū(quia neceſſe eſt)ꝓfitebor. In primo ſpecioſis magis quā ueris penes nos Diſarius exemplis:ut docebitur:noſtri cæpit ingeniū. Ait enim pecudes uti ſimplici cibo:& ideo expugnari difficilius earꝫ quā hominū:ſanitatē. Sed utrūq; falſum ꝓbabo. Nā neq; ſimplex ē animalibus mutis alimonia:nec ab illis quā a nobis morbi remotiores. Teſtatur unū uarietas pratorꝫ quæ depaſcunt̉:q̄bus herbæ ſunt amaræ pariter & dulces:aliæ ſuccū calidū aliæ frigidū nutrientes:ut nulla culina poſſit tā diuerſa cōdire:q̄ in herbis natura uariauit. Notus eſt Eupolis inter elegātes habēdus ueteris comediæ poetas. Is i fabula quæ inſcribit̉ æges: inducit capras de cibi ſui copia in hæc ſe uerba iactātes: βοσκομεθυλησ αϖὸ ϖαντοδαπησ. Videt̉ ne uobis ciborꝫ iſta ſimplicitas:ubi tot enumerātur uel arbuſta uel frutices:nō minus ſucco diuerſa quā nomine? Quod aūt nō facilius morbis hoies:quā pecudes:occupent̉:Homero teſte contentus ſum:qui peſtilentiā refert a pecudibus eſſe inchoatā:quādo morbus anteq̄ in hoies poſſet irrepere:facilius captis pecoribus icubuit. Sed & quanta ſi mutis animalibus infirmitas:uitæ breuitas indicio eſt. Quid enim eorꝫ quibus noticia nobis in uſu eſt:poteſt annos hois æquare? niſi recurras forte ad ea quæ de coruis atq; cornicibus fabuloſa dicuntur. Quos tñ uidemus oibus inhiare cadaueribus:uniuerſiſq; ſeminibus inſidiari:fructus arborꝫ perſequi. Nā nō minus edacitatis habēt: q̄ de longæuitate eorꝫ opinio fabulat̉. Secundū(ſi bene recordor)exemplū eſt:ſolere medicos ægris ſimplicē cibū offerre. nō uariū: quū hunc offeratis (ut opinor)nō quaſi digeſtu faciliorē:ſed quaſi minus appetēdū:ut horrore uniformis alimoniæ:edendi deſideriū langueſceret:quaſi multis concoquēdis ꝓ infirmitate nō ſufficiēte natura. Ideo ſiquis ægreſcentiū uel de ipſo ſimplici cibo amplius appetat:ſubducitis adhuc deſiderāti. Ideo uobis cōmēto tali nō qualitas:ſed modus quæritur. Quod autē in edendo ſicut i potando ſuades uaria uitari:habet latentis captionis inſidias: quia nomine ſimilitudinis coloratur. Cæterū longe alia ciborꝫ ratio eſt. Quis enim unq̄ edendo plurimū mente ſauciatus eſt? quod in bibēdo contingit. Fartus eni cibo:ſtomacho uel uētre grauat̉:infuſus uino fit ſimilis inſano. Opinor quia craſſitudo cibi uno i loco permanēs expectat adminiſtrationē digeſtiōis:& tūc demū membris ſenſim cōfectus illabit̉:potus Vinum quare inebriat.

ut natura leuior mox altum petit:& cerebrũ: quod ĩ uertice locatũ eſt fe rit:fumi calentis aſpergine:& ideo uaria uina uitant̃:ne res quæ ad poſſi dendũ caput repẽtina eſt:calore tã diuerſo q̃ ſubito conſilii ſedẽ ſauciet. Q uod æque in cibi uarietate metuendũ nulla ſimilitudo:ratio nulla per ſuadet.In illa uero diſputatiõe:qua digeſtionũ ordinẽ ſermõe luculento & uario digeſſiſti:illa oĩa quæ de natura humani corpis dicta ſunt: & ni hil nocent ꝓpoſitæ quæſtioni:& eloquẽter dicta nõ abnego. Illi ſoli non

Aſſentior

aſſentior:ꝙ ſuccos uarios de ciboꝝ uarietate cõfectos dicis cõtrarios eẽ corporibus:quũ corpora ipſa de cõtrariis qualitatibus fabricata ſint. Ex calido enim & frigido:de ſicco & humido cõſtamus:Cibus uero ſimplex cui adeſt ſuccũ de ſe unius qualitatis emittit.Scimus aũt ſimilibus ſimi lia nutriri.Dic quæſo unde aliæ tres qualitates corporis nutrient̃? Singu la aũt ad ſe ſimilitudinẽ ſui rapere teſtis eſt Empedocles: qui ait.

Te aũt ſæpe audio Hippocratis tui uerba cũ admiratione referentem.

Ergo ſi homo nõ unum:nutriendus eſt nõ ex uno. Nã & deus oĩum fa bricator:aerẽ:quo circũfundimur:& cuius ſpiramus hauſtu:nõ ſimplicẽ uoluit habere q̃litatẽ:ut aut frigidus ſit ſemp:aut caleat:ſed nec cõtinuæ ſiccitati:nec perpetuo eũ addixit humori:quia una nos nõ poterat quali tate nutrire de ꝓmiſtis quattuor fabricatos. Ver ergo calidum fecit & hu mectũ.Sicca eſt æſtas & calida.Auctũnus ſiccus & frigidus.Hyems hu mida pariter & frigida ẽ.Sic & elemẽta quæ ſunt noſtra principia:ex di uerſitatibus etiã ipſa cõſtãt:& nos nutriũt.Eſt enim ignis calidus & ſic cus.Aer humectus & calidus. Aqua ſimiliter humecta & frigida. Terra frigida pariter & ſicca.Cur ergo nos ad uniformẽ cibũ redigis:quũ nihil nec in nobis:nec circa nos:nec in iis de q̃bus ſumus uniforme ſit? Q uod aũt aceſcere:uel nõnunq̃ fumare i ſtomacho cibũ: uis aſſignare uarieta ti:ut credamus:prunũcies oportet:aut ſemp eũ qui uario cibo utit̃ hæc pati:aut nunq̃ illũ pati qui ſimplicẽ ſumit.Si uero & qui mẽſa fruit̃ co pioſa hoc uitiũ ſæpe nõ ſentit:& q ſe uno cibo afficit:ſæpe ſuſtinet quod

Noxa.

accuſas:cur hoc uarietati:& nõ ꝑpetuo eũ edacitati aſſignas? Nam & de ſimplici auidus noxã patit̃ cruditatis:& in uario moderatus digeſtionis cõmodo fruit̃.At inquies:ipſa imoderatio ex ciboꝝ uarietate naſcitur:ti tillãte gula:& ad aſſumenda plura q̃ neceſſe eſt ꝓuocante. Rurſus ad ea quæ iam dixi reuoluor:cruditates de modo:nõ de qualitate ꝓuenire.Mo dum enim ſeruat:qui ſui potẽs eſt.Et in mẽſa ſicula uel aſiana excedit im patiens:etiã ſi ſolis oliuis aut olere ueſcat̃.Et tñ ille copioſus:ſi modera tionẽ tenuit:ſanitatis compos ẽ:cõtra inſanus fit ille: cui merus ſal cibus eſt:ſi hoc ipſum uoraciter inuaſerit.Poſtremo ſi in his quæ ſumimus ua

rietatem noxiã putas:cur potionum remedia quæ per os humanis uiſceri Noxia
bus infunditis:ex tam cõtrariis ac ſibi repugnantibus miſta componitis?
Succo papaueris admiſcetis euphorbiũ:mandragorã:aliaſq; herbas con-
clamati frigoris pipere temperatis.Sed nec monſtruoſis carnibus abſtine
tis:inſerentes poculis teſticulos caſtorꝝ:& uenenata corpora uiperarum:
quibus admiſcetis qcquid nutrit india: quicquid deuehit̃ herbaꝝ: qbus
creta generoſa eſt.Quũ ergo ad cuſtodiã uitæ hæc faciant remedia:q; ci
bus ſiqdem illa eã reuocent:iſte cõtineat:cur illis ꝓuidere uarietatẽ labo-
ras:iſtũ ſqualori uniformitatis adiicis?Poſt oĩa in uoluptatẽ cenſura co-
thurnati ſermonis inuectus es:tanq̃ uoluptas uirtuti ſemp inimica ſit: &
nõ quũ in luxum ſpreta mediocritate ꝓlapſa eſt.Quid enim agit ipſe ſer
uus:nõ edẽdo niſi cogẽte fame:nec potãdo præter ſitim: niſi ut de utroq;
capiat uoluptatẽ?Ergo uoluptas nõ mox noĩe ipſo infamis eſt:ſed ſit mo
do utendi uel honeſta uel arguẽda.Parũ eſt ſi accuſata ſit:& nõ etiã lau-
detur uoluptas.Nã cibus qui cũ uoluptate ſumit̃: deſiderio tractus i uẽ
trẽ reconditur patula expectatione rapientẽ:& dũ animoſe fruit̃:mox eũ
concoquit.Quod nõ ex æquo cibis euenit: quos nulla ſui dulcedo com
mendat.Quod ergo accuſas uarietatẽ quaſi gulæ irritamentũ:quũ ſalus
ſit hominis:uigere appetentiam:qua deficiẽte langueſcit:& periculo ſit ꝓ
pior.Nam ſicut in mari gubernatores uento ſuo:etiã ſi nimius ſit: cõtra-
hendo in minorẽ modum uela præteruolant: & flatum quũ maior eſt co
ercent:ſopitũ uero excitare nõ poſſunt:ita & appetentia quũ titillatur & Appetentia Titillatur
creſcit:rationis gubernaculo temperatur. Si ſemel ceciderit:animal extin
guit.Si ergo cibo uiuimus:& cibum appetentia ſola cõmendat:elaboran
dum nobis eſt cõmento uarietatis:ut hæc ſemper prouocetur:quum præ
ſto ſit ratio:quæ intra moderatiõis ſuæ terminos temperet̃. Memineritis
tamen lepido me cõuiuio adeſſe: nõ anxio. Nec ſic admitto uarietatẽ: ut
probem ubi quærunt̃ æſtiuæ niues:& hybernæ roſæ.Et dum magis oſtẽ Oſtentui.
tui:q̃ uſui ſeruitur:ſiluaꝝ ſecretum omne luſtratur:& peregrina maria ſol
licitantur.Ita enim fit:ut etiã ſi ſanitatem ſumentiũ mediocritas obſerua-
ta non ſauciet:ipſe tamen luxus morũ ſit ægritudo.

His fauorabiliter excæptis:Diſarius:obſecutus es:inqt:Euſtachi dia-
lecticæ:ego medicinæ.Qui uolet eligere ſequẽda:uſum cõſulat: & quid
ſit utilius ſanitati experiẽtia docebit.Poſt hæc Flauianus. & alios quidẽ
medicos idem dicentes ſemper audiui: uinum inter calida cenſendum.
Sed & nunc Euſtachius quũ cauſas ebrietatis attingeret: prædicabat ui
ni calorem.Mihi aũt ſæpe hoc mecũ reputanti uiſa eſt uini natura frigo-
ri propior q̃ calori:& in medium profero:quibus ad hoc extimandum tra
hor:ut ueſtrũ ſit de mea extimatione iudiciũ.Vinum quantum mea fert Vinũ natura
opinio:ſicut natura frigidum eſt:ita capax:uel etiam appetens caloris ſit: frigidum.
quum calidis fuerit admotum. Nam & ferrum quum tactu ſit frigidum:

ψυχρὸν χαλκονολουσιν: ſi tamen ſolem pertulerit: cõcaleſcit:& calor aduena natiuum frigus expellit. Hoc utrum ita eſſe ratio pſuadeat requiramus. Vinũ aut fotu aut potu interioribus cõciliat. Vt ſuperficiem curet adhibetur: quũ infundit cuti. Quin frigidũ ſit nec medici inficias: eunt: calidum tamen in inrerioribus prædicant: quũ non tale deſcendat: ſed admiſtũ calidis cõcaleſcat. Certe reſpondeãt uolo: cur ſtomacho ĩ laſſitudinẽ degeneranti: ad inſtaurandas cõſtrictione uires offerant ægreſcẽti uinũ: niſi frigore ſuo laſſata cogeret: & colligeret diſſoluta. Et quũ laſſo (ut dixi) ſtomacho adhibeãt calidum: ne creſcat ulterius laſſitudo: a uini potu nõ ꝓhibent defectũ in robur hac curatione mutãtes. Dabo aliud indicium accidẽtis uino q̃ ingẽtis caloris. Nã ſiquis aconitum neſciẽs hauſerit: nõ nego hauſtu eũ meri plurimi: ſolere curari. Infuſum enim uiſceribus trahit ad ſe calorẽ: & ueneno frigido quaſi calidum iam repugnat. Si uero aconitum ipſum cũ uino tritum potui datũ ſit: haurientem nulla curatio a morte defendit. Tũc enim uinũ natura frigidũ admiſtione ſui frigus auxit ueneni. Nec in interioribus iã caleſcit: quia nõ liberũ: ſed admiſtum alii: imo in aliud uerſum deſcẽdit ĩ uiſcera. Sed & ſudore nimio uel laxato uentre deſeſſis uinũ iugerit: ut in utroq; morbo cõſtringat meatus: Inſomnem medici frigidis oblinũt: modo papaueris ſucco: modo mãdragora uel ſimilibus: in quibus eſt & uinum. Nam uino ſomnus reduci ſolet: quod nõ niſi ingẽtis frigoris teſtimoniũ eſt. Deinde oĩa calida uenerẽ prouocãt: & ſemen excitant: & generationi fauent. Hauſto aũt mero plurimo: fiunt uiri ad coitum pigriores. Sed nec idoneum cõcæptioni ferunt: quia uini nimietas ut frigidi: facit ſemẽ exile uel debile. Hoc uero uel maniſeſtiſſimam extimationis meæ habet aſſertionem: ꝙ quæcunq; nimium algentibus: eadem contingunt ebriis: fiunt enim tremuli pallidi graues & ſaltu tumultuantis ſpiritus. Artus uero & membra quatiũtur. Idem corporis torpor ambobus: eadem linguæ titubatio. Multis etiam morbus ille: quem παραλυσιν græci uocant: ſic nimio uino: ut multo algore contingit. Reſpice etiam quæ genera curationũ adhibeãtur ebriis. Non ne cubare ſub multis operimentis iubentur: ut extinctus calor refoueatur? non & ad calida lauacra ducuntur? nõ illis unctionũ tempore calor corporis excitatur? Poſtremo qui fiunt crebro ebrii: cito ſeneſcunt. Alii ante tempus cõpetentis ætatis uel caluicio: uel canicie inſigniuntur: quæ non niſi iopia caloris eueniũt. Quid aceto frigidius: quod culpatũ uinũ eſt? Solum enim hoc ex oĩbus humoribus creſcentẽ flammã uiolenter extinguit: dum p frigus ſuũ calorẽ uincit elementi. Nec hoc ꝑtereo: ꝙ ex fructibus arboꝝ illi ſunt frigidiores: quoꝝ ſuccus imitatur uini ſaporẽ: ut mala ſeu ſimplicia ſeu granata ſeu cydonia: quæ cotonea uocat Cato. Hoc ideo dixerim: ꝙ me ſæpe mouit & exercuit mecũ diſputantem: quia ĩ medium ꝓferre uolui quid de uino extimauerim ſentiendũ. Ceteꝝ cõſulta-

Aconitũ pol. ĩ miſ. cap. lxi. aconiũ legit ꝙ pro cicuta poſitũ admiratur

tionem mihi debitam nõ omitto. Te enim Diſari cõuenio: ut quod quærendũ mihi occurrit abſoluas: Legiſſe apud græcũ philoſophũ memini: (ni fallor) ille: Ariſtoteles fuit: in libro quẽ de ebrietate cõpoſuit. Mulieres raro in ebrietatẽ cadere: crebro ſenes: nec cãm uel huius frequẽtiæ uel illius raritatis adiecit. Et quia ad naturã corpoꝝ tota hæc quæſtio ꝑtinet: quã noſſe & induſtriæ tuæ & ꝓfeſſiõis officiũ eſt: uolo te cauſas rei: quã ille ſententiæ loco dixit: ſi tñ philoſopho aſſentiris aperire.

Tum ille recte & hoc Ariſtoteles ut cætera: nec poſſum non aſſentiri uiro cuius inuentis nec ipſa natura diſſentit. Mulieres inquit raro inebriantur: crebro ſenes. Rationis plena gemina iſta ſententia: & altera pendet ex altera. Nã quũ didicerimus quid mulieres ab ebrietate defendat: iã tenemus quid ſenes ad hoc frequẽter impellat. Cõtrariã enim naturã ſortita ſunt muliebre corpus: & corpus ſenile. Mulier humectiſſimo ẽ corpe. Docet hoc & leuitas cutis & ſplendor: docent præcipuæ aſſiduæ purgationes ſupfluo exonerãtes corpus humore. Quũ ergo epotũ uinũ in tã largũ ceciderit humorẽ: uim ſuã perdit: & fit dilutius: nec facile cerebri ſedem ferit: fortitudine eius extincta. Sed & hæc ratio iuuat ſententiæ ueritatem: ꝗ muliebre corpus crebris purgationibus deputatũ: pluribus conſertum foraminibus: ut pateat i meatus: & uias præbeat humori in egeſtionis exitum confluenti. Per hæc foramina uapor uini celeriter euaneſcit. Contra ſenibus ſiccũ corpus eſt: quod ꝓbat aſperitas & ſqualor cutis. Vnde & hæc ætas ad fletũ fit difficilior: qđ eſt idiciũ ſiccitatis. Intra hos uinũ nec patit᷑ contrarietatẽ repugnãtis humoris: & integra ui ſua adhæret corpori arido: & mox loca tenet quæ ſapere homini miniſtrant. Dura quoqꝫ eſſe ſenũ corpora nulla dubitatio eſt: & ideo etiã ipſi naturales meatus in mẽbris durioribus obſerant᷑: & hauſto uino exhalatio nulla cõtingit: ſed totũ ad ipſam ſedem mentis aſcendit. hic fit ut & ſani ſenes malis ebriorũ laborent: tremore membroꝝ: linguæ titubãtia: abũdantia loquendi: iracũdiæ concitatiões: quibus tã ſubiacẽt iuuenes ebrii: ꝗ ſenes ſobrii. Si ergo leuem pertulerint impulſum uini: nõ accipiũt hæc mala: ſed incitant: qbus ætatis ratione iã capti ſunt. Probata oibus Diſarii diſputatiõe ſubiecit Symmachus: Vt ſpectata ẽ tota ratio quã de muliebris ebrietatis raritate Diſarius inuenit: ita unũ ab eo ꝑtermiſſum ẽ: nimio frigore: qđ in eaꝝ corpe eſt: frigeſcere hauſtũ uinũ: & ita debilitari: ut uis eius ꝗ elanguit: nullũ calorem poſſit: de quo naſcitur ebrietas excitare.

*Mulieres curtarius: Senes crebrius inebriantur.*

a D hæc horus: Tu uero Symmache fruſtra opinaris frigidã mulierũ eſſe naturã: quã ego calidiorẽ uirili (ſi tibi uolẽti erit) facile ꝓbabo. Humor naturalis in corpe: qñ ætas trãſiit pueritiã: fit durior: & acuit᷑ in pilos. Ideo tũc & pubes & genæ & aliæ ꝑtes corpis ueſtiunt᷑. Sed i muliebri corpe hũc humorẽ calore ſiccante: fit iopia piloꝝ: & ideo in corpore ſexus huius manet cõtinuus ſplẽdor & leuitas eſt. Eſt & hoc i illis indi

*Mulierũ naturã calidiorem cẽ uirili.*

*Pili quare in uiro & nõ in fœmina.*

